I. IV. 1.

S. Marco di Firenze

n° 255

ponatur in scanno 2° a.... occi^tis

Marci Tullij Ciceronis orationes conventus s. Marci habitae a fratre Georgio Antonio Vespuccio eiusdem conventus professo 1499.

Codex inscriptus n°. 106. continet [illegible] sequentes Ciceronis Orationes.

1. Pro lege Manilia.
2. Pro Milone.
3. Pro Cn. Plancio.
4. Pro Publio Sylla.
5. Pro A. Lic. Archia Poeta.
6. Pro Pub. Quintio.
7. Pro A. Cluentio Habito.
8. Pro Rege Dejotaro.
9. In Lucium Catilinam 1^{am}.
10. In Lucium Catilinam 2^{am}.
11. In Lucium Catilinam 3^{am}.
12. In Lucium Catilinam 4^{am}.
13. Crispi Sallustij invectiva in Ciceronem.
14. M. T. Cic. In Crispum Sallustium.
15. Pro Lucio Flacco.
16. Ad Senatum post reditum.
17. Ad Equites Rom. pridie, quam iret in Exilium.
18. Pro Pub. Sextio.
19. Ad Quirites in reditu suo
20. Pro Domo sua ad Pontifices.
21. Pro Marco Celio.
22. Pro Lucio Cornelio Balbo.
23. In Vatinium.
24. De responsis Aruspicum
25. De Provincijs Consularibus
26. In Verrem ~~1~~. Lib. 1.
27. In Verrem Lib. 2.
28. In Verrem Lib. 3.
29. In Verrem Lib. 4.
30. Pro Cajo Rabirio perduell.
[3]1. Pro Roscio Comoedo.

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE FIRENZE

QVAMQVAM mihi semper frequens conspectus uester multo iocundissimus: hic autem locus ad agendum amplissimus, ad dicendum ornatissimus est uisus quirites: tamen hoc aditu laudis qui semper optimo cuique maxime patuit, non mea me uoluntas, sed uite mee rationes ab ineunte etate suscepte prohibuerunt. Nam cum antea per etatem non dum huius loci auctoritatem contingere auderem, statueremque nihil huc nisi perfectum ingenio, elaboratum industria afferri oportere: omne meum tempus amicorum temporibus transferendum putaui. Itaque neque hic locus uacuus umquam ab his qui uram causam defenderent: et meus labor in priuatorum periculis caste integreque uersatus ex uro iudicio fructum est amplissimum consecutus. Nam cum propter dilationem comitiorum, ter pretor primus centurijs cunctis renuntiatus sum: facile intellexi quirites, et quid de me iudicaretis, et quid alijs prescriberetis. Nunc cum et auctoritatis in me tantum sit quantum uos honoribus mandandis esse uoluistis, et ad agendum facultatis tantum, quantum homini uigilanti ex forensi usu prope cotidiana dicendi exercitatio potuit afferre: certe et si quid et dicendo consequi possum: his ostendam potissimum qui ei quoque rei fructum suo iudicio tribuendum esse censuerunt. Atque illud in primis mihi letandum iure esse uideo: quod in hac insolita mihi ex hoc loco ratione dicendi causa talis oblata est: in qua oratio deesse nemini potest. Dicendum est enim de Cn. Pompei singulari eximiaque uirtute. Huius autem orationis difficilius est exitum, quam principium inuenire. Itaque mihi non tam copia quam modus in dicendo querendus est. Atque ut inde oratio mea proficiscatur: unde hec omnis causa ducitur. Bellum graue et periculosum uris uectigalibus atque socijs a duobus potentissimis regibus infertur Mithridate et Tigrane: quorum alter relictus, alter lacessitus occasionem sibi ad occupandam asiam oblatam esse arbitrabatur. Equitibus romanis honestissimis uiris afferuntur ex asia

quotidie litt(ere): quo(rum) magne res agunt(ur) in uris uectigalibus exercen
dis occupate: qui ad me pro necessitudine: que m(ihi) e(st) cu(m) illo ordine
cau(sa)m rei p(ublice) p(er)iculaq(ue) re(rum) suar(um) detulerunt. Bithinie que nunc ura
prouincia e(st), uicos exustos esse co(m)plures. Regnu(m) Ariobarzanis qd fini
timu(m) est uris uectigalibus totu(m) esse in hostiu(m) p(otes)tate. L. Lucullu(m) magnis reb(us)
gestis ab eo bello discedere. huic qui successerit no(n) satis esse parati
ad tantu(m) bellu(m) administrandu(m). Unu(m) ab o(mn)ibus sociis et ciuibus ad id
bellu(m) imp(er)atore(m) deposci atq(ue) expeti. eunde(m) hunc unu(m) ab hostibus me
tui, p(re)terea neminem. Causa q(ue) sit uidetis. Nunc qd agendu(m) sit consi
derate. Tum de imp(er)atore eligendo et dicendu(m). Genus est n(am) eius
modi quod maxi(m)e uros a(n)i(m)os excitare: atq(ue) inflammare debet. Tar
dit(a)te agit(ur) salus sociorum atq(ue) amicorum. pro qua multa maiores
uri magna, & grauia bella gesserunt. Agit(ur) certissima p(o)p(u)li ro(mani) uecti
galia et maxi(m)a: quib(us) amissis et pacis ornam(en)ta, & subsidia belli
requiretis. Agit(ur) bona multor(um) ciuiu(m), quib(us) est a uobis et imp(er)ato
ribus rei p(ublice) consulendu(m). Et q(uonia)m semper appetentes glorie p(re)ter ceteras
gentes atq(ue) auidi laudis fuistis, delenda e(st) uobis illa macula, mitri
datico bello superiore suscepta. que penitus iam insedit, atque in
ueterauit in p(o)p(u)li ro(mani) no(m)i(n)e. q(uo)d is qui uno die tota Asia, tot in ciui
tatib(us) uno nuntio, atq(ue) una significatione litteraru(m) ciues ro(manos) necan
dos trucidandosq(ue) denotauit. no(n) mo(do) adhuc pena(m) ullam suo di
gnam scelere suscepit: sed ab illo tam t(em)p(o)r(e) annu(m) iam tertium et
XX(m) regnat: et ita regnat, ut se non ponto, neq(ue) Capadocie latebris
occultare uelit: sed emergere patrio regno, et in uris uectigalib(us)
hoc est in Asie luce uersari. Etenim adhuc ita uri cum illo rege con
tenderunt imp(er)atores: ut ab illo insignia uictorie, no(n) uictoria
reportarint. Triumphauit L. Silla. Triumphauit L. Murena
de Mitridate duo fortissimi et summi imperatores. Sed ita
triumpharunt, ut ille pulsus superatusq(ue) regnaret. Uerum tam(en)
illis imp(er)atorib(us) laus est tribuenda, qd egerunt, uenia danda, qd
reliquerunt, p(ro)pt(er)ea qd ab eo bello Syllam in Ytalia(m) res p(ublica) Mure
nam Sylla reuocauit. Mitridates au(tem) o(mn)e reliquu(m) tempus
no(n) ad obliuionem ueteris belli, sed ad co(m)parationem noui contulit.
Qui posteaq(uam) maximas edificasset, ornassetq(ue) classes, exercitusq(ue) p(er)mag(n)os quibuscu(m)q(ue) ex gentib(us) potuisset comparasset. Bosforanis fi
nitimis suis bellu(m) inferre simularet, usq(ue) in Hispania(m) legatos
ecbatanis misit ad eos duces, quibus cu(m) tum bellu(m) gerebamus.
ut cu(m) duob(us) in locis disiunctissimis maxi(m)eq(ue) diuersis uno consilio
ab unis hostiu(m) copiis bellu(m) terra, mariq(ue) gereretur: uos ancipiti
contentione districti, de imp(er)io dimicaretis. Sed tam(en) alterius
partis periculum Sertoriane atque Hispaniensis, que multo plus
firmamenti ac roboris habebat. Gn. Pompei diuino consilio ac
singulari uirtute depulsum est. In altera parte ita res a L. Lucullo
summo uiro est administrata: ut initia gestaru(m) re(rum) magna atque
preclara, no(n) felicitati eius, sed uirtuti: hec aut(em) extrema que nuper
acciderunt, no(n) culpe sed fortune tribuenda esse uideantur.
Sed de Lucullo dicam alio loco, et ita dica(m) quirites, ut neq(ue) uera
laus ei detracta oratione ura, nec falsa ac ficta uera esse uideatur.
Sed pro uestri imp(er)ii dignitate atq(ue) gloria: q(uonia)m is est exorsus orat(i)o(n)is
mee, uidete quem uobis a(n)i(mu)m suscipiendu(m) putetis. Maiores
uestri sepe mercatorib(us) atq(ue) nauiculatorib(us) iniuriosius tracta
tis bella gesserunt. Uos tot ciuiu(m) romanor(um) milibus uno nuntio
atque uno t(em)p(o)r(e) necatis, quo tandem a(n)i(m)o esse debetis. Legati
quod erant appellati superbius, Corinthu(m) patres uri totius grecie
lumen extinctu(m) esse uoluerunt. Uos eum rege(m) inultu(m) esse patie
mini, qui legatu(m) p(o)p(u)li ro(mani) consularem uinculis atq(ue) uerberibus
ac o(mn)i supplicio excruciatu(m) necauit. Illi libertate(m) ciuiu(m) roma
nor(um) imminuta(m) no(n) tulerunt: uos uitam ereptam negligetis. Ius
legationis uerbo uiolatu(m) illi persecuti sunt. Uos legatu(m) o(mn)i supplicio
interfectu(m) inultu(m) relinquetis. Uidete ne ut illis pulcerrimu(m) fuit, tanta(m)
uobis imperii gloriam relinquere, sic uobis turpissimu(m) sit id
quod accepistis tueri et conseruare no(n) posse. Quid q(uod) salus so
cior(um) summum in periculum ac discrimen uocatur. Regno expulsus
est Ariobarzanes rex, socius p(o)p(u)li ro(mani) atq(ue) amicus. Imminet duo
reges toti Asie, no(n) solu(m) uobis inimicissimi s(ed) et uestris sociis atq(ue)
amicis. Ciuitates aut(em) o(mn)es, cuncta Asia atq(ue) grecia uestru(m) auxiliu(m)
expectare p(ro)p(ter) periculi magnitudinem coguntur. Imp(er)atore(m) a uobis
certu(m) deposcere: cum presertim uos aliu(m) miseritis, neq(ue) audent

Primu(m) in uidet(ur) de g(e)n(er)e belli / Deinde de Magnitudine

al. deest tradita e(st)

q(uod) fortun(e) ... no(n) culpe

neq; se id facere summo sine periculo posse arbitrantur. Vident et sentiunt
hoc idem quod uos, unũ uirũ ẽẽ, in quo summa sint omĩa, et eũ esse
prope, quo etiam carent egrius. Cuius aduentu ipso atq; noĩe, tam
et si ille ad maritimũ bellũ uenerit, tamẽ impetus hostiũ repressos
ẽẽ intelligunt atque retardatos. Hi uos, quĩ libere loqui nõ licet,
tacite rogant: ut se quoq; sicut ceteraꝝ prouinciaꝝ socios dignos
existimetis. Quoꝝ salutem tali uiro cõmendetis, atq; hoc etiã magis
qȝ ceteros eiusmodi in prouincia homines cum imperio mittimus. Ut
etiam si ab hoste defendant, tamẽ ipsoꝝ aduentus in urbes sociorũ
nõ multũ ab hostili expugnatione differant. hunc audiebant antã,
nũc presentem uident, tanta temperantia, tanta mansuetudine, tãta
humanitate. Ut hi beatissimi ẽẽ uideantur apud quos ille diutissiẽ
cõmoratur. Quare si ꝑꝑ socios nulla ipsi iniuria lacessiti, maiores
uri cũ anthioco, cum philippo, cũ etholis, cum penis bella gesserĩt.
quãto uos conuenit studio iniurijs prouocatos, sacioꝝ salutem unã
cum imperij uri dignitate defendere. et presertim cum de maxĩs
uestris uectigalibus agatur. Nam ceteraꝝ prouincialiũ uectigalia
quirites, tanta sunt, ut iis ad ipsas prouincias tutandas, uix cõ-
tenti ẽẽ possimus. Asia uõ tam opima est et fertilis, ut ubertate
agroꝝ et uarietate fructuũ, et magnitudine pastionis, et multi-
tudinẽ eaꝝ reꝝ quẽ exportantur, facile omnibus terris antecellat.
Itaque hec uobis prouincia, quirites, si et belli utilitatem, et pacis
dignitatem sustinere uultis: nõ mõ á calamitate, sed et á metu
calamitatis est defendenda. Nam in ceteris rebus cum uenit ca-
lamitas, tum detrimentum accipitur. At in uectigalib; nõ solũ
aduentus mali, sed etiã metus ipse affert calamitatem. Nam cum
hostiũ copie nõ longe absunt, etiam si irruptio nulla facta sit:
tamẽ pecora relinquuntur: agricultura deseritur, mercatoꝝ nauiga-
tio conquiescit. Itaq; neq; ex portu, neq; ex decimis, neque ex
scriptura (l. cultura) uectigal conseruari põt. Quare sepe totius anĩ fruc-
tus, uno rumore periculi, atq; uno belli terrore amittitũ. Quo
tandem aĩo ẽẽ existimatis, aut eos qui uectigalia uobis pensitant
aut eos qui exercent, atq; exigunt, cũ duo reges cũ maxĩs copijs
prope adsunt, cum una excursio equitatus perbreui tpr, totius

anĩ uectigal auferre possit. Cum publicani familias maxĩas quas
in salinis habent, quas in agris, quas in portubus atq; custodijs magno
cum periculo se habere arbitrentur. putatis ne uos illis rebus frui
posse, nisi eos qui uobis fructuosi sunt, conseruaueritis, nõ solum
ut ante dixi calamitate, sed calamitatis formidine liberatos.
At ne illud quidẽ uobis negligendum est quod mihi ego extremũ
proposueram, cum eẽm de belli genere dicturus, quod ad multoꝝ
bona ciuiũ romanoꝝ pertinet: quoꝝ uobis pro urã sapientia, qui-
rites, habenda est ratio diligenter. Nam et publicani hoĩes et
honestissimi et ornatissimi suas rationes et copias in illam pũiciã
detulerunt. quoꝝ ipsoꝝ per se res et fortune uobis cure ẽẽ debẽt.
etenim si uectigalia neruos ẽẽ rei·p. semper dũximus: eũ certe or-
dinem, qui exercet illa, firmamentũ ceteroꝝ ordinũ recte ẽẽ diximus.
Deinde ceteris ex ordinibus homines gnaui et industrij, partim in
asia negotiantur: quibus uos absentib; consulere debetis. partim
eoꝝ in ea prouincia pecunias magnas collocatas hñt. Erit igĩ
humanitatis urẽ magnũ eoꝝ ciuiũ numerũ calamitate prohibere; sapiẽ-
tie uidere multoꝝ ciuiũ calamitatem á re·p. seiunctam ẽẽ nõ posse.
Etenĩ illud primũ parui refert, uos publicanis amissis uectigalia
postea uictoria recuperare (l. parta), nã neque iisdem redimendi facultas erit.
ꝑꝑ calamitatem, neq; his (alijs) uoluntas ꝑꝑ timorem. Deinde qd nos
eadem asia atq; idem iste mithridates initio belli asiatici docuit
id quod certe calamitate docti memoria retinere debemus. Nã
cum in asia res magnas permulti amisissent: scimus rome solu-
tione impedita, fidem concidisse. Non enim possunt bona una in
ciuitate multi rem ac fortunas amittere, ut nõ plures secum
in eandem trahant calamitatem. A quo periculo prohibete re·p.
et mihi credite id quod ipsi uidetis: hec fides atq; hec ratio pecu-
niaꝝ que rome, que in foro uersatur, implicita est cũ illis pe-
cunijs asiaticis et coheret. Ruere illa nõ possunt, ut hec nõ eode
labefactata motu: nõ concidant. Quare uidete nũ dubitandũ
uobis sit, omĩ studio ad id bellum incũbere, in quo gloria nõis
uestri, salus socioꝝ, uectigalia maxĩa, fortune plurimoꝝ ciuiũ
cũ re·p. defenduntur. ¶ Quoniam de belli genere dixi: nunc de

magnitudine pauca dicam: pōt enim hoc dici belli genus et ita necessa-
riū ut sit gerendum, nō ē ita magnū, ut sit pertimescendū. In quo
maxime laborandum est, ne forte à nobis que diligentissime provi-
denda sunt, cōtempnenda esse videantur. Atq; ut omēs intelligant
me L. Lucullo tantū impartiri laudis: quantū forti viro et sapientissimo
summo homini et magno imperatori debeatur. dico eius adventu ma-
ximas mithridatis copias omnibus rebus ornatas atq; instructas ^ [fuisse deletas]
urbemq; asie clarissimam, nobisq; amicissimam cizicenio obsessam [cizicenor]
esse ab ipso rege maxima multitudine, et oppugnatam vehementissime
quā L. Lucullus, virtute assiduitate consilio summis obsidionis et [al' obsidionis periculis]
periculis liberavit. Ab eodem imperatore classem magnam et ornatam
que ducibus sertorianis ad italiam studio inflāmato raperetur
superatam esse atq; depressam. Magnas hostiū preterea copias multis
preliis esse deletas, patefactumq; nostris legionibus esse pontū qui ante
po. ro. ex omni aditu clausus erat. Sinopem atq; amisum, quibus
in oppidis erant domicilia regis, omnibus rebus ornata atq; refecta.
ceterasq; urbes ponti et capadocie permultas uno aditu adventuq;
esse clausas. Regem spoliatum regno patrio atq; avito, ad alios reges
se, atque ad alias gentes, supplicem contulisse. Atq; hec oīa salvis
ppli. ro. sociis atq; integris vectigalibus esse gesta. Satis opinor
hoc
huic esse laudis atq; ita rei. p. ut hoc vos intelligatis, á nullo istorum [l' reputo]
qui huic obtrectant legi atq; cause. L. Lucullū similiter ex hoc
loco esse laudatū. Requiritur fortasse nūc quemadmodū cū hec
ita sint, reliquū possit esse magnū bellū. Cognoscite quirites.
nō enim sine causa queri videtur. Primū ex suo regno sic mitri-
dates profugit, ut ex eodem ponto medea illa ^quondā profugisse dicitur.
quā predicant in fuga fratris sui membra in his locis qua se
parens persequeretur, dissipavisse. ut eorum collectio dispersa, me-
rorq; patrius celeritatem persequendi retardaret. Sic mitri-
dates fugiens, maximam vim auri atq; argenti, pulcerrimarumq;
rerum omnium, quas et á maioribus acceperat, et ipso bello superiore
ex tota asia direptas, in suū regnū congesserat, in ponto omnē re-
liquit. hec dum nri colligunt omnia diligentius, rex ipse é ma-
nibus effugit. Ita illū in persequendi studio meror, hos letitia

retardavit. hunc in illo timore et fuga Tigranes rex armenius
excepit. diffidentemq; rebus suis confirmavit, et afflictum
erexit, perditumq; recreavit. Cuius in regnū postea q̄ L. Lucullus
cum exercitu venit, plures etiā gentes contra imperatorē nostrum
concitate sunt. Erat enim metus iniectus his nationibus, quas nūq̄ po. ro. neq; lacessendas bello, neq; temptandas putavit. [margin]
Erat et alia gravis et vehemens opinio, que per
animos gentiū barbararum pervaserat, fani locupletissimi, et religiosis-
simi diripiendi causa, in eas oras nostrū exercitū esse adductū.
Ita nationes multe atq; magne novo quodam terrore ac me-
tu concitabantur. Noster autē exercitus, etsi urbē ex tigranis
regno ceperat, et preliis usus erat secundis, tamen nimia longi-
quitate locorum, ac desiderio suorum commovebatur. hic iā plura
non dicā, fuit enim illud extremū, ut ex his locis à militibus
nostris reditus magis maturus, q̄ processio longior quere-
retur. Mitridates autē et suam manū iam confirmaverat, et eorū [eo magis adventibus multorum]
qui se ex eius regno collegerant, et magnis adventiciis multorum
regū et nationū ^copiis iuvabatur. hoc iam fere sic fieri solere
accepimus, ut regū afflicte fortune, facile multorum opes
alliciant ad misericordiam, maximeq; eorum qui aut reges sunt,
aut vivunt in regno: ut regale his nomen magnū et sanctū
esse videatur. Itaq; tantū victus efficere potuit, quantū in-
columis nūq̄ est ausus optare. Nam cū se in regnū suū
recepisset, nō fuit eo contentus, quod ei preter spem acciderat.
ut illam postea q̄ pulsus erat terram unq̄ attingeret: sed in
exercitū nostrū clarū atq; victorem impetū fecit. Sinite
hoc loco quirites sicut poete solent, qui res romanas scribunt.
preterire me nostram calamitatem que tanta fuit, ut eam ad
aures. L. Luculli nō ex prelio nuntius, sed ex sermone rumor
afferret. hic in ipso illo malo, gravissimaq; belli offensione
L. Lucullus, qui tamen aliqua ex parte his incōmodis mederi
fortasse potuisset. vro iussu coactus, quod imperii diuturnitati
modū statuendū veteri exemplo putavistis, partem militum
qui iam stipendiis confecti erant, dimisit: partē Glabrioni tra-
didit. Multa pretereo consulto, sed ea vos coniectura perspicitis
quantū id bellū factū putetis, quod coniungant reges potentissimi

renouent agitate nationes, suscipiant integre gentes, nouus impe
rator noster accipiat, uetere et pulso exercitu. Satis mihi multa
uerba fecisse uideor, quare hoc bellū eēt gnē ipso necessarium,
magnitudīne periculosum. Restat ut de imperatore ad id bellū
deligendo, ac tantis rebus preficiendo, dicendum eē uideatur.
V tinam quirites uirorum fortiū atqȝ innocentiū copiam tantam ha
beretis, ut hec uobis deliberatio difficilis eēt, quemnam potissimū uȝ
tantis rebus, ac tanto bello preficiendum putaretis. Nunc uō
cum sit unus. GN. pompeius, qui nō modo eorum hominum qui nūc
sunt gloriam, sed etiam antiquitatis memoriam uirtute su
perarit: que res est que cuiusq̄ animum in hac causa dubium
facere possit. Ergo enim sic existimo in summo imperatore quattuō
has res inesse oportere. Scientiam rei militaris, uirtutē, auc
toritatem, felicitatem. Quis ḡ hoc homīe scientior unquā
aut fuit, aut eē debuit. qui eludo atqȝ pueritie disciplīa
bello maximo, atqȝ acerrimis hostibus ad patris exercitū, atque
in militie disciplinam profectus est. Qui extrema pueritia
miles fuit summi imperatoris, ineunte adolescentia, maxīi ipse
exercitus imperator. Qui sepius cū hoste conflixit, q̄ quisq̄
cū inimico concertauit. Plura bella gessit q̄ ceteri leger
unt. Plures prouincias confecit q̄ alij concupierunt. Cuius
adolescentia ad scientiam rei militaris, nō alienis preceptis
sed suis imperijs, nō offensionibus belli, sed uictorijs, non sti
pendijs sed triumphis est tradita. Quod denique genus belli
eē pōt in quo illum nō exercuerit fortuna rei p. Ciuile africa
nū trāsalpinū yspaniense mixtūqȝ ex ciuitatibus atqȝ bellicosis
simis nationibus, seruile nauale bellum. Varia et diuersa
genera et bellorum et hostiū nō solum gesta abhoc uno uiro, sed
etiam confecta, nullam rem eē declarent in usu militari po
sitam, que huius uiri scientiam fugere possit. Iam uō uirtuti GN.
pompei, que pōt oratio par inueniri. Quid est quod quisq̄
aut dignū illo, aut nobis nouū, aut cuiqȝ inauditū possit
afferre. Neqȝ enim ille sunt sole uirtutes imperatorie: que
uulgo existimantur labor in negocijs, fortitudo in periculis,

industria in agendo, celeritas in conficiendo, consiliū in prouidendo.
Que tanta sunt in hoc uno: quanta in omnibus reliquis imperatorib q̄s
aut uidimus aut audiuimus non fuerunt. Testis est ytalia quā
ille ipse uictor. L. sylla huius uirtute et subsidio confessus est libe
ratam. Testis est sicilia, quā multis undiqȝ cinctam periculis, non
terrore belli, sed celeritate consilij explicauit. Testis est affrica
que magnis oppressa hostiū copijs, eorum ipsorum sanguine redundauit.
T estis est gallia, per quā legionibus nris in hispaniam iter gallorū
interneptione patefactum est. Testis est hispania que sepissime
plurimos hostes abhoc superatos prostratosqȝ conspexit. Testis est
iterū et sepius ytalia, que cū seruili bello tetro periculosoqȝ pre
meretur, abhoc auxiliū absente expetiuit, quod bellū expectatiōe
ipsius attenuatū atqȝ imminutum ē: aduentu sublatū atqȝ sepultū.
T estes uō iam uō omīs ore, atqȝ omīs extere gentes ac nationes, denique
maria omnia, tum uniuersa, tum in singulis oris omīs sinus atqȝ
portus. Quis enim toto mari locus per hos annos, aut tam firmū
habuit presidiū, ut tutus esset. aut tam fuit abditus ut lateret.
Quis nauigauit q̄ nō se aut mortis, aut seruitutis periculo commit
teret, cū aut hyeme aut referto predonū mari nauigaret. hoc
tantū bellum tam turpe, tam uetus, tam late diuisum atque
dispersum, quis unq̄ arbitraretur, aut ab omnibus imperatoribus
uno anno, aut omnibus annis ab uno imperatore ro. confici posset.
Quā prouinciam tenuistis a predonibus liberam phosce annos.
quod nobis uectigal tutū fuit. quē sociū defendistis. cui pre
sidio classibus uris fuistis. Q multas existimatis insulas eē
desertas. q̄ multas aut metu relictas, aut a predonib captas
urbes esse sociorū. Sed quid ego lā longinqua commemoro. Fuit
hoc quondam, fuit propriū ppli. ro. longe a domo bellare, et
propugnaculis imperij sociorum fortunas, nō sua tecta defendere.
S ocijs uris ego mare clausum per hosce annos dicam fuisse, cum
exercitus uri a brundusio nunq̄ nisi summa hyeme transmise
runt. Quid ad uos cum ab exteris nationibus ueniret. captos
querar: cum legati ppli. ro. redempti sint. mercatoribus tutum
mare nō fuisse dicam, cū. xij. secures in predonū potestatem

t occisione
internitione

peruenerint. Quid aut colophonon aut [Samum] Baium nobilissimas urbes
innumerabilesque alias captas esse commemorem? Cum uestros portus atque
eos portus, quibus uitam et spiritum ducitis, in predonum fuisse po-
testate sciatis? An ignoratis portum Gaycte celeberrimum atque ple-
nissimum nauium, inspectante pretore a predonibus esse direptum? [antea ibi]
Ex miseno aut eius ipsius liberos, qui cum predonibus bellum gesse-
rant, a predonibus esse sublatos? Nam quid ego hostiense incom-
modum atque illam labem, atque ignominiam rei p. querar? cum
prope inspectantibus uobis, classis ea cui consul populi ro. prepo-
situs esset, a predonibus capta atque oppressa est? Proh dii immor-
tales, tantane unius hominis incredibilis ac diuina uirtus
tam breui tempore lucem afferre rei p. potuit? ut uos qui modo
ante hostium tiberinum, classem hostium uidebatis, hi nunc nullam
intra oceani hostium predonum nauem esse audiatis. Atque hec
qua celeritate gesta sint, quamquam uideatis, tamen a me in dicendo, pre-
tereunda non sunt. Quis enim umquam aut obeundi negotii aut
consequendi questus studio, tam breui tempore, tot loca adire
tantos cursus conficere potuit, quam celeriter Gn. pompeio duce
belli impetus nauigauit? Qui siciliam adiit: affricam explora-
uit: inde sardiniam cum classe uenit, non dum tempestiuo ad
nauigandum mari. Atque hec tria frumentaria subsidia rei p.
firmissimis presidiis, classibusque muniuit. Inde se cum ytaliam
recepisset, duabus hispaniis ac gallia cisalpina presidiis ac
nauibus confirmata, missis item in oram yllirici maris et
in achaiam omnemque greciam nauibus, ytalie duo maria, maximis
classibus, firmissimisque presidiis adornauit. Ipse aut ut a brun-
dusio profectus est, unde quinquagesimo die, totam ad imperium
p. ro. siciliam adiunxit, omnesque ubique predones fuerunt partim
capti: interfectique sunt, partim unius huius imperio ac potestati se
dediderunt. Idem cretensibus cum ad eum usque in pamphiliam
legatos deprecatoresque misissent, spem deditionis non ademit,
obsidesque imperauit. Ita tantum bellum tam diuturnum, tam longe
lateque dispersum, quo bello omnes gentes ac nationes premeba-
tur. Gn. pompeius extrema hyeme apparauit, ineunte uere su-
[apparauerunt]

scepit. media estate confecit. Est hec diuina [atque] et incredibilis uirtus im-
peratoris. Quid cetere? quas paulo ante commemorare ceperam quante
atque quam multe sunt? Non enim bellandi uirtus solum in summo ac per-
fecto imperatore querenda est, sed multe sunt artes eximie huius
administre: comitesque uirtutis. Ac primum quanta innocentia de-
bent esse imperatores: quanta deinde omnibus in rebus temperantia,
quanta fide, quanta facilitate, quanto ingenio, quanta humanitate?
Que breuiter qualia sint in Gn. pompeio consideremus. Summa
enim omnia sunt quirites, sed ea magis ex aliorum contentione, quam
ipsa per sese cognosci atque intelligi possunt. Quem enim possumus
imperatorem aliquo in numero putare, cuius in exercitu ueneant cen-
turiatus, aut uenierint, qui hunc hominem magnum aut amplum de re
p. cogitare, qui pecuniam ex erario depromptam ad bellum administran-
dum, aut propter cupiditatem [prouincie] peruinie magistratibus diuiserit aut propter
auaritiam rome in questu reliquerit? Vestra admurmuratio
facit quirites, ut agnoscere uideamini qui hec fecerint. Ego
aut nomino neminem, quare irasci mihi nemo poterit, nisi qui
ante de se uoluerit confiteri. Itaque propter hanc auaritiam imperatorum
quantas calamitates quocumque uentum sit: nostri exercitus fe-
rant quis ignorat? Itinera que per hosce annos in ytalia per
agros atque oppida ciuium romanorum nostri imperatores fecerunt
recordamini, tum facilius statuetis quid apud exteras nationes [arbitramini]
fieri existimetis, utrum plures per hosce annos militum uestrorum armis
hostium urbes, an hibernis sociorum ciuitates esse deletas. Neque
enim potest exercitum is continere imperator, qui se ipsum non conti-
net. Neque seuerus esse in iudicando, qui alios in se seueros esse
iudices non uult. Hic miramur hunc hominem tantum excellere ce-
teris, cuius legiones sic in asiam peruenerint, ut non modo
manus tanti exercitus, sed ne uestigium quidem cuiquam pacato
nocuisse dicatur. Iam uero quemadmodum milites hibernent
quotidie sermones ac littere perferuntur, non modo ut sumptum
faciant in militem: nemini uis affertur, sed ne cupienti quidem
cuiquam [quicquam] permittitur. Hyemis enim non auaritie [per]fugium maiores
nostri in sociorum atque amicorum tectis esse uoluerunt. Age uero

ceteris in rebus qualis sit temperantia considerate. unde illam tantam ce-
leritatem, ac tam incredibilem cursum inventum putatis? Non enim illum
eximia vis remigum aut ars inaudita quedam gubernandi aut venti
aliqui novi tam celeriter in ultimas terras pertulerunt. Sed he res que
ceteros remorari solent, non retardarunt. Non avaritia ab instituto
cursu ad predam aliquam devocavit. Non libido ad voluptatem, non
amenitas ad delectationem, non nobilitas urbis ad cognitionem, non
denique labor ipse ad quietem. Postremo signa et tabulas, ceteraque or-
namenta grecorum oppidorum: que ceteri tollenda esse arbitrabantur, ea
sibi ille ne visenda quidem existimavit. Itaque omnes quid nunc in his lo-
cis Cn. pompeium sicut aliquem non ex hac urbe missum, sed de celo
delapsum intuentur. Nunc denique incipiunt credere fuisse homines
romanos hac quondam abstinentia. quod iam nationibus exteris
incredibile ac falso memorie proditum videbatur. Nunc imperii vestri splen-
dor illis gentibus lucet. Nunc intelligunt non sine causa maiores
suos tum cum hac temperantia magistratus habebamus servire po. ro.
quam imperare aliis maluisse. Iam vero ita faciles aditus ad eum privatorum
ita libere querimonie de aliorum iniuriis esse dicuntur. Ut is qui dig-
nitate principibus excellit, facilitate infimis par esse videatur. Iam
quantum consilio, quantum dicendi gravitate et copia valeat, in quo
ipso inest quedam dignitas imperatoria, vos quirites hoc ipso ex loco
saepe cognovistis. Fidem vero eius inter socios, quantam existimari pu-
tatis, quam hostes omnium gentium sanctissimam iudicarint. Humanitate
iam tanta est, ut difficile dictu sit utrum hostes magis virtutem eius pug-
nantes timuerint: an mansuetudinem victi dilexerint. Et quisquam
dubitabit quin huic tantum bellum hoc transmittendum sit: qui
ad omnia nostre memorie bella: conficienda divino quodam consilio
natus esse videatur. Et quoniam auctoritas multum quoque in bellis ad-
ministrandis atque imperio militari valet, certe nemini dubium est
quin eadem re idem ipse imperator plurimum possit. Vehementer
autem pertinere ad bella administranda, quid hostes quid socii
nostri de imperatoribus vestris existiment. Quis ignorat cum sciamus
homines in tantis rebus ut aut contemnant, aut metuant,
aut oderint aut ament, opinione non minus fame, quam aliqua

certa alia ratione commoveri. Quod igitur nomen unquam in orbe terrarum clarius fuit?
cuius res geste pares? de quo homine vos id quod maxime facit aucto-
ritatem, tanta et tam preclara iudicia fecistis? An vero ullam usquam
esse oram tam desertam putatis, quo non illius diei fama pervase-
rit? Cum universus populus ro. referto foro, completisque omnibus
templis, ex quibus hic locus conspici potest, unum sibi ad commune omnium gentium
bellum Cn. pompeium imperatorem depoposcit. Itaque ut plura non dicam
neque aliorum exemplis confirmem, quantum huius auctoritas valeat
in bello, ab eodem Cn. pompeio omnium rerum egregiarum exempla sumantur.
Qui quo die a vobis maritimo bello prepositus est imperator, tanta
repente vilitas annone ex summa inopia et caritate rei frumentarie
consecuta est, unius spe et nomine, quantam vix ex summa ubertate
agrorum diuturna pax efficere potuisset. Iam accepta in ponto cala-
mitate ex eo prelio de quo vos paulo ante invitus admonui, cum
socii pertimuissent hostium opes, animique crevissent, satis firmum presidium
provincia non haberet, amisissetis asiam quirites, nisi ad ipsum eius
temporis divinitus Cn. pompeium, ad easque regiones fortuna populi
ro. attulisset. huius adventus et mitridatem insolita inflammatum
victoria continuit, et tigranem magnis copiis minitantem asie
saepe retardavit. Et quisquam dubitabit, quid virtute perfecturus
sit, qui tantum auctoritate perfecerit? Aut quam facile imperio atque
exercitu socios et vectigalia conservaturus sit, qui ipso nomine ac
rumore defenderit? Age vero illa res quantam declarat eiusdem
hominis apud hostes populi ro. auctoritatem, quod ex locis tam longin-
quis, tamque diversis, tam brevi tempore omnes uni huic se dedide-
runt, quod cretensium legati, cum in eorum insula noster imperator, exerci-
tusque esset ad Cn. pompeium in ultimas prope terras venerunt, eique
se omnes cretensium civitates dedere velle dixerunt. Quid idem
iste mitridates, nonne ad eundem Cn. pompeium legatum usque in
hispaniam misit? eumque pompeius legatum semper iudicavit. hi
quibus semper erat molestum, ad eum potissimum esse missum spe-
culatorem quam legatum iudicari maluerunt. Potestis igitur iam constituere
quirites hanc auctoritatem multis postea rebus gestis, magnisque
vestris iudiciis amplificatam, quantum apud illos reges, quantum

apud exteras nationes ualituram esse existimetis. Reliquum est
ut de felicitate, quam prestare de se ipso nemo potest, meminisse et
commemorare de altero possimus, sicut equum est homini de potestate
deorum timide et pauca dicamus. Ego enim sic existimo maximo
marcello, scipioni, mario, et ceteris magnis imperatoribus non solum
propter uirtutem, sed etiam propter fortunam sepe imperia mandata atque
exercitus esse commissos. Fuit enim profecto quibusdam summis
uiris, quedam ad amplitudinem et ad gloriam, et ad res magnas
bene gerendas diuinitus adiuncta fortuna. De huius autem hominis
felicitate, quo de nunc agimus, hac utar moderatione dicendi, non
ut in illius potestate fortunam positam esse dicam, sed ut preterita me
minisse, reliqua sperare uideamur, ne aut inuisa dijs immorta
libus oratio nostra, aut ingrata esse uideatur. Itaque non sum predica
turus quantas ille res domi, militieque, terra, marique, quantaque
felicitate gesserit. Vt eius semper uoluntatibus non modo ciues as
senserint, socij obtemperauerint, hostes obedierint, sed etiam uenti
tempestatesque obsecundauerint: hoc breuissime dicam. Neminem
umquam tam impudentem fuisse, qui a dijs immortalibus tot et
tantas res tacitus auderet optare, quot et quantas dij immorta
les ad Cn. pompeium contulerunt. Quod ut illi proprium ac perpetuum
sit quirites, cum communis salutis atque imperij, tum ipsius hominis causa,
sicuti facitis uelle et optare debetis. Quare cum et bellum ita sit
necessarium, ut negligi non possit: ita magnum ut accuratissime
sit administrandum. Et cum ei imperatorem preficere possitis in
quo sit eximia belli scientia, singularis uirtus, clarissima aucto
ritas, egregia fortuna, dubitabitis quirites, quin hoc tantum boni
quod a dijs immortalibus oblatum et datum est in rem publicam conseruanda
atque amplificandam conferatis? Quod si rome Cn. pompeius
priuatus esset hoc tempore, tamen ad tantum bellum is erat deligen
dus atque mittendus. Nunc cum ad ceteras summas utilitates hec
quoque oportunitas adiungatur, ut in his ipsis locis sit adsit: ut ha
beat exercitum, ut ab his qui habent accipere statim possit: quid ex
pectamus? aut cur non ducibus dijs immortalibus, eidem cui cetera

summa cum salute rei publice commissa sunt, hoc quoque bellum regium committamus?
At enim uir clarissimus rei publice et uestris beneficijs amplissimis affectus
Q. catulus, itemque summis ornamentis, honoris, fortune, uirtutis in
genij preditus Q. hortensius ab hac oratione dissentiunt. Quorum
ego auctoritatem apud uos multis locis plurimum ualuisse et
ualere oportere confiteor. Sed in hac causa tametsi cognoscitis auc
toritates contrarias fortissimorum uirorum et clarissimorum, tamen omis
sis auctoritatibus, ipsa re et ratione exquirere possumus ueritatem.
atque hoc facilius quod ea omnia que a me adhuc dicta sunt, ijdem isti
uera esse concedunt, et necessarium bellum esse et magnum, et in uno Cn.
pompeio summa esse omnia. Quid igitur? ait hortensius si uni omnia
tribuenda sint: unum dignissimum esse pompeium, sed ad unum tamen omnia
deferri non oportere. obsoleuit iam ista oratio re multo quam uerbis
refutata. Nam tu idem Q. hortensi, multa pro tua summa copia
ac singulari facultate dicendi et in senatu contra uirum fortem
A. gabinium grauiter, ornateque dixisti. Cum is de uno imperatore
contra predones constituendo legem promulgasset: et ex hoc ipso
loco permulta idem contra legem uerba fecisti. Quid tum per deos
immortales si plus apud populum romanum auctoritas tua quam ipsius populi romani sa
lus et uera causa ualuisset, hodie hanc gloriam, atque hoc orbis
terre imperium teneremus? An tibi tum imperium esse hoc uidebatur
cum populi romani legati pretores, questoresque capiebantur, cum ex omnibus
commeatu et priuato et publico prohibebamur? Cum ita clausa
erant nobis omnia maria, ut neque priuatam rem maritimam
neque publicam iam obire possemus? Que ciuitas antea umquam
fuit, non dico atheniensium, que satis late mare quondam te
nuisse dicitur, non cartaginiensium, qui permultum classe, mariti
misque rebus ualuerunt, non rhodiorum quorum usque ad uestram me
moriam disciplina naualis et gloria permansit, que ciuitas
antea umquam tam tenuis, tam parua insula fuit? que non portus
suos et agros et aliquam partem regionis et ore maritime
per se ipsa defenderet. At hercle aliquot annos continuos ante
legem gabiniam, ille populus romanus cuius usque ad nostram memoriam nomen
inuictum in naualibus pugnis permanserat, magna ac multo maxima

parte, nō modo utilitatis, sed dignitatis atq; imperij caruit. Nos quorum
maiores antiochū regem classe, persenq; superauerunt, omnibusq; naua
libus pugnis cartaginenses homines in maritimis rebus exercitatissimos
paratissimosq; uicerunt. hi nullo in loco iam predonibus pares esse po
teramus. Nos quoq; qui antea nō modo ytaliam tutā habebamus, sed
omnes socios in ultimis oris, auctoritate nrī imperij saluos prestare pote
ramus. Tum cum insula delos tam procul a nobis in egeo mari posita
quo omnes undiq; cū mercibus atq; oneribus comeabant, referta
diuitijs parua sine muro nihil timebat. Jjsdem nō modo prouincijs atq;
oris ytalie maritimis, ac portubus nrīs, sed etiam appia iam uia ca
rebamus. et his temporibus nō pudebat magistratus ppli. ro. in hunc ipsum
locū ascendere: cum eum nobis, maiores nostri exuuijs nauticis et
classium spolijs ornatū reliquissent. Bono te animo tum. Q. hortensi
po. ro. et ceteros qui erant in eadem sententia dicere existimauit ea que
sentiebant. Sed tamen in salute comuni idem populus. ro. dolori suo ma
luit quam auctoritati uestre obtemperare. Itaq; una lex, unus uir, unus
annus [annus], nō modo nos illa miseria, ac turpitudine liberauit, sed etiam
effecit ut aliquando uere uideremur omnibus gentibus ac nationibus
terra marique imperare. Quo mihi etiā indignius uidetur obtrecta
tum esse adhuc gabinio dicam, [ne] an ne pompeio, an utriq; id quod est
uerius ne legaretur. A. gabinius. CN. pompeio expetenti ac postulanti.
Vtrum ille qui postulat legatum ad tantū bellū quem uelit ydoneus
non est, qui impetret, cum ceteri ad expilandos socios, diripiendasq;
prouincias, quos uoluerunt, legatos eduxerunt. An ipse cuius lege
salus ac dignitas ppli. ro. ac omnibus constituta est: expers esse debet
glorie eius imperatoris atq; eius exercitus, qui consilio ipsius atq;
periculo est constitutus. An. C. falcidius. Q. metellus. Q. celius
latiniensis. gn. lentulus, quos omnes honoris causa nomino, cū tri
buni plebis fuissent, anno proximo legati esse potuerunt. In hoc uno
gabinio sunt tam diligentes qui in hoc bello, quod lege gabinia
geritur, in hoc imperatore atq; exercitu, quem per se ipse constituit
etiam precipuo iure esse deberet. De quo legando spero consules ad se
natum relaturos, qui si dubitabunt, aut grauabuntur, ego me
profiteor relaturum. Neq; me impediet cuiusquam quiritis inimicum

edictū, quominus fretus nobis, uestrū ius, beneficiumq; defendam. Neque
preter intercessionem quicquam audeam, de qua ut arbitror isti ipsi qui mi
nantur etiā atq; etiam, quid id liceat, considerabunt. Mea quidem sententia
quirites unus. A. gabinius belli maritimi rerumq; gestarum [socius uel pene par] gn. pompeio
ascribitur, propterea quod alter uni [illud] id bellū suscipiendum uiris suffragijs
detulit: alter delatū, susceptumq; confecit. Reliquum est ut de. Q.
catuli auctoritate et sententia dicendum esse uideatur, qui cum ex nobis
quereret, si in uno. CN. pompeio [omnia] poneretis, siquid de eo factū esset, in
quo spem essetis habituri, cepit magnum sue uirtutis fructū ac digni
tatis, cum omnes [ē inimici] prope una uoce, in eo [ipso] nos spem habituros esse dixistis.
Etenim talis est uir, ut nulla res tanta sit ac tam difficilis: quam ille nō
et consilio regere, et integritate tueri, et uirtute conficere possit.
Sed in hoc ipso ab eo uehementissime dissentio, quod quominus certa
hominum ac minus diuturna uita, hoc magis res. p. dum per deos im
mortales licet, frui debet summi hominis uita atque uirtute. At. n. inquit
nihil noui nihil fiat contra exempla atq; instituta maiorum. Non dico
hoc loco maiores nostros semper in pace consuetudini: in bello utili
tati paruisse, semper ad nouos casus nouorum temporum, nouorum consi
liorum rationes accomodauisse. Non dicam duo bella maxima punicum
et hispaniense ab uno imperatore esse confecta: duasque urbes potentissi
mas, que huic imperio maxime minitabantur. cartaginem atque
numantiam ab eodem scipione esse deletas. Non comemorabo nup
ita nobis patribusq; uestris esse uisum, ut [in uno] C. mario spes imperij po
neretur: [ut] et idem cum iugurta, idem cū cymbris, idem cū theuton
is bellum administraret. In ipso. CN. pompeio, in quo noui constitui
nihil uult. Q. catulus quam multa sint noua, summaq; catuli uoluntate
constituta recordamini. Quid tam nouū, quam adolescentulū priuatū
exercitū, difficili rei. p. tempore sylle conficere et conficit. huic
preesse: prefuit. rem optime ductu suo gerere, gessit. Quid [tam] preter
consuetudinem, quam homini peradolescenti, cuius a senatorio gradu etas [munē]
longe abesset, imperiū atq; exercitū dari. Siciliam permitti atq; affri
cam, bellumq; in ea administrandum. Fuit in his prouincijs singu
lari innocentia, grauitate, uirtute. Bellū in affrica maximum
confecit, uictorem exercitum deportauit. Quid nō tam inauditū
quam equitem. ro. triumphare. ac eam quoq; rem. po. ro. non modo
uidit, sed etiam omnium [ui] studio uisendam putauit. Quid tam inusitatū

quod cum duo consules clarissimi, fortissimique essent, eques romanus ad
bellum maximum, formidolosissimumque pro consule mitteretur. Missus est.
Quo quidem tempore cum esset non nemo in senatu, qui diceret non opor
tere mitti hominem privatum pro consule: L. philippus dixisse fertur, non
se illum summa [sua] sententia pro consule, sed pro consulibus mittere. tan
ta in eo rei publicae bene gerende spes constituebatur, ut duorum consulum
munus, unius adolescentis virtuti committeretur. Quid tam sin
gulare, quam ut ex senatusconsulto legibus solutus consul ante fieret, quam
ullum alium magistratum per leges capere licuisset. Quid tam incredi
bile, quam ut iterum eques romanus ex senatusconsulto triumpharet. Que
in omnibus hominibus nova post hominum memoriam constituta sunt: ea
tam multa non sunt, quam ea [hec] que in hoc uno homine videmus. Atque hec
tot exempla, tanta et [ac] tam nova profecta sunt in eundem hominem
a Q. catulo atque a ceterorum eiusdem dignitatis amplissimorum
hominum auctoritate. Quare videant ne sit periniquum et non
ferendum illorum auctoritatem, de gn. pompei dignitate a vobis com
probatam semper esse. Vestrum ab illis de eodem homine iudicium populique ro.
auctoritatem improbari: presertim cum iam suo iure populus ro. in
hoc homine suam auctoritatem vel contra omnes qui dissentiunt, possit defendere:
propterea quod istis reclamantibus, vos unum illum ex omnibus delegistis quem
bello predonum preponeretis. hoc si vos temere fecistis, et rei publicae
parum consuluistis, recte studia vestra isti suis consiliis regere conantur.
sin autem vos plus tum in re publica vidistis: vos his repugnantibus per vosmet
ipsos dignitatem huic imperio, salutem orbi terrarum attulistis: aliquando
isti principes, et sibi et ceteris populi ro. universi auctoritati parendum
esse fateantur. Atque in hoc bello asiatico et regio, non solum militaris
illa virtus, que est in gn. pompeio singularis, sed alie quoque virtutes
animi multe et magne requiruntur. Difficile est in asia, syria, scithia cilicia
regnisque interiorum nationum ita versari cum imperatore, ut nihil nostrum imperatorem
aliud quam de laude ac [de] hoste cogitet. Deinde etiam si qui sunt pudore
ac temperantia moderatiores: tamen eos esse tales propter magnitudinem multitudinem
cupidorum hominum nemo arbitratur. Difficile est dictu quirites quanto
in odio simus apud exteras nationes, propter eorum quos ad eas hoc anno
cum imperio misimus iniurias ac libidines. Quod enim fanum putetis

in illis terris nostris magistratibus religiosum: quam civitatem sanctam, quam
domum satis clausam ac munitam fuisse. Urbes enim locupletes et
copiose requiruntur: quibus causa belli propter diripiendi cupiditatem inferatur.
Libenter hec coram cum Q. catulo et Q. hortensio disputarem summis et
clarissimis viris. Noverunt enim sociorum vulnera, vident eorum calamitates,
querimonias audiunt, pro sociis vos contra hostes exercitum mittere
putatis: an hostium simulatione contra socios atque amicos. Que
civitas est in asia, que non modo imperatoris aut legati, sed unius
tribuni militum animos ac spiritus capere possit. Quare etiam si quem
habetis, qui collatis signis exercitus regios superare posse videatur:
tamen nisi erit idem qui se a pecuniis sociorum, qui ab eorum coniugibus
atque liberis, qui ab auro, gazaque regia, manus, oculos, animum
cohibere possit: non erit idoneus qui ad bellum asiaticum, regiumque
mittatur. Ecquam putatis civitatem pacatam fuisse, que locuples
sit, ecquam esse locupletem, que istis pacata esse videatur. Ora ma
ritima, [Quir.] gn. pompeium non solum propter rei militaris gloriam, sed etiam propter
animi continentiam requisivit. Videbat enim populus ro. [non] locupletari
quotannis pecunia publica preter paucos, neque eos quicquam
aliud assequi classium nomine, nisi ut detrimentis accipiendis
maiori affici turpitudine viderentur [mur]. Nunc qua cupiditate
homines in provincias, quibus iacturis, quibus conditionibus proficiscantur:
ignorant videlicet isti qui ad unum deferenda esse omnia [non] arbitrantur.
Quasi vero gn. pompeium non cum suis virtutibus, tum etiam alienis vitiis
magnum esse videamus. Quare nolite dubitare, quin huic uni cre
datis omnia: qui inter [intra] annos tot unus inventus sit, quem socii in
urbes suas cum exercitu venisse gaudeant. Quod si auctoritatibus hanc
causam quirites confirmandam putatis, est vobis auctor vir bellorum
omnium, maximarumque rerum peritissimus: P. servilius, cuius tante res
geste terra marique extiterunt, ut cum de bello deliberetis, auctor
vobis gravior nemo esse debeat. Est C. curio summis vestris beneficiis
maximisque rebus gestis, summo ingenio et prudentia preditus. Est Gn.
lentulus: in quo omnes pro amplissimis vestris honoribus, summum consilium
summam gravitatem esse cognovistis. Est C. cassius integritate, vir
tute, constantia singulari. Quare videte ut [num] horum auctoritatibus

illorum orationi qui dissentiunt respondere posse videamur. Quae cum ita
sint, C. Manili, primum istam tuam et legem et voluntatem et sententiam lau-
do vehementissimeque probo. Deinde te hortor ut auctore populo Romano maneas
in sententia, neve cuiusquam vim aut minas pertimescas. Primum in te satis
esse animi perseverantiaeque arbitror. Deinde cum tantam multitudinem cum tanto studio
adesse videamus, quantam nunc iterum in eodem homine praeficiendo vide-
mus, quid est quod aut de re aut de perficiendi facultate dubitemus.
Ego autem quicquid in me est studii, consilii, laboris, ingenii, quicquid hoc
beneficio populi Romani atque hac potestate praetoria, quicquid auctoritate, fide, constan-
tia possum, id omne ad hanc rem conficiendam tibi et populo Romano polliceor
ac defero. Testorque omnes deos et maxime eos qui huic loco temploque
praesident, qui omnium mentes eorum qui ad rem publicam adeunt maxime
perspiciunt, me hoc neque rogatu facere cuiusquam, neque quo mihi Cn.
Pompei gratiam per hanc causam conciliari putem, neque quo mihi ex cuiusquam
amplitudine aut praesidia periculis aut adiumenta honoribus
quaeram, propterea quod pericula facile, ut hominem praestare oportet, innocentia
tecti pellemus, honorem autem neque ab uno neque ex hoc loco, sed eadem
illa nostra laboriosissima ratione vitae, si vestra voluntas feret, consequemur.
Quam ob rem quicquid in hac causa mihi susceptum est, Quirites, id omne ego
me rei publicae causa suscepisse confirmo, tantumque abest ut aliquam
bonam gratiam mihi quaesisse videar, ut multas et simultates partim
obscuras, partim apertas intelligam mihi non necessarias, vobis non
inutiles suscepisse. Sed ego me hoc honore praeditum, tantis vestris
beneficiis affectum statui, Quirites, vestram voluntatem et rei publicae
dignitatem ac salutem provinciarum atque sociorum meis omnibus commo-
dis et rationibus praeferre oportere.

M. TULLII CICERONIS PRO T. ANNIO MILONE Oratio foeliciter incipit.

Etsi vereor, iudices, ne turpe sit pro fortissimo viro
dicere incipientem timere, minimeque deceat, cum Milo
T. Annius ipse magis de rei publicae salute quam de sua per-
turbetur, me ad eius causam parem animi magnitudinem
afferre non posse, tamen haec novi iudicii nova forma terret oculos

qui quocumque inciderint, veterem consuetudinem fori et pristinum — requirunt
morem iudiciorum minime vident. Non enim corona consessus vester ci-
nctus est, ut solebat, non usitata frequentia stipati sumus. Nam illa
praesidia quae pro templis omnibus cernitis, etsi contra vim collocata sunt,
non afferunt tamen oratori terroris aliquid, ut in foro et in iudicio, quamquam prae-
sidiis salutaribus et necessariis septi sumus: tamen ne non timere quidem
sine aliquo timore possimus. Quae si opposita Miloni putarem,
cederem tempori, iudices, nec inter tantam vim armorum existimarem
orationi locum esse. Sed me recreat et reficit Cn. Pompei sapientissimi
et illustrissimi viri consilium, qui profecto nec iustitiae suae putaret
esse, quem reum sententiis iudicum tradidisset, eundem telis militum dedere,
nec sapientiae temeritatem concitatae multitudinis auctoritate
publica armare. Quam ob rem illa arma, centuriones, cohortes non
periculum nobis, sed praesidium denuntiant, neque solum ut quieto, sed
etiam ut magno animo simus hortantur, neque auxilium modo defensioni
meae, verum et silentium pollicentur. Reliqua vero multitudo, quae
quidem est civium, tota nostra est. Neque eorum quisquam, quos undique in-
tuentes, unde aliqua pars fori aspici potest, hoc ipso in loco vide- — al' confluentes cernitis: unde aliqua pars fori aspici potest et huius exitum iudicii expectantes videtis
tis expectantes, non cum virtuti Milonis favet, tum de se, de libe-
ris suis, de patria, de fortunis hodierno die decertari putat.
Unum genus est adversum infestumque nobis, eorum quos P. Clodii
furor rapinis et incendiis et omnibus exitiis publicis pavit, qui
hesterna etiam contione incitati sunt, ut vobis voce praeirent
quid iudicaretis. Quorum clamor si qui forte fuerit, admonere
vos debebit, ut eum civem retineatis, qui semper genus illud ho-
minum clamoresque maximos pro vestra salute neglexerit. Quam
ob rem adeste animis, iudices, et timorem, si quem habetis, depo-
nite. Nam si umquam de bonis et fortibus viris, si umquam de bene me-
ritis civibus potestas vobis iudicandi fuit, si denique umquam locus
amplissimorum ordinum delectis viris datus est, ubi sua studia
erga fortes et bonos cives, quae vultu et verbis saepe significas-
sent, re et sententiis declararent: hoc profecto tempore tam potestatem
omnem vos habetis, ut statuatis utrum nos qui semper vestrae auctoritati
dediti fuimus, semper miseri lugeamus, an diu vexati a perditissimis

cuibus, aliquando periculis, ac p̄ uram fidem, uirtutem, sapientiamq; re
creemur. Quid enī nobis duobus iudices laboriosius? quid magis sollicitū
magis exercitū dici aut fingi pōt? qui spe amplissimorum beneficiorum
ad rem. p. adducti, metu crudelissimorum suppliciorum carere non possumus?
Equidem ceteras tempestates et procellas in illis dumtaxat fluctibus contio
num, semper putaui miloni esse subeundas, quia semper pro bonis contra
improbos senserat. In iuditio uero et in eo consilio in quo ex cunctis ordi
nibus amplissimi uiri iudicarent: numquam existimaui spem ullam esse ha
bituros milonis inimicos, ad eius non salutem modo extinguendam
sed etiam gloriam per tales uiros infringendam. Quamquam in hac causa
iudices. T. annij tribunatu rebus omnibus pro salute rei. p. gestis ad
huius criminis defensionem nō abutemur, nisi oculis uideritis insi
dias miloni a clodio factas. Nec deprecaturi sumus ut crimen
hoc nobis multa propter preclara in rem. p. merita condonetis, nec postu
laturi ut si mors. P. clodij salus uestra fuerit, idcirco eam uirtuti mi
lonis, potius quam ppli. ro. felicitati assignetis. Sed si illius insidie clario
res hac luce fuerint, tum denique obsecro obtestorque uos iudices, si ce
tera amisimus, hoc saltem nobis ut relinquatur, ab inimicorum
audacia telisque, uitam ut impune liceat defendere. Sed antequam ad
eam orationem uenio, que est propria uestre questionis, uidentur ea
esse refutanda, que in senatu sepe ab inimicis, ab improbis sepe iactata
sunt: et in contione etiam paulo ante ab accusatoribus. Vt omni ter
rore sublato, rem plane que uenit in iuditium uidere possitis. Negat
intueri lucem fas esse ei qui a se hominem occisum fateatur. In qua tandem
urbe homines stultissimi disputant? Nempe in ea que primum iuditium
de capite uidit. M. oratij fortissimi uiri, qui nondum libera ciuitate
tamen ppli. ro. comitijs liberatus est, cum sua manu sororem esse inter
fectam fateretur. An est quisquam qui hoc ignoret? cum de homine occiso
queratur, aut negari solere omnino esse factum, aut recte ac iure
factum esse defendi? nisi uero existimatis dementem. P. affricanum
fuisse, qui cum a C. carbone tribuno plebis in contione seditiose
interrogaretur, quid de tiberij gracchi morte sentiret, respondit
iure cesum uideri. Neque enim posset aut ala ille seruilius aut
P. nassica aut. L. opimius aut. C. marius aut me consule, se

natus nō nepharius haberi? si sceleratos ciues interfici nephas esset.
Itaque hoc iudices nō sine causa fictis fabulis doctissimi homines me
morie prodiderunt, eum qui patris ulciscendi causa matrem necauisset
uariatis hominum sententijs, nō solum diuina, sed etiam sapientissime
dee sententia liberatum. Quod si. xij. tabule nocturnum furem
quoquo modo: diurnum aut si telo se defenderit, interfici impune
uoluerunt: quis est qui quoquo modo, quis interfectus sit, puniendum
putet? cum uideat aliquando gladium nobis ad occidendum hominem
ab ipsis porrigi legibus. Atqui si tempus est ullum iure hominis necandi
que multa sunt, certe illud est nō modo iustum, uerumetiam necessarium
cum uis illata ui defenditur. Pudicitiam cum eriperet militi tribunus
militaris in exercitu. C. marij propinquus eius imperatoris inter
fectus ab eo est. cui uim afferebat. Facere enim probus adolescens
periculose quam perpeti turpiter maluit. Atque hunc ille summus uir
scelere solutum, periculo liberauit. Insidiatori uero et latroni, que pot
est inferri iniusta nex? Quid comitatus nostri, quid gladij uolunt?
quos habere certe nō liceret, si uti illis nullo pacto liceret. Est igitur
hec iudices non scripta: sed nata lex? quam nō didicimus, accepimus,
legimus, uerumetiam ex natura ipsa arripuimus hausimus, expressimus
ad quam non docti, sed facti, nō instituti, sed imbuti sumus. Vt si
uita nostra in aliquas insidias, si in uim, in tela, aut latronum, aut
inimicorum incidisset: omnis honesta ratio esset expediende salutis.
Silent enim leges inter arma! nec se expectari iubent. cum ei qui
expectare uelit, ante iniusta pena luenda sit. quam iusta repetenda,
etsi per sapienter et quodam modo tacite dat ipsa lex potestatem de
fendendi: que nō modo hominem occidi, sed esse cum telo hominis necandi
causa uetat. Vt cum causa, nō telum quereretur, qui sui defende
di causa telo esset usus. nō hominis occidendi causa habuisse telum
iudicaretur. Quapropter hoc maneat in causa iudices, nō enim dubito
quin probaturus sim uobis defensionem meam, si id memineritis
quod obliuisci non potestis, insidiatorem iure interfici posse. Se
quitur illud quod a milonis inimicis sepissime dicitur, cedem
qua. P. clodius occisus est senatum iudicasse contra rem. p. esse factam.
illam nō senatus, nō sententijs suis solum, sed et studijs comprobauit.

Alcmeon eriphilā et Horestes clytemnestram

Nex

iactata sunt: et in concione ab improbis et paulo ante ab accusatoribus.

Ahala

Quotiens est enim illa causa a nobis acta in senatu? quibus assensionibus universi ordinis? quam nec tacitis nec occultis? Quando enim frequentissimo senatu .iiii. [aut .v.] ad summum quique sunt inventi, qui milonis causam non probarent. Declarant hoc ambusti tribuni plebis, illae intermortuae contiones, quibus quotidie meam potentiam invidiose criminabantur? cum dicerent senatum non quid sentiret, sed quod ego vellem, decernere. Quae quidem si potentia est appellanda potius quam aut propter hos officiosos labores meos non nulla apud bonos gratia appellatur. ita sane dummodo ea nos utamur, pro salute bonorum contra amentiam perditorum. hanc vero questionem etsi non est iniqua, numquam tamen senatus constituendam putavit. Erant enim leges, erant questiones vel de caede, vel de vi, nec tantum merorem ac luctum senatui mors. P. clodii afferebat, ut nova questio constitueretur?

Cum enim senatui de illo incesto stupro iudicium decernendi potestas esset erepta: de eius interitu quis potest credere, senatum iudicium novum constituendum putasse? Cur igitur incendium curie, oppugnationem edium. M. lepidi caedem hanc ipsam contra rem. p. senatus factam esse decrevit? Quia nulla vis umquam est in libera civitate suscepta inter cives, non nisi contra rem. p. Non enim est illa defensio contra vim umquam optanda, sed non numquam est necessaria, nisi vero aut ille dies in quo. T. graccus est cesus, aut ille quo. C. gr. [annius] aut quo arma saturnini, non etiam sine re. p. oppressa sunt? rem. p. tamen non vulnerarunt. Itaque ego ipse decrevi, cum caedem in appia factam esse constaret, non eum qui se defendisset contra rem. p. fecisse, sed cum inesset in re vis, et insidie? crimen iudicio reservavi, rem notavi. Quod si per furiosum illum tribunum senatui quod sentiebat, perficere licuisset, novam questionem nunc nullam haberemus. Decernebat enim ut [veteribus] [inventis] legibus, tantum modo extra ordinem quereretur. Divisa sententia est postulante nescio quo. Nihil est enim necesse, omnium me flagitia referre. Sic reliqua auctoritas senatus empta intercessione sublata est. At enim. gn. pompeius, rogatione sua et de re et de causa iudicavit, tulit enim de caede que in appia via facta esset, in qua. P. clodius occisus esset. Quid ergo tulit? nempe ut quereretur quid porro querendum

est. factum ne sit? At constat a quo? At patet, vidit etiam in confessione facti iuris tamen defensionem suscipi posse. Quod nisi vidisset posse absolvi eum qui fateretur, cum videret nos fateri, neque queri umquam iussisset, nec vobis tam salutarem in iudicando licentiam quam illam tristem dedisset. Mihi vero. gn. pompeius non modo nihil gravius contra milonem iudicasse, sed etiam statuisse videtur quid vos in iudicando spectare oporteret. Nam qui non penam confessioni, sed defensionem dedit, is causam interitus querendam, non interitum putavit. Iam illud dicet ipse profecto, quod sua sponte fecit. P. ne clodio tribuendum putetur: an tempori. domi sue nobilissimus vir senatus propugnator atque illis quidem temporibus paene patronus avunculus huius nostri iudicis fortissimi viri catonis, tribunus plebis. M. drusus occisus est. Nihil de eius morte populus consultus, nulla questio decreta a senatu est. Quantum luctum in hac urbe fuisse a nostris patribus accepimus cum. P. affricano domi sue quiescenti illa nocturna illa vis esset illata, quis tamen non gemuit? quis non arsit dolore? quem immortalem si fieri posset, omnes esse cuperent. eius ne necessariam quidem expectandam esse mortem duximus. Num igitur ulla questio de affricani morte lata est? certe nulla. quid ita? Quia non alio facinore clari homines alio obscuri necantur? intersit inter vite dignitatem summorum virorum atque infimorum. Mors quidem illata per scelus, iisdem penis teneatur et legibus, nisi forte magis erit parricida, qui consularem patrem, quam siquis humilem necaverit. Aut eo mors atrocior erit. P. clodii, quia is in monumentis maiorum suorum sit interfectus. hoc enim saepe ab istis dicitur: proinde ac si appius cecus viam muniverit, non qua populus uteretur, sed ubi impune sui posteri latrocinarentur. Itaque in eadem ista via appia, cum ornatissimum equitem ro. M. papirium occidisset, non fuit illud facinus puniendum.

Homo .n. nobilis in suis monumentis, equitem. ro. occiderat, nunc eiusdem appie nomen quantas tragedias excitat, que cruentata antea caede honesti atque innocentis viri silebatur. eadem nunc crebro usurpatur, posteaquam latronis et parricide sanguine imbuta est.

Sed quid ego illa commemoro? Comprehensus est in templo ca-

propter magna in rem p. merita mediocris in bonis causa auctoritas

storis servus. P. clodii, que ille ad gn. pompeium interficiendum collo
cavit. Extorta est confitenti sica de manibus. caruit foro posthac
pompeius, caruit senatu, caruit publico. ianua se ac parietibus non iure
legum iudiciorumque texit. Num que rogatio lata: num que nova questio
decreta est? Atqui si res, si vir, si tempus ullum dignum fuit, certe
hec in illa causa summa omnia fuerunt. Insidiator erat in foro collo
catus, atque in vestibulo ipso senatus, et viro autem mors parabatur:
cuius in vita nitebatur salus civitatis. Eo porro rei p. tempore,
quo si ille unus occidisset, non hec solum civitas, sed gentes omnes
concidissent, nisi forte quia perfecta res non est, non fuit punienda.
P roinde quasi exitus rerum, non hominum consilia legibus vindicentur. Mi
nus dolendum fuit re non perfecta, sed puniendum certe nihilo
minus. Quotiens ipse vidi res ex P. clodii telis, et ex cruentis
eius manibus effugi; ex quibus si me non vel mea vel rei p. fortuna reservasset
quis tandem de interitu meo questionem tulisset? Sed stulti
sumus qui drusum, qui affricanum, pompeium nos met ipsos cum
P. clodio conferre audeamus. Tollerabilia fuerunt illa. P. clodii
mortem equo animo nemo sufferre potest. Luget senatus, meret eque
ster ordo, tota civitas confecta senio est, squalent municipia
afflictantur colonie: agri denique ipsi tam beneficum, tam salu
tarem, tam mansuetum civem desiderant. Non fuit ea causa
iudices, non fuit cur sibi censeret pompeius questionem feren
dam. Sed homo sapiens et alta quadam mente preditus, multa
vidit, fuisse illum sibi inimicum, familiarem milonem, in com
muni letitia, si ipse etiam gauderet, timuit, ne videretur infirmior
fides reconciliate gratie. Multa etiam alia vidit, sed illud maxime
quamvis atrociter ipse tulisset, vos tamen fortiter iudicaturos. Itaque
delegit e florentissimis ordinibus ipsa lumina. Neque vero quod
nonnulli dictitant, secrevit in iudicibus legendis amicos meos,
neque enim hoc cogitavit vir iustissimus, neque in bonis viris
legendis id assequi potuisset, etiam si cupisset. Non enim mee
gratie familiaritatibus continentur, que late patere non possunt
propterea quia consuetudines victus non possunt esse cum multis,
et quibus ille cum optimos viros legeret, idque maxime ad

Sed si quid possumus: ex eo possumus: quod res p. nos coniunxit cum multis

fidem pertinere arbitraretur: non potuit eligere non studiosos mei.
Quod vero te L. domiti huic questioni preesse voluit, nihil
quesivit aliud, nisi iustitiam, gravitatem, humanitatem, fidem:
tulit ut consularem necesse esset. credo quod principum munus esse du
cebat resistere et levitati multitudinis, et perditorum temeritati.
ex consularibus te creavit potentissimum. dederas enim quod contem
neres populares insidias, iam ab adolescentia documenta maxima.
Quamobrem iudices ut aliquando ad causam crimenque veniamus, si
neque omnis confessio facti est inusitata: neque de causa nostra quicquam
aliter ac nos vellemus a senatu iudicatum est: et lator ipse legis
cum esset controversia nulla facti, iuris tamen disceptationem esse
voluit, et electi iudices isti prepositusque questioni, qui hec iuste sa
pienterque disceptet. Reliquum est iudices ut nihil iam aliud querere
debeatis, nisi uter utri insidias fecerit. Quod quo facilius argu
mentis perspicere possitis, rem gestam vobis dum breviter expono
queso diligenter attendite. P. clodius cum statuisset omni scelere
in pretura vexare rem p. videretque ita tractata esse comitia anno
superiore, ut non multos menses preturam gerere posset qui non
honoris gradum spectaret ut ceteri, sed et L. paulum collegam effugere
vellet: singulari virtute civem romanum, et annum integrum ad di
lacerandam rem p. quereret, subito reliquit annum suum, seque in
annum proximum transtulit: non ut religione aliqua impediretur: sed ut ha
beret quod ipse dicebat, ad preturam gerendam. hoc est ad eve
tendam rem p. plenum annum atque integrum. Occurrebat mancam
ac debilem preturam futuram. Consule milone. eum porro summo
consensu populi ro. consulem fieri videbat, contulit se ad eius
competitores, sed ita totam ut petitionem ipse solus etiam invitis
illis gubernaret, tota ut comitia suis ut dictitabat humeris sub
stineret: convocabat tribus, se interponebat, collinam novam, delectu
perditissimorum scribebat civium. Quanto ille plura miscebat, tanto
magis hic in dies convalescebat. Ubi vidit homo ad omne faci
nus paratissimus, fortissimum virum inimicissimum suum certissi
mum consulem, idque intellexit non solum sermonibus, sed etiam
suffragiis populi ro. saepe esse declaratum, palam agere cepit. et

Narratio

aperte dicere occidendum milonem. Seruos agrestes et barbaros
quibus siluas publicas depopulatus erat, etruriamque uexarat, ex ape-
nino deduxerat, quos uidebatis. Res erat minime obscura. etenim
palam dictitabat consulatum miloni eripi non posse, uitam posse.
Significauit hoc sepe in senatu, dixit in contione, quin etiam
fauonio fortissimo uiro querenti, ex eo qua spe fureret milone
uiuo, respondit triduo illum ad summum quatriduum periturum.
Quam uocem eius ad hunc M. catonem statim fauonius detulit. In-
terim cum sciret clodius, neque enim erat difficile scire, iter sollem-
ne legiptimum, necessarium ante diem. xiii. kl. feb. milonem esse
lanuuium ad flaminem prodendum: quod erat dictator lanuuii milo,
roma subito clodius ipse profectus pridie est. Ut ante suum fundum,
quod re intellectum est, miloni insidias collocaret. Atque ita pro-
fectus est, ut contionem turbulentam, in qua eius furor desidera-
tus erat, que illo ipso die habita est, relinqueret, quam nisi obire
facinoris locum, tempusque uoluisset, numquam reliquisset. Milo au-
tem cum in senatu fuisset, eo die quo a senatu est dimissus, domum
uenit, calceos et uestimenta mutauit. Paulisper dum se uxor
ut fit comparat, commoratus est. Deinde profectus id temporis
cum iam clodius siquidem eo die romam uenturus erat, re-
dire potuisset. obuiam fit ei clodius, expeditus in equo nullo,
reda, nullis impedimentis, nullis grecis comitibus ut sole-
bat, sine uxore, quod numquam fere, cum hic insidiator iter
illud ad cedem faciendam apparasset, cum uxore ueheretur
in reda: penulatus uulgus magno et impedimento ac mulie-
bri et delicato ancillarum puerorumque comitatu. fit obuiam
clodio ante fundum eius hora fere undecima, aut non multo
secus, statim complures cum telis in hunc faciunt de loco supe-
riore impetum, aduersi redarium occidunt. Cum autem hic
de reda reiecta penula dissiluisset, seque acri animo defenderet:
illi qui erant cum clodio gladiis eductis, partim recurrere
ad redam, ut a tergo milonem adorirentur: partim quod hunc
iam iter perfectum putarent, cedere incipiunt eius seruos:
qui post erant, ex quibus qui animo fideli in dominum erant

et presentes fuerunt: partim occisi sunt: et partim cum ad redam pugnari
uiderent: domino succurrere prohiberentur: milonemque occisum et ex ipso clo-
dio audirent, et ita esse putarent, fecerunt id serui milonis, dicam enim
non deriuandi criminis causa, sed ut factum est, neque imperante, neque sciente neque
presente domino, quod suos quisque seruos in tali re facere uoluisset. hec
sicut exposui, ita gesta sunt iudices. Insidiator superatus: ui uicta uis uel
potius oppressa uirtute est audacia. Nihil dico quid res publica consecuta
sit: nihil quod uos, nihil quod omnes boni, nihil sane id prosit miloni,
qui hoc fato natus est, ut ne se quidem seruare potuerit, quin una rem publicam
uosque seruaret. Si id iure non posset, nihil habeo quod defendam. Sin
hoc et ratio doctis et necessitas barbaris, et mos gentibus, et feris natura
ipsa prescripsit: Ut omnem semper uim, quacumque ope possent, a corpore
a capite de uita sua propulsarent, non potestis hoc factum improbum iu-
dicare, quin simul iudicetis omnibus qui in latrones inciderint, aut
illorum telis, aut uestris sententiis esse pereundum. Quod si ita putasset,
certe optabilius miloni fuit dare iugulum P. clodio, non semel ab
illo, nec tum primum petitum, quam iugulari a uobis, quia se illi non iugulan-
dum tradidisset. Sin hoc nemo uestrum ita sentit, illud iam in iudi-
cium uenit, non occisus ne sit, quod fatemur, sed iure an iniuria
quod multis iam in causis quesitum est. Insidias factas esse constat.
et id est quod senatus contra rem publicam factum esse iudicauit. Ab utro
facte sunt, incertum est. De hoc igitur latum est ut quereretur. Ita et
senatus rem, non hominem notauit. Et pompeius de iure non de facto
questionem tulit. Numquid igitur aliud in iudicium uenit, nisi uter utri
insidias fecerit: profecto nihil, si hic illi ut ne sit impune, si ille
huic, tum nos scelere soluamur. Quonam igitur pacto probari potest
insidias miloni fecisse clodium, satis est in illa tam audaci
tam nepharia belua docere magnam ei causam, magnam spem in
milonis morte propositam, magnas utilitates fuisse. Itaque illud
cassianum, cui bono fuerit, in his personis ualeat. etsi boni nullo
emolumento impelluntur in fraudem, improbi sepe paruo. Atqui
milone interfecto clodius hoc assequebatur: non modo ut pretor esset
non eo consule quo sceleris nihil facere posset, sed etiam ut his
consulibus pretor esset, quibus si non adiuuantibus at coniuentibus

certe sperasset se posse eludere in illis suis cogitatis furoribus, cuius
illi conatus, ut ille ratiocinabatur, nec si cuperent, reprimere possent,
cum tantum beneficium ei se debere arbitrarentur, et si vellent fortasse
vix possent, frangere hominis sceleratissimi corroboratam iam vetustate
audaciam. An vero iudices vos soli ignoratis? vos hospites in hac
urbe versamini? Vestre peregrinantur aures, neque in hoc pervagato
civitatis sermone versantur? Quas ille leges, si leges nomi-
nande sunt, ac non faces urbis, pestes rei p. fuerit impositurus
nobis omnibus atque inusturus? Exhibe quaeso Sexte Clodi, exhibe libra-
rium illud legum vestrarum, quod te aiunt eripuisse de domo, et e medijs
armis turbaque nocturna, tamquam palladium sustulisse, ut pre-
clarum inde munus, atque instrumentum tribunatus ad aliquem si
nactus esses, qui tuo arbitrio tribunatum gereret, deferre posses.
Et aspexit me quidem illis oculis, quibus tum solebat, cum omnibus
minabatur. Movet me quippe lumen curie. Quid tum me iratum
Sexte putas tibi? cuius tu inimicissimum multo crudelius etiam punitus
es, quam erat humanitatis mee postulare. Tu P. Clodi cruentum
cadaver eiecisti domo. Tu in publicum eiecisti (abiecisti). Tu spoliatum ymaginibus
exequijs, pompa, laudatione, infelicissimis semiustulatum lignis,
nocturnis canibus dilacerandum reliquisti. Quare etsi nefarie
fecisti, tamen quoniam in meo inimico crudelitatem exprompsisti, tuam
laudare non possum: irasci certe non debeo. P. Clodij preturam non
sine magno rei p. novarum metu proponi solitam fore videbatis: nisi esset
is consul qui etiam (eam) auderet, possetque constringere. Eum Milonem esse
cum sentiret universus po. ro. quis dubitaret suffragio suo se metu
periculo rem p. liberare? At nunc P. Clodio usitatis iam rebus enite-
dum esse contra Miloni, ut tueatur dignitatem suam. Singularis illa
huic uni concessa gloria, qua (que) quotidie fingebatur (augebatur), frangendis furo-
ribus Clodianis, iam Clodij morte cecidit. Vos adepti estis, ne quem
civem metueretis. Hic exercitationem virtutis, suffragationem consula-
tus, fontem perhennem glorie sue perdidit. Itaque Milonis consulatus
qui vivo Clodio labefactari non poterat, mortuo denique temptari
ceptus est. Non modo igitur nihil prodest, sed obest etiam P. Clodij mors
Miloni. At valuit odium, fecit iratus, fecit inimicus, fuit ultor in-

iurie, punitor doloris sui. Quid? si hec non dico, maiora fuerunt in
Clodio quam in Milone: sed in illo maxima, nulla in hoc. Quid vultis
amplius? Quid enim odisset Clodium Milo, segetem ac materiem sue
glorie: preter hoc civile odium, quo omnes improbos odimus? Ille erat
ut odisset primum defensorem salutis mee: deinde (sui) vexatorem furoris,
domitorem armorum suorum, postremo et accusatorem suum. Reus enim
Milonis lege Plotia fuit Clodius quoad vixit: quo tandem animo hoc
tirannum illum tulisse creditis? quantum odium illius, et in homine iniusto quam etiam
iustum (fuisse)? Reliquum est ut iam illum natura, ipsiusque consuetudo defen-
dat: hunc autem hec eadem coarguant. Nihil per vim umquam Clodius, omnia
per vim Milo. Quid ergo iudices, cum merentibus vobis urbe cessi, in- [illegible] attulit
temptavi, non servos, non arma, non vim? Que fuisset igitur causa
restituendi mei, nisi fuisset iniusta eiciendi? Diem mihi credo dixe-
rat: multam irrogarat: actionem perduellionis intenderat. Et mihi
videlicet etiam (in) causa, aut vera mala aut mea non (nec) preclarissima. Sed
iudicium timendum fuit, servorum et egentium civium, et facinorosorum
armis, meos cives, meis consilijs, periculisque servatos: pro me obici
nolui. Vidi enim, vidi hunc ipsum Q. Hortensium lumen et ornamentum
rei p. pene interfici servorum manu, cum mihi adesset. Qua in turba C.
Vibienus senator vir optimus, cum hoc cum esset una, ita est mulc-
tatus ut vitam amiserit. Itaque quando illius postea sica, quam a Catilina
acceperat, conquievit? Hec intentata nobis est. Huic ergo vos ego
obici pro me non sum passus. Hec insidiata Pompeio est. Hec viam
Appiam monimentum sui nominis, nece Papirij cruentavit. Hec eadem
longo intervallo conversa rursus est in me. Nuper quidem ut scitis
me ad regiam pene confecit. Quid simile Milonis? cuius vis omnis hec
semper fuit, ne P. Clodius cum in iudicium detrahi non posset, vi op-
pressam civitatem teneret. Quem si interficere voluisset, quante
quotiens occasiones, quam preclare fuerunt! Potuitne cum domum
ac deos penates suos illo oppugnante defenderet, iure se ul- et viro fortissimo
cisci? Potuitne civi egregio P. Sestio collega suo vulnerato?
Potuitne Fabricio viro optimo, cum de reditu meo legem ferret,
pulso, crudelissima in foro cede facta? Potuitne L. Cecilij iustis-
simi, fortissimique pretoris oppugnata domo? Potuitne illo die

cum est lata lex de me: cum totius ytalie concursus, quem mea salus concita-
rat, facti illius gloriam libens agnovisset: ut etiam si id milo fecisset, cunc-
ta civitas eam laudem pro sua vendicaret. Atqui erat tempus, clarissimus
et fortissimus consul inimicus clodio. P. lentulus ultor sceleris illius pro-
pugnator senatus defensor vestre voluntatis, patronus illius publici con-
sensus, restitutor salutis mee. Septem pretores, octo tribuni plebis, illius adver-
sarii defensores mei. Cn. pompeius auctor et dux mei reditus, illius ho-
stis: cuius sententiam senatus omnis de salute mea gravissimam et ornatissi-
mam secutus est. Quid populus romanus cohortatus? qui cum de me decretum capue
fecisset, ipse cuncte ytalie cupienti, et eius fidem imploranti signum dedit
ut ad me restituendum romam concurrerent. Omnia tum denique in illum
odia civium adherebant desiderio mei: quem si quis interemisset, non de im- ardebant
punitate eius, sed de premiis cogitaret. tamen se milo continuit: et
P. clodium ad bis ad iudicium, ad vim numquam vocavit. Quid privato milone
et reo ad populum accusante P. clodio: cum ille in Cn. pompeium pro milone
dicentem impetus factus esset: que tum non modo occasio: sed et causa
illius opprimendi fuit? Nuper vero cum M. antonius summam spem
salutis bonis omnibus attulisset, gravissimamque adolescens nobilissimus
rei publice partem fortissime suscepisset atque illam belluam iudicii
laqueos declinantem, iam irretitam teneret, qui locus: quod
tempus illud dii immortales fuit: cum se ille fugiens in scalarum
tenebris abdidisset, magnum miloni fuit conficere illam pestem
nulla sua invidia, M. anthonii vero maxima gloria. Quid comitiis
in campo? quotiens potestas fuit, cum ille in septa ruisset, gladios irrupisset
distringendos, lapides iaciendos curavisset. Deinde subito vultu
milonis perterritus fugeret ad tyberim, vos et omnes boni vota
feceritis, ut miloni uti virtute sua liberet. Quem igitur cum omnium gratia
noluit: hunc voluit, cum aliquorum querela: quem iure, quem loco, quem
tempore, quem impune non est ausus, hunc iniuria iniquo loco alieno
tempore periculo capitis non dubitavit occidere: presertim iudices cum ho-
noris amplissimi contentio, et dies comitiorum subesset. Quo quidem
tempore, scio enim quam timida sit ambitio: quantaque et quam sollicita
cupiditas consulatus: omnia non modo que reprehendenda palam, sed et
obscure que cogitari possunt timemus: rumorem fabulam fictam

falsam perhorrescimus: ora omnium atque oculos intuemur. Nihil enim est tam
molle, tam tenerum, tam aut fragile, aut flexibile quam voluntas erga nos
sensusque civium, qui non modo improbitati irascuntur candidatorum, sed etiam in recte
factis sepe fastidiunt. hunc igitur diem campi speratum atque exoptatum
sibi proponens milo: cruentis manibus scelus et facinus pre se fe-
rens et confitens: ad illa augusta centuriarum auspicia veniebat.
Quam hoc non credibile in hoc, quam in clodio idem non dubitandum, qui se
interfecto milone regnaturum putaret. Quid quod caput audacie
est iudices, quis ignorat maximam illecebram esse peccandi impuni-
tatis spem. In utro igitur hec fuit in milone: qui nunc etiam reus est
facti, aut preclari aut certe necessarii: An in clodio qui ita iudi-
cia, penamque contempserat: ut eum nihil delectaret, quod aut per naturam
fas esset aut per leges liceret. Sed quid ego argumentor? quid
plura disputo? Te Q. petilii appello optimum et fortissimum civem.
Te M. cato testor, quos mihi divina quedam sors dedit iudices. Vos
ex M. favonio audistis clodium sibi dixisse, et audistis vivo
clodio, periturum milonem triduo. Post diem tertium gesta res est, quam quid cogitaret: vos potestis dubitare
dixerat. cum ille non dubitaret aperire apparare quid faceret. Quemad-
modum igitur eum dies non fefellit videtis. Dixi equidem modo dictatoris
lanuvii stata sacrificia nosse negotii nihil erat. Vidit necesse esse Miloni proficisci
lanuvium illo ipso quo est profectus die. Itaque antevertit. At quo
die? quo ut ante dixi fuit insanissima contio ab ipsius mercennario
tribuno plebis concitata: quem diem ille, quam contionem, quos approperaret
clamores, nisi ad cogitatum facinus apparuerat, numquam reliquisset.
Ergo illi ne causa quidem itineris, et causa manendi. Miloni nullo
facultas exeundi, non causa solum, sed et necessitas fuit. Quid si ut
ille scivit milonem fore eo die in via: sic clodium milo ne suspi-
cari quidem potuit. primum quero qui scire potuerit, quod vos
idem in clodio querere non potestis. Ut enim neminem alium nisi
T. patinam familiarissimum suum rogasset, scire potuit illo die ipso
lanuvii a dictatore milone prodi flaminem necesse esse. Sed erant
permulti alii ex quibus id facillime scire posset: omnes scilicet lanuvini.
milo de clodii reditu unde quesivit? Quesierit sane. Videte
quid vobis largiar, servum etiam, ut Q. arrius meus amicus dixit

corruperit. legere testimonia ciuis testiũ uroꝝ. Dixit. C. causinius cognomẽ
Jtẽ Arrius Scola inter amnis familiaris meus, et idem comes clodij, cuius iam pridem
testimonio clodius eadem hora interamnẽ fuerat: et romę. P. clodiũ
illo die in albano mansurũ fuisse. Sed subito ei eẽ nũtiatum cyrũ
architectũ eẽ mortuũ. Jtaqȝ romã repente constituisse se proficisci.
D ixit hoc comes item. P. clodij. C. clodius. Videte iudices quante res
hijs testimonijs sunt confecte. Primũ certe liberatur milo, ut non eo
consilio profectus eẽ: ut insidiaretur in uiã clodio. Quippe si ille
obuius ei futurus oĩo nõ erat. Deinde eiũ non uideo cur nõ meũ
agam negotiũ. Scitis iudices fuisse qui in hac rogatione suadẽdo
dicerent, milonis manu cedem eẽ factam: consilio uõ maioris alicuĩ.
Videlicet me latronẽ aut sicariũ abiecti hoĩs et perditi describebant.
J acent suis testibꝫ hij: qui clodiũ negant eo die romã nisi de ciro audiss: fuisse
auditũ rediturum: respiraui liberatus sum. Non uereor ne quod
ne suspicari quid potuim, uidear id cogitasse. Nunc prosequar cetera:
nam occurrit illud ne clodius quid de insidijs cogitauit, cum
fuit in albano mansurus, siquid exiturus ad cedem de uilla non
Sed Milonẽ appropinquare fuisset. Video eiũ illũ qui dicitur de ciri morte nũtiasse: Nã qd
de ciro nũtiaret quẽ clodius roma proficiscens reliquerat morientẽ
V nã fui: testamentum simul obsignaui cũ clodio: testamentũ autẽ
palam fecerat, et illũ heredem et me scripserat: quẽ pridie hora
tertia aĩam efflantem reliquisset: eũ mortuũ postridie hora decima denique
ei nũtiabatur. Age sit ita factũ, quę causa cur romã properaret: cur in
noctem se conijceret: quid afferebat festinationis: qȝ heres erat. primũ
erat nihil cur properato opus eẽt. Deinde siquid eẽt: qd tandẽ erat
quod ea nocte consequi posset: amitteret autẽ: si postridie mane
romã uenisset. Atqȝ ut illi nocturnus ad urbem aduentus uitãdus
potius qȝ expetendus fuit. Sic miloni cum insidiator eẽt, si illũ ad
urbem nocte accessurũ sciebat, subsidendũ atqȝ expectandũ fuit. noctu occidiss. insidiose et pleno latronũ ĩ loco occidiss.
nemo eiũ neganti nõ credidisset, quẽ eẽ oẽs saluũ etiã confitere
uolunt. Sustinuisset hoc crimen: primũ ipse ille latronũ occultator
et receptator locus. Deniqȝ neqȝ muta solitudo indicasset neque
ceca nox ostendisset milonem. Deinde ubi multi ab illo uiolati spoliati
bonis, expulsi multi, hęc eẽ timentes in suspitionem caderẽt: tota

denique rea citaretur etruria. Atqȝ illo die certe aricia rediens deuertit
clodius ad albanũ. Quod nisi sciret illũ milo aricię fuisse, suspicari
tamen debuit, eum etsi romã illo die reuerti uellet ad uillam suam
quę uiã tangeret deuersurũ. Cur neqȝ ante occurrit, nẽ in uilla re- ne ille ĩ uia resideret
sideret: nec eo in loco subsedit, quo ille noctu uenturus eẽt. Video ad
hunc constare omĩa iudices, miloni etiã fuisse clodiũ uiuere. Jlli ad
ea que concupierat, optatissimũ interitũ milonis fuisse. odiũ illius
in hunc acerbissimum, in illũ huius nullum. Consuetudinem illius
perpetuam in uĩ inferenda: huius tantũ in repellenda. Mortem ab illo
denũtiatam palã miloni et prędictam: nihil unquam auditũ ex milone. Profec-
tionis huius diem illi notũ, reditum illius huic ignotũ fuisse. huius
iter necessarium, illius etiam potius alienũ. hunc prę se tulisse illo die
romã exiturũ, illũ eo die se dissimulasse rediturũ. hunc nullius rei finxisse
mutasse consiliũ, illũ causam mutandi consilij fuisse. huic si insidiares,
noctẽ prope urbem expectandam: illi etsi hunc nõ timeret, tamen
accessum ad urbẽ nocturnũ fuisse metuendũ. Videamus nunc
id quod caput est, locus ad insidias ille ipse, ubi congressi sunt
utri tandem fuerit aptior. Jd uõ iudices etiã dubitandũ et diutius
cogitandũ est: ãn fundũ clodij, quo in fundo ppter insanas illas substruc-
tiones, facile hominum milia uersabantur, ualentiũ, aduersari. Atqui
excelso loco superiorem se fore putabat milo: et ob eam rem eũ locũ
elegerit ad pugnam potissimũ delegebat. ante in eo loco potius expectandũ
ab eo: qui illius loci spe impetũ facere cogitarat. Res loquitur iu-
dices ipsã quę semper ualet plurimũ. Si hęc gesta nõ audiretis
sed picta uideretis: tamen appareret, uter eẽt insidiator, uter nihil
cogitaret mali, cũ alter ueheretur in reda penulatus, una sederet
uxor: quid horũ nõ impeditissimũ, uestitus, an uehiculũ an comes.
promptũ Quid minus aptũ ad pugnam, cũ penula irretitus, reda impeditus
uxore pene constrictus eẽt. Videte nũc illũ primũ egredientem
e uilla subito: cur quid uesperi: quid necesse est tarde: qd conuenit
presertim id temporis: deuertit in uillam pompei, pompeium ut
uideret. Sciebat in alsiensi eẽ uillã, ut prospiceret: uillas in eo
fuerat. Quid qȝ erat more et terginersationis: dum hic ueniret locũ
relinquere noluit. Age nũc expediti latronis iter cũ milonis impedimentis

compare. Semper ille antea cum uxore, tum sine ea, numquam non in reda-
tum in equo. comites greculi quocumque ibat etiam cum in castra etrusca pro-
perabant, tum nugarum in comitatu nihil. Milo qui numquam, tum casu pueros
simphoniacos uxoris ducebat, et ancillarum greges. Ille qui semper secum
scorta, semper exoletos, semper lupas duceret, tum neminem nisi ut uirum
a uiro lectum esse diceres. Cur igitur uictus est? quia non semper uiator
a latrone, non numquam etiam latro a uiatore occiditur, quia quamquam pa-
ratus in imparatos clodius, tamen mulier inciderat in uiros. Nec uero
sic erat umquam non paratus milo contra illum ut non satis fere esse pa-
ratus, semper ille et quantum interesset p. clodij se perire, et quanto
illi odio esset, et quantum ille auderet, cogitabat. Quapropter uitam
suam, quam maximis premijs propositam et pene addictam sciebat, numquam
in periculum sine presidio et sine custodia proiciebat. Adde casus,
adde incertos exitus pugnarum, martemque communem, qui saepe spoliantem
iam et exultantem euertit et perculit ab abiecto. Adde inscitiam pransi
poti oscitantis ducis: qui cum a tergo hostem interclusum reliquisset,
nihil de eius extremis comitibus cogitauit, in quos incensos ira, uitamque domini
desperantes cum incidisset, hesit in his penis, quas ab eo serui fideles
pro domini uita expetiuerunt. Cur igitur eos manumisit? metuebat. scilicet ne
indicarent. ne dolorem perferre non possent, ne tormentis cogerentur
occisum esse a seruis milonis in appia uia. p. clodium confiteri. Quid
opus est tortore? Quid queris? occiderit ne? occidit. iure an in-
iuria? Nihil ad tortorem. facti enim in eculeo questio est. iuris in iudicio.
Quod igitur in causa querendum est, id agamus, hoc quod tormentis inuenire
uis id fatemur. Manu uero cur miserit, si id queris potius, quam cur parum
amplis affecerit premijs, nescis inimici factum reprehendere. Dixit enim
hoc idem, qui omnia semper constanter et fortiter M. cato dixitque in tur-
bulenta contione, que tamen huius auctoritate placata est. non libertate
solum sed etiam omnibus premijs dignissimos fuisse, qui domini caput
defendissent. Quod enim premium satis magnum est, tam beniuolis, tam
bonis, tam fidelibus seruis, propter quos uiuit. et si id quidem non tanti est:
quam quod propter eosdem, non sanguine et uulneribus suis crudelissimi inimici
mentem, oculosque satiauit, quos nisi manu misisset, tormentis etiam
dedendi fuerunt conseruatores domini, ultores sceleris, defensores necis.

hic uero nihil habet in his malis, quod minus moleste ferat, quam et si quid
ipsi accidat, esse tamen illis meritum premium persolutum. Sed questiones urgent
milonem, que sunt habite nunc in atrio libertatis. Quibusnam de seruis?
rogas. de p. clodij. Quis eos postulauit? Appius. Quis eos produxit? appius.
Vnde? ab appio: dij boni quid potest agi seuerius? De seruis nulla questio est in domi-
num, nisi de incestu ut fuit in clodium. Proxime deos accessit clodius
propius quam tum cum ad ipsos penetrarat, cuius de morte tamquam de ceremonijs
uiolatis queritur. Sed tamen maiores nostri in dominum de seruo queri
noluerunt, non quia non posset uerum inueniri, sed quia uidebatur indignum
esse, et domini morte ipsa tristius. In reum de seruo accusatoris cum queritur
uerum inueniri potest? Age uero que erat, aut qualis questio, heus ubi res- al' seu Rusio verbi cũ caesis mutare
ponsio, ubi causa? Clodius insidias fecit miloni? fecit. certa crux. nul-
las fecit, sperata libertas. Quid hac questione certius? Subito arrepti
in questionem, tamen separantur a ceteris, et in arcas coniciuntur, ne quis
cum his colloqui posset. hi centum dies penes accusatorem cum fuissent
ab eo ipso accusatore producti sunt. Quid hac questione dici potest
integrius? quid incorruptius? Quod si non dum satis cernitis, cum res
ipsa, tot tam claris argumentis, signisque luceat, pura mente atque integra
milonem, nullo scelere imbutum, nullo metu perterritum, nulla conscien-
tia exanimatum, romam reuertisse, recordamini, per deos immortales
que fuerit celeritas reditus eius, et qui ingressus in forum ardente
curia. que magnitudo animi, qui uultus, que oratio. Neque uero se populo
solum, sed et senatui, neque senatui modo, sed etiam publicis presidijs
et armis: neque his tantum armis, uerum et ei potestati, cui senatus
omnem rem.p. omnem Ytalie pubem, cuncta populi ro. arma commiserat.
cui numquam se hic profecto tradidisset, nisi cause sue confideret: presertim
omnia audienti, magna metuenti, multa suspicanti, nonnulla credenti.
Magna uis est conscientie iudices, et magna in utramque partem, ut neque
timeant, qui nihil commiserint, et penam semper ante oculos uersari
putent, qui peccarint. Neque uero sine certa ratione causa milonis semper
a senatu probata est. Videbant enim sapientissimi homines facti rationem
presentiam animi, defensionis constantiam. An uero obliti estis iudices
recenti illo nuntio necis clodiane, non modo inimicorum milonis sermo-
nes et opiniones, sed non nullorum etiam imperitorum? negabant enim romam esse redi-

turũ. Sine eñ illud aĩo irato ac percito fecisset, ut inimicus odio trucida-
ret inimicũ: arbitrabantur eum tanti morte clodij putasse, ut eq̃o aĩo
patria careret, cum sanguine inimici explesset odiũ suũ. Sine et illius
morte patriã liberare voluisset, nõ dubitaturũ forte virũ, quin cum suo
periculo salutem ro. p.p. [r.p.] populo attulisset, cederet equo aĩo legibus, secũ auferret
gloriam sempiternam, nobis hec fruenda relinqueret, que ipse ser-
vasset. Multi et catelinam atq; illa portenta loquebantur, erumpet, oc-
cupabit aliquẽ locũ, bellũ patrie faciet: miseros interdum cives opti-
me de re. p. meritos, in quibus homines, nõ modo res preclarissimas obli-
viscuntur, sed et nepharias suspicantur. Ergo illa falsa fuerunt,
que certe vera extitissent, si milo admisisset aliquid, quod nõ posset
honeste, vereq; defendere. Quid? que postea sunt in eum congesta?
que quemvis etiam mediocriũ delictorũ conscientiã perculissent. Ut sub-
stinuit dij immortales? Substinuit? ymo vero ut contempsit ac pro ni-
hilo putavit, que neq; magno aĩo nocens, nec innocens nisi fortissi-
mus vir negligere potuisset. Scutorũ, gladiorũ, frenorũ, pilorũq; etiã [coacervabant]
multitudo, deprehendi posse indicabantur, nullũ in urbe vicũ, nullum
angiportũ esse dicebant: in quo miloni nõ esset conducta domus, in [Arma ĩ villã otriculã devecta tyberi, domus]
divo capitolino scutis referta: plena omnia malleorũ [olorũ] ad urbis incen-
dia comparatorũ, hec nõ delata solum, sed pene credita, nec ante re-
pudiata sunt q̃ quesita. Laudabam equidẽ incredibilem diligentiam
GN. pompei, sz dicam ut sentio iudices, nimis multa audire coguntur.
neq; aliter facere possunt hi quibus tota cõmissa est res. p. Quin etiã
audiendus fuit popa licinius nescio quid de circo magno, servos
milonis apud se ebrios factos, sibi confessos esse de interficiendo
pompeio coniurasse. Deinde postea se gladio percussum ab uno de
illis esse: ne indicaret pompeio in ortos nuntiavit. Arcessor in primis
de amicorũ sententia, rem refert ad senatum. Non poteram in illius
mei, patrieq; custodis tanta suspicione, nõ metu exanimari. Sed admi-
rabar tñ pompeiũ confessionem servorũ audiri: vulnus in latere [Tñ crede pope]
quod [acu] acumen puncti videretur, pro ictu gladiatoris putari. Verũ
ut intelligo: cavebat magis pompeius q̃ timebat, nõ ea solum que
timenda erant, sed omnia ne aliquid nos timeretis. Oppugnata do-
mus. C. cesaris clarissimi et fortissimi viri, pluribus noctis horis

nuntiabatur: nemo audierat tam celebri loco, nemo senserat, tamen audie-
batur. Non poterat GN. pompeiũ prestantissima virtute [cauẽ] virũ timidum
suspicari, diligentiã tota re. p. suscepta [suscepta], nimiã nullã putabam. Frequentis-
simo senatu nuper in capitolio senator inventus est: qui milonem cũ
telo esse diceret. Nudavit se in sanctissimo templo: quoniam vita talis et
civis et viri fidem nõ faciebat, nisi eo tacente res ipsa loqueretur. Omnia
falsa atq; insidiose ficta comperta sunt. Cur tamen si metuitur et nunc [nõ ĩa h̃ clodianũ]
milo, crimen timemus? Sed mas. GN. pompei, te eñ iam appello ea
voce, ut me audire possis, tuas inq; suspitiones perhorrescimus, si
milonem times, si hunc de tua vita nepharie, aut nunc cogitare, aut
molitũ aliquando, aliquid putas, si ytalie delectus: ut nonnulli conqui-
sitores tui dictitarent, si hec arma, si capitoline cohortes, si excubie,
si vigilie, si delecta iuventus, que tuũ corpus, domũq; custodit, cõtra
milonis impetũ armata est, atq; illa omnia in hunc unũ instituta, parata
intenta sunt, magna in hoc certe vis et incredibilis aĩus, et nõ unius
viri vires, atq; opes iudicantur. Siquidem in hunc unũ, et prestantissimus
dux electus, et tota res. p. armata est. Sz quis nõ intelligit omnes
rei. p. partes tibi egras et labantes, ut eas his armis sanares et
confirmares esse cõmissas. Qz si miloni locus datus eet, exprobatus,
probasset profecto tibi ipsi neminem unq̃ hoĩem hoĩ cariorẽ fuisse [q̃ te sibi: nullũ se unq̃ periculũ p tua dignitate fugisse!]
cum illa ipsa teterrima [parte ex] peste sepissime pro tua gloria contendisse.
Tribunatũ suũ ad salutem meam que tibi carissima fuisset: consi-
liis tuis gubernatũ. Sed a te postea defensum in periculo capitis, ad-
iutum in petitione preture, duos se hre semper amicissimos spe-
rasse. te tuo beneficio, me suo. Que si non probaret, si tibi ita pe-
nitus insedisset ista suspitio: nullo iam evelli modo posset, si deniq;
ytalia a delectu, urbs ab armis sine milonis clade nunq̃ eet
conquietura, ne iste haud dubitans cessisset patria, is qui ita natus
est et ita consuevit te magne tamen attestaretur quod nunc et
facit. Vide q̃ sit varia vite cõmutabilisq; ratio, q̃ ad tempus apte [Te tñ Magne aĩ attestaretur q̃ vaga, volubilisq; fortuna, q̃te infidelitates ĩ amicis!]
simulationes, quante in periculis fuge proximorũ, quante timiditates.
Erit, erit illud profecto tempus, et illucescet aliquando ille dies, cũ tu saluta-
ribus ut spero rebus tuis, sed fortasse motu aliquo cõmunium temporum [immutatus]
qui q̃ crebro accidat experti debemus scire, et amicissimi benivo-

lentiarum et amicitiarum gravissimi hominis fidem: et unius post homines natos fortissimi viri magnitudinem animi desideres. Quamquam quis hoc credat. Cn. pompeium iuris publici moris maiorum rei denique publicae peritissimum, cum senatus ei commiserit. Ut videret ne quid res publica detrimenti caperet, quo uno versiculo satis armati consules fuerunt semper, etiam nullis armis datis hunc exercitum hunc delectu dato iudicium expectaturum fuisse in eis consiliis vindicandis? qui vel iudicia ipsa tolleret. Satis iudicatum est a pompeio, satis falso ista conferri in milonem; qui legem tulit qua ut ego sentio, milonem absolui oporteret, ut omnes confitentur liceret. Quod vero in illo loco atque in illis publicorum presidiorum copiis circumfusus sedet, satis declarat se non terrorem inferre vobis. Quid enim illo minus dignum, quam cogere ut vos eum condemnetis in quem animadvertere ipse et more maiorum, et suo iure posset? Sed presidio est: ut intelligatis contra externam contionem illam licere vobis quod sentiatis libere iudicare. Nec vero me iudices clodianum crimen movet nec tam sum demens, tamque vestri sensus signa atque expers, ut nesciam quid de morte clodii sentiatis; de qua si iam nollem ita diluere crimen ut dilui, tamen impune miloni palam clamare ac mentiri gloriose liceret, occidi: occidi. Non spurium melium qui annona levanda, iacturisque rei familiaris: quia nimis amplecti plebem putabatur, in suspitionem incidit regni appetendi. Non T. graccum, qui collegae magistratum per seditionem abrogavit: quorum interfectores impleverunt orbem terrarum nominis sui gloria: Sed eum, auderet enim dicere, cum patriam periculo suo liberasset cuius nephandum adulterium in pulvinaribus sanctissimis nobilissime femine comprehenderunt. Eum cuius supplicio senatus solennes religiones expiandas saepe censuit. Eum quem cum sorore germana nepharium stuprum fecisse. L. lucullus iuratus se questionibus habitis dixit comperisse. Eum qui civem, quem senatus, quem populus romanus, quem omnes gentes urbis ac vite civium conservatorem iudicabant, servorum armis exterminavit. Eum qui regna dedit, ademit: orbem terrarum, quibus cum voluit partitus est. Eum qui pluribus cedibus in foro factis, singulari virtute et gloria civem domum vi et armis compulit. Eum cui nihil umquam nephas fuit nec in facinore, nec in libidine. Eum qui edem nimpharum incendit, ut memoriam publicam recensionis tabulis publicis impressam extingueret. Eum denique cui iam nulla lex erat, nullum civile ius, nulli possessionum termini

qui non calumpnia litium, non iniustis vindictis, ac sacramentis alienos fundos, sed castris exercitu, signis inferendis petebat. Qui non solum etruscos, eos enim penitus contempserat, sed hunc Cn. pompeium virum fortissimum atque optimum civem, iudicem nostrum, pellere possessionibus armis castrisque conatus est. Qui cum architectis et decempedis villas multorum, ortosque peragrabat. Qui ianiculo et alpibus spem possessionum terminabat suarum. Qui cum ab equite romano splendidissimo et forti. T. paconio non impetrasset, ut sibi insulam in lacu pretio venderet, repente lintribus in eam insulam materiam, calcem, cementa, atque arenam arma convexit. dominoque trans ripam inspectante non dubitavit hedificium extruere in alieno. Qui huic T. furfanio, cui viro dii immortales: quid enim de mulierula scantia: quid de adolescente aponio dicam: quorum utrique mortem est minitatus, nisi sibi ortorum possessione cessisset. Sed ausum esse furfanio dicere, si sibi pecuniam quantam poposcerat non dedisset: mortuum se in domum eius illaturum. Qua invidia huic esset tali viro conflagrandum: qui appium fratrem, hominem mihi coniunctum fidissima gratia, absentem de possessione fundi deiecit. Qui parietem sic per vestibulum sororis instituit ducere, sic agere fundamenta, ut sororem non modo vestibulo privaret: sed omni aditu et limine. Quamquam hec quidem tollerabilia videbantur: etsi equaliter in rem publicam in privatos in longinquos, in propinquos, in alienos, in suos irruebat. Sed nescio quo iam usu obduruerat, et percalluerat civitatis incredibilis patientia. Que vero aderant iam et impendebant quonam modo ea aut depellere potuissetis, aut ferre: imperium si ille nactus esset. Obmitto socios exteras nationes, reges, thetrarchas, vota enim faceretis, ut in eos se potius mitteret, quam in vestras possessiones, vestra tecta, vestras pecunias, pecunias dico a liberis vestris medius fidius, et a coniugibus vestris numquam ille effrenatas suas libidines cohibuisset. Fingi hec putatis, que patent, que nota omnibus, que tenentur: servorum exercitus illum in urbe conscripturum fuisse per quos totam rem publicam resque privatas omnium possideret. Quamobrem si cruentum gladium tenens clamaret. T. annius, adeste queso atque audite cives. P. clodium interfeci, eius furores, quos nullis iam legibus nullis iudiciis frenare poteramus, hoc ferro, et hac dextra a cervicibus vestris reppuli. Per me unum ut ius, equitas, leges, libertas, pudor, pudicitia in civitate manerent. Esset vero timendum quonam modo id iam

ferret civitas. nunc enim quis est qui non probet, qui non laudet, qui
non unum post hominum memoriam T. annium plurimum rei p. profuisse, max.
letitia p. ro. cunctam ytaliam, nationes omnes affecisse et dicat et
sentiat. Nequeo, vetera illa po. ro. gaudia quanta fuerint iudicare. Multas
tamen iam summorum imperatorum clarissimas victorias etas nostra vidit quarum
nulla neque tam diuturnam attulit letitiam, neque tantam. Mandate
hoc memorie iudices. spero multa in vos liberosque vestros in re. p. esse visuros:
in his singulis ita semper existimabitis vivo. P. clodio, nihil contingere
potuisse arbitrabamini. Quid ea que tenetis privata atque vestra, dominante
homine furioso, quod ius perpetue possessionis habere potuissent. Non ti-
meo iudices, ne odio inimicitiarum mearum inflammatus, libentius hec
in illum evomere videar quam verius. etenim si precipuum esse debebat tamen
ita communis erat omnium ille hostis, ut in communi odio pene equaliter versaretur
odium meum. Non potest dici satis, ne cogitari quidem, quantum in illo sceleris,
quantum exitij fuerit. Quin sic attendite iudices, nempe hec est questio
de interitu. P. clodij, fingite animis, libere enim sunt cogitationes nostre,
et que volunt sic intuentur, ut ea cernamus que videmus. Fingite
igitur cogitatione ymaginem huius conditionis mee, si possim efficere
ut milonem absolvatis, sed ita si. P. clodius revixerit. Quid vultu
extimuistis? quonam modo ille vos vivus afficeret, qui mortuus inani
cogitatione percussit. Quid si ipse GN. pompeius, qui ea virtute
ac fortuna est, ut ea potuerit semper, que nemo preter illum, si is
inquam potuisset, aut questionem de morte. P. clodij ferre, aut
ipsum ab inferis, excitare. utrum putatis potius facturum fuisse? etiam si propter amicitiam vellet illum ab inferis, advocare propter rem. p. non fecisset. eius igitur mortis se-
detis ultores, cuius vitam si putetis per vos restitui posse nolitis. et de
eius nece lata est questio: qui si eadem lege reviviscere posset, lata
lata lex numquam esset. huius ergo interfector si esset in confitendo, huius ergo interfector si esset in confitendo, ab iis ne poenam timeret aut
ab his imperaturus nec penam timeret quos liberavisset. Greci
homines deorum honores tribuunt his viris, qui tyrannos necave-
runt, que ego vidi athenis: que in alijs urbibus grecie: quas
res divinas talibus institutas viris: quos cantus, que carmina
prope ad immortalitatem et ad religionem, et ad memoriam con-
secrantur. Vos tanti conservatorem populi, tanti sceleris ultorem
non modo honoribus nullis afficietis, sed ad supplicium rapi patiemini?

[Margin notes, left:]
1. nihil horum vos visuros fuisse. In spem maximam et quemadmodum confido veris-
sima sumus adducti, hunc ipsum annum hoc summo viro consule, compressa hominum
licentia, cupiditatibus fractis, legibus ac iudicijs constitutis, salutarem civitati
fore. Numquis igitur est tam demens qui
hoc. P. clodio vivo,

excitare. utrum putatis potius facturum fuisse? etiam si propter amicitiam vellet illum
ab inferis

al. huius ergo interfector si esset in confitendo, ab iis ne poenam timeret aut

Confiteretur, confiteretur inquam si fecisset: et magno animo et libenter se
fecisse libertatis omnium causa, quod certe ei non confitendum modo fuisset, verum etiam
predicandum. etenim si id non negat ex quo nihil petit, nisi ut igno-
scatur, dubitaret id fateri, ex quo et premia laudis essent petenda,
nisi vero gratius putat esse vobis, sui se capitis, quam vestri ordinis defen-
sorem fuisse: cum presertim in ea confessione, si grati esse velletis,
honores assequeretur amplissimos: si factum vobis non probaretur: quamquam
qui poterat, salus sua cuiquam non probari? sed tamen si minus fortissimi
viri civibus virtus grata cecidisset: magno animo, constantique ce-
deret ex ingrata civitate: Nam quid esset ingratius, quam letari ce-
teros: lugere eum solum propter quem ceteri letarentur. Quamquam hoc animo
omnes semper fuimus in patrie proditoribus opprimendis, ut quoniam
nostra futura esset gloria, periculum quoque et invidiam nostram pu-
taremus. Nam que mihi ipsi tribuenda esset laus ipsi. cum tantum
in consulatu meo pro vobis ac liberis vestris ausus essem, si id quod
conabar, sine maximis dimicationibus meis, me esse ausurum arbi-
trarer. Que mulier sceleratum ac perniciosum civem occidere
non auderet, si periculum non timeret. Proposita invidia, morte
pena, qui nihilo segnius rem. p. defendit, is vir vere putandus
est. populi grati est premiis afficere, meritos bene de re. p.
cives: Viri fortis ne supplicijs quidem moveri, ut fortiter fe-
cisse peniteat. Quamobrem uteretur eadem confessione T. an-
nius, qua hala, qua nasica, qua opimius, qua marius, qua
nosmet ipsi. et si grata res. p. esset, letaretur, si ingrata tamen
in gravi fortuna, conscientia sua niteretur. Sed huius beneficij
gratiam iudices, fortuna. po. ro. et vestra felicitas, et dij immorta-
les sibi deberi putant. Nec vero quisquam aliter arbitrari potest, vim esse celestem existimat / ducat
nisi qui nullam fortunam esse putetis numen ve divinum:
quem neque imperij nostri magnitudo, neque sol ille, nec celi et signorum
motus, nec vicissitudines rerum atque ordines movent, neque
id quod maximum est, maiorum sapientia. Qui sacra, qui cerimo-
nias, qui auspicia et ipsi sanctissime coluerunt; et nobis suis
posteris prodiderunt. Est est profecto illa vis, neque in his corpo-
ribus, neque in hac imbecillitate nostra inest quiddam quod vigeat

et sentiat. et nõ inest in hoc tanto nature tam preclaro motu? nĩ
forte idcirco nõ putant: quia nõ apparet, nec cernitur: proinde quasi
ipsam nostram mentem, qua sapimus, qua providemus, qua hec ipsa
agimus atq dicimus videre, aut plane qualis, aut ubi sit sentire
possimus. Ea vis ea est que sepe incredibiles urbi huic felicita-
tes atq opes attulit. que illam perniciem extinxit ac sustulit. iũ irritare
cui primũ mentem iniecit, ut irritare, ferroq lacessere fortissi-
mũ virũ auderet, vinceretur q ab eo: quē si vicisset, habiturus
esset impunitatem et licentiam sempiternam. Non est humano
consilio, ne mediocri quidem iudices, deorũ immortaliũ cura res illa
perfecta, religiones mehercule ipse, que eam beluã cadere
viderunt, commovisse se videntur, et ius in illo suũ retinuisse.
V os enim albani tumuli atq luci, vos inquã imploro atq obtestor. vosq
albanorũ obrute are sacrorũ ppli. ro. socie et equales, quas ille
preceps amentia cesis prostratisq sanctissimis lucis substructionũ
insanis molibus oppresserat. vestre tum are, vestre religiones vigue-
runt. vestra vis valuit quã ille omi scelere polluerat, tuq ex tuo edito
monte latialis iuppiter sãcte cuius ille lacus, nemora, finesq sepe
omi nephario stupro et scelere maculaverat, aliquando ad punien-
dum eum oculos aperuisti. Vobis ille vobis, vrõ in conspectu sere
sed iuste tam et debite pene solute sunt. nisi forte hoc etiã casu
factũ ee dicemus, ut ante ipm sacrariũ bone dee, quod est in fun-
do. ty. sexti galli in primis honesti et ornati adolescentis, ante ipam
inquã bonam deam cum preliũ commisisset, primũ illud vulnus acce-
perit, quo teterrimã mortẽ obiret, ut nõ absolutus iudicio illo ne-
phario videretur: sed ad hanc insignem penam reservatus. Nec vero
nõ eadem ira deorũ, hanc eius satellitibus iniecit amentiam, ut
sine ymaginibus, sine cantu ac ludis, sine exequiis, sine lamentis,
sine laudationibus, sine funere, oblitus cruore et luto spoliatus illius
supremi celebritate diei, cui concedere etiam inimici solent, ambu-
reretur et abiectus. Non fuisse credo fas clarissimorũ virorum
formas illi teterrimo parricide aliquid decoris afferre. Neq ullo in loco
potius mortem eius lacerari, q in quo vita esset damnata. Dura
mihi medius fidius iam fortuna ppli. ro. et crudelis videbatur. q tot

años illũ in hic rẽ. p. insultare pateretur. Polluerat stupro sanctissimas
religiones, senatus gravissima decreta perfregerat, pecunia se a iu-
dicibus palam redemerat, vexarat in tribunatu senatũ: omnium ordi-
nũ consensu pro salute rei. p. gesta resciderat. me patria expulerat,
bona diripuerat, domũ incenderat, liberos, coniugẽ meã vexarat.
gn. pompeio nephariũ bellũ indixerat, magistratuũ, privatorũq
cedes effecerat, domũ mei fratris incenderat, vastarat etruriam
multos sedibus ac fortunis everterat, instabat, urgebat, capere eius
amentiam civitas ytalia, provincie, regna nõ poterant. Incide-
bantur iam domi leges, que nos nris servis adiceret. Nihil erat
cuiusquã, quod quidem ille adamasset, quod nõ hoc anno suũ fore pu-
taret. Obstabat eius cogitationibus nemo, preter illũ milonẽ. ipm .CH. Pompeii reditu
qui poterat obstare. tũ in grãm quasi devictũ arbitrabatur. cesaris .CH. Pompeiũ novo reditu
potentiam: suã potentiã ee dicebat, bonorũ animos in meo casu contep-
serat. Milo unus urgebat. huic dii immortales ut supra dixi men-
tem dederunt, illi perdito ac furioso, ut huic faceret insidias. ali-
ter perire pestis illa nõ poterat. Nunquã illũ res. p. suo iure ee ulta.
S enatus pretorem credo eum: circumscripsisset, ne cũ solebat quidem id
facere in privato, eodem hoc aliquid profecerat. An consules in
pretore coherendo fortes fuissent. primũ milone occiso habuisset
suos consules. Deinde quis in eo pretore consul fortis esset, per quẽ
tribunũ virũ certe consularem crudelissime vexatũ ee memi-
nisset. Omnia possideret, teneret lege nova que est inventa apud
eum cũ reliquis legibus clodianis. Servos nros libertos suos fe-
cisset. Postremo nisi dii immortales eum in eam mentẽ impu-
lissent, ut homo effeminatus fortissimũ virũ conaretur occidere:
hodie rem. p. nullam haberetis. At ille pretor, ille vero consularis
si modo hec templa atque ipsa menia stare eo vivo tamdiu et
consulatũ eius expectare potuissent. Ille deniq vivus nichil
mali fecisset, qui mortuus, uno ex suis satellitibus Sex. clodio duce
curiã incenderit. Quo quid miserius. quid acerbius. quid
luctuosius. Vidimus templũ sanctitatis, amplitudinis, mentis
consilii publici, caput urbis, arã sociorũ, portũ omnium gentium
sedem ab universo pplo. ro. concessam uni ordini inflammari

exscindi, funestari. Neque id fieri a multitudine imperita q̃ esset
miserũ id ipm, sed ab uno qui cum tantũ ausus sit ultor pro mor
tuo quid signifer pro uiuo non esset ausus. In curiã potissimum
abiecit, ut eam mortuus incenderet quã armis euerterat. Et
sunt qui de uia appia querantur, taceant de curia. Et quando
ab eo spirante fotũ [fota] potuisset defendi: cuius nõ restiterit cadaueri
curia. Excitate excitate ipm si potestis [ab inferis] a mortuis. frangetis impe
rtũ uiui, cuius uix sustinetis furias insepulti. Nisi nõ sustinui
stis eos, qui cũ facibus adcuriã cucurrerunt, cũ falcibus atque
rastris, cũ gladijs toto foro uolitarunt. Cedi uidistis pp̃lum. ro.
contionem gladijs perturbari [dis] cum audiretur silentio. M. celius
tribunus. pl. uir fortissimus et in suscepta causa firmissimus
et bonoꝝ uoluntati [et uoluntati] et auctoritati senatus deditus, et in hac
milonis siue inuidia, siue fortuna singulari diuina et incre
dibili fide. Sed iam satis multa de causa, extra causam nimis
fortasse multa. Quid restat? nisi ut orem, obtesterq̃ uos iu
dices, ut etiã misericordiam tribuatis fortissimo uiro, quam
ipse non implorat. Ego etiam repugnante hoc, et imploro, et ex
posco. Nolite si in uestro omnium fletu, nullam lacrimã aspexistis
milonis, si uultum semper eundem, si uocẽ, si orõnem stabilem
ac nõ mutatam uidetis, hoc minus ei parcere, haud scio an
multo etiã sit adiuuandus magis. Etenim si in gladiatorijs pu
gnis, et infimi generis hominum conditione, ac fortuna timidos
et supplices, et ut uiuere liceat obsecrantes [e] odisse solemus
fortiter [ter] et animosos et se acriter ipsos morti offerentes seruari
cupimus, eoꝝq̃ nos magis miseret qui nram misericordiam
nõ requirunt, q̃ qui illam efflagitant quãto hoc magis in
fortissimis uiris [ciuibus] facere debemus. Me quid uidetis exanimat
et interimunt [hae] uoces milonis, q̃s audio assidue, et q̃bus
intersum quotidie. Valeant inquit, ualeant ciues mei, sint
incolumes, sint florentes, sint beati, stet hec urbs preclara
mihiq̃ patria carissima quoquo mõ merita de me erit
tranquilla re. p. ciues mei: qm̃ mihi cum illis nõ licet, sine
me ipsi, sed p me tamẽ perfruantur. Ego cedam [atq] abibo. Si mihi

ad Castoris

re. p. bona frui nõ licuerit, at carebo mala, et q̃ primũ tetigero bn̄
moratam et liberam ciuitatem, in ea conquiescam. O frustra inquit
suscepti mei labores, ó spes fallaces, ó cogitationes inanes mee.
E ego cum trib. plebis. re. p. oppressa, me senatui dedissem, quem
extinctũ acceperam equitibus ro. quoꝝ uires erant debiles bonis
uiris, qui omnem auctoritatem clodianis armis abiecerant.
mihi unquã bonoꝝ presidiũ defuturũ putarem? Ego cum te,
meñ enim sepissime loquitur, patrie reddidissem, mihi non
futurũ in patria putarem locũ. Ubi nũc senatus est, quẽ secuti
sumus? Ubi equites. ro. illi, illi inquit tui. Ubi studia municipioꝝ?
ubi ytalie uoces. Ubi deniq̃ tua. M. tulli, que plurimis fuit auxilio
uox et defensio? Mihi ne ea soli, qui pro te totiens morti me
obtuli, nihil pot opitulari? Nec uõ hoc uidetis, ut ego nunc
flens, sed hic eodem loquitur uultu, quo uidetis. Negat enim se
negat ingratis ciuibus fecisse, que fecisset, timidis et omnia
circũspicientibus pericula. Non negat plebem et infimã multitudi
nem, que. P. clodio duce fortunis uris imminebat, ea q̃ tutior
esset urã uita, se fecisse commemorat. Ut nõ modo uirtute fl
ecteret, sed etiã tribus suis patrimonijs deliniret, nec ti
met ne cũ plebem muneribus placarit, uos nõ conciliarit [re]
meritis in rem. p. singularibus. Senatus ergo se beniuolentiã
temporibus his ipsis saepe ẽ [p] prospectam. uestras uõ et uestroꝝ
ordinũ, occursationes, studia, sermones, quẽcũq̃ cursum for
tuna dederit, secũ ablaturũ ẽ dicit. Meminit ẽ sibi uocem
preconis mõ defuisse. quã minime desiderat populi uõ cunctis
suffragijs, quod lumen [unum] cuperet, se consulem declaratum.
nũc deniq̃ si hec contra se sint futura: sibi facinoris suspi
cionem nõ facti sibi [crimen] obstare. Addit hec que certe uera sunt,
fortes et sapientes uiros, nõ tam premia sequi [solere] recte factoꝝ,
q̃ ipsa recte facta. Se nihil in uita nisi preclarissime fecisse.
siquid nihil sit p̃stabilius uiro, q̃ periculis patriam liberare.
B eatos ẽ quibus ea res honori fuit a suis ciuibus, nec tamen
eos miseros, qui beneficio ciues suos uicerint. Sed me ex oibus
premijs uirtutis, si esset habenda ratio premioꝝ, amplissimum

ee premiũ gloriam, et hanc unã, que brevitatem vite posteritatis memo-
rii consolaretur, que efficeret ut absentes adessemus, mortui viveremus.
hanc deniq; ee cuius gradibus etiã hoĩes videantur in celũ ascendere.
D e me inquit semper. po. ro. semper omis gentes loquentur, nulla umq;
obmutescet vetustas, quin hoc ipo ipo cum omis a suis (meis) inimicis faces
invidie mee subiciantur: tamẽ in omi hoium cetu, gratijs agendis et
gratulationibus habendis, et omi sermone celebramur. obmicto etrurie
festos et actos et institutos dies. Centesimã lux est hec ab interitu. P.
clodij, et opinor altera. quas fines imperij ppli. ro. sunt, nõ solũ famo- (Altera quã)
iam de illo, sed etiã letitia peragrauit. Quãobrem ubi corpus hoc sit.
nõ inquit laboro, qm̃ in terris omibs etiã versatur, et semper habitabit
nominis mei gloria. Hec tu mecũ sepe his absentibus, et (sz) ijsdem audien-
tibus. hec ego tecũ milo, te (quidẽ) q̃ isto aĩo es satis laudare nõ possum. Sed
quo est illa magis divina virtus, eo maiore aĩe dolore divellor. Nec
vero si mihi eripieris, reliqua est illa tandem ad consolandũ querela.
ut his irasci possim, a quibus tantũ vulnus accepero. Non. n. inimici
mei te mihi eripient, sed amicissimi, nõ male aliquando de me
meriti, sed optime. Nullum umq; iudices mihi tantũ dolorem inure-
tis: et (si) quis pot ee tantus, sed ne hũc quidẽ ipm̃ ut obliviscar quãm
me semper feceritis. Que si (vos) nõ cepit oblivio, aut si (in) me aliquid offe-
distis, cur nõ id meo capite (potius) luitur, q̃ milonis.~ Preclare eñi vixero
siquid mihi acciderit, prius q̃ hoc (b) mali tantũ videro. Nunc me una
consolatio sustentat, q̃ tibi o ti. anni nullũ aĩe amoris, nullũ studij
nullũ pietatis officiũ defuit. Ego inimicitias potentũ pro te appetivi
ego meũ sepe corpus et vitam obieci armis inimicorũ tuorũ, ego me
plurimis pro te supplicem (b) abieci. bona fortunas meas, ac liberorum
meorũ in communione tuorũ temporũ contuli. hoc deniq; ipo die (cãpitis futura)
siqua vis est parata, siqua dimicatio (capitis futura) deposco. Quid iam restat: qd
habeo.~ quid dicam.~ quid faciam.~ pro tuis in me meritis.~ nisi
ut eam fortunam quecũque erit tua, ducã meam. Nec recuso, non
abnuo, vosq; obsecro iudices, ut vestra beneficia, que in me contuli-
stis, aut in huius salute augeatis, aut in eius (de) exitio occasura ee
videatis. his lacrimis non (co) movetur milo, est quodã incredibili
robore aĩi. Exilium ibi ee putat, ubi virtuti nõ sit locus. Mortem

nature finem ee nõ penam. Sed hic ea (mente) auctate ornatus est, quid
vos iudices, quo tandem aĩo eritis.~ memoriã milonis retinebi-
tis, ipm̃ eicietis, et erit dignior locus in terris ullus qui hanc vir-
tutem exceperit, q̃ hic qui procreavit. Vos vos appello fortissimi
viri qui multũ pro re. p. sanguinem effudistis, vos in viri et in
civis invicti appello periculo centuriones. Vosq; milites, vobis nõ
modo spectantibs, sed et armatis, et huic iuditio presidentibus
hec tanta virtus ex hac urbe expelletur.~ exterminabit.~ proicietur.~
O me miserum. o infelicem. Revocare tu me in patriã milo potuisti
per hos: ego te in patria per eosdem retinere nõ potero.~ Quid respõ-
debo liberis meis, qui te parentem alterũ putant.~ Quid tibi. Q.
frater qui nũc abes, consorti mecũ temporũ illorũ.~ me nõ potuisse
salutem milonis tueri per eosdem, per quos nostram ille servasset.~
At in qua causa nõ potuisse.~ que est grata gentibs. nõ (a quibs) potuisse. (a qbs nõ potuisse.)
ab his qui maxime. P. clodij morte acquierunt, quo deprecante.~ me.
quodnam concepi tantũ scelus, aut quod in me tantũ facinus
admisi.~ iudices cũ illa iuditia cõis exitij indagavi, patefeci,
protuli, extinxi, omis in me, meosq; redundant ex illo fonte dolo-
res. Quid me reduces ee voluistis, an ut spectante me hi ex-
pellerentur per quos essem restitutus.~ Nolite obsecro vos pati, acer-
biorem mihi reditũ ee, q̃ fuerit ille discessus. Nam qui possum
putare me restitutũ ee, si distrahor ab his per quos restitutus
sum.~ Utinã dij imortales fecissent, pace tua patria dixerim, me
tuo enim ne scelerare dicam in te quod pro milone dicã pie-
tate. P. clodius nõ modo viveret, sed et (Pretor, Consul,) pro consule, dictator esset,
anteq; hoc spectaculum viderem. O dij imortales fortem et a
vobis iudices conservandum virũ, minime (Minime) inquit, ymo vero pe-
nas ille debitas luerit, (nos) subeamus si ita necesse est non debitas.
Hiccine vir patrie natus usq; nisi in patria morietur, aut (si) forte
pro patria, huius vos cũ monimenta retinebitis: corporis (nisi) in
ytalia ullum sepulchrũ ee patiemini.~ hunc sua quisq; sententia
ex hac urbe expellet.~ quẽ omis urbes expulsum a vobis ad se
vocabunt.~ O terram illam beatam: que hunc virũ exceperit,
hanc ĩgratam si eiecerit, miseram si amiserit. Sz finis sit.

neq; enim prae lacrimis loqui possum, et hic se lacrimis defendi
vetat. Vos oro, obtestorq; iudices, ut in sententiis ferendis, quod
sentietis id audeatis. vestram virtutem, iustitiam, fidem, mihi
credite, is maxime probabit, qui in iudicibus legendis optimum
al. fortissimum — et sapientissimum, quemque delegit.

M. T. C. PRO CN. PLANCIO ORATIO AD IVDICES

Cum propter egregiam et singularem Gn. Plancii iudices
fidem, in mea salute custodienda, tam multos bonos vi-
ros, eius honori viderem esse fautores: capiebam animo
non mediocrem voluptatem. quod cuius officium mihi
saluti fuisset, ei meorum temporum memoriam suffragari videbam. Cum
autem audirem meos partim inimicos, partim invidos huic accu-
sationi esse fautores: eandemq; rem adversariam esse in iudicio
Gn. Plancio, quae in petitione fuisset adiutrix, dolebam iudices
et acerbe ferebam, si huius salus ob eam ipsam causam esset infestior:
quod is meam salutem atq; vitam sua benivolentia, praesidio, custodiaq;
texisset. Nunc autem vester iudices conspectus, et consessus iste re-
ficit, et recreat mentem meam: cum intueor et contemplor un-
um quemq; vestrum. Video enim hoc in numero neminem: cui mea salus
non cara fuerit: cuius non exstet in me summum meritum: cui non sim
obstrictus memoria beneficii sempiterna. Itaq; non extimesco:
ne modo Gn. Plancio custodia meae salutis apud eos obsit: qui
me ipsum maxime salvum videre voluerunt. Saepiusq; iudices mihi
venit in mentem admirandum esse M. Laterensem hominem studio-
sissimum et diligentissimum salutis meae, reum hunc sibi potissimum
delegisse. quod metuendum ne vobis id ille magna ratione fecisse
videatur: quamquam mihi non sumo tantum iudices nec arrogo: ut Gn.
Plancium suis erga me meritis impunitatem consecuturum putem.
nisi eius integerrimam vitam, modestissimos mores, summam
fidem, continentiam, pietatem, innocentiam ostendero: nihil de pe-
na recusabo. Sin omnia praestitero, quae sunt a bonis viris

l. expetenda

spectanda, petam iudices a vobis, ut cuius misericordia salus mea
custodita sit: ei vos vestram misericordiam me deprecante tribua-
tis. Equidem ad reliquos labores, quos in hac causa maiores susci-
pio, quam in ceteris, etiam hanc molestiam assumo. quod mihi non solum
pro Gn. Plancio dicendum est: cuius ego salutem non secus ac
meam tueri debeo: sed etiam pro me ipso, de quo accusatores plura
pene, quam de re, reoq; dixerunt. Quamquam iudices, si quod est in me
ipso ita reprehensum, ut id ab hoc disiunctum sit, non me magnopere
conturbet. Non enim timeo, neq; quod praeclaro grati homines reperiantur,
idcirco cum me nimium gratum illi esse dicant, id mihi criminosum
esse possit. Quae non sunt ita agitata ab illis, ut aut merita Gn.
Plancii erga me minora esse dicerent, quam a me ipso praedicare-
tur: aut si essent, summa negarent, ea tam ita magni, ut ego
putarem ponderis apud vos esse debere. Haec mihi sunt tractanda
iudices et modice, nequid ipse offendam certum. Denique cum
respondero criminibus, ne non tam innocentia reus sua, quam re-
cordatione meorum temporum defensus esse videatur. Sed mihi
in causa facili atque explicata perdifficilis iudices, et lubrica
defensionis ratio proponitur. Nam si tantummodo mihi necesse
esset contra Laterensem dicere, tamen id ipsum esset in tanto usu nostro, tantaque
amicitia molestum. Vetus enim est lex illa iustae, veraeq; amicitiae
quae mihi cum illo iam diu est, ut idem amici semper velint. Neque
est ullum certius amicitiae vinculum, quam consensus et societas
consiliorum et voluntatum. Mihi autem non id est in hac re mole-
stissimum contra illum dicere, sed multo illud magis, quod mea causa
contradicendum est, in qua quaedam hominum ipsorum videtur facien-
da esse contentio. Quaeritur enim a Laterensi atq; hoc uno maxime urget
qua se virtute, qua laude Plancius, qua dignitate superarit
ita si cedo illius ornamentis, quae multa et maxima sunt, non
solum huius dignitati iactura facienda est, sed etiam largitionis
recipienda suspicio est. Sin hunc illi antepono, contumeliosa haben-
da est oratio, et dicendum est id quod ille me flagitat Late-
rensem a Plancio dignitate esse superatum. Ita aut amicis-
simi hominis existimatio offendenda est, si illam accusationis

conditionē sequar, aut optime de me meriti salus desendenda ē. Sed
ego laterensis tecū me et precipitem ferri confitear in causa, si tē
aut a plancio, aut ab ulla dignitate potuisse superari dixero. Itaq;
discedam ab ea contentione, ad quā tu tam me uocas, et ueniam
ad illam ad quā me causa ipsa deduxit. Quid tu inanem digni-
tatis iudicē putas ēē populū? fortasse nō nunq̄ est. utinā uo
semper esset. Sed est raro, et si qn̄ est in his magistratibus ēmandandis
dandis, quibus salutem suā committi putat. his leuioribus comi-
tijs diligentia et gratia competitorū honos paritur, non his
ornamentis, que esse in te uidemus. Nam quod ad populum
ptinet, semper dignitatis iniquus iudex ē, qui aut inuidet
aut fauet. Quamq̄ nihil pōt in te laterensis constituere
quod sit propriū laudis tue, quin id tibi sit cōe cum plancio,
sed hoc totū agetur alio loco: nunc tantū disputo de iure
ppli: qui et pōt, et solet nō nunq̄ dignos preterire. Nec si
a populo pteritus est, quē non oportuit: ab iudicibus codemp-
nandus est, qui preteritus nō est. Nam si ita esset, qd patres
apud maiores nostros tenere nō potuerunt, ut reprehensores
eēnt comitiorū: id haberent iudices, uel qd multo ē minus ē
ferendū: tum enim magistratum nō gerebat is qui cepat si
patres auctores nō erant facti, nunc postulatur a uobis, ut
eius exilio qui creatus sit, iudiciū ppli ro. reprehendatis.
Itaq; q̄q̄ qua nolui ianua sum ingressus in causam, spectare
uideor tamen abfuturam ēē orationem meā a minima suspi-
tione offensionis tue, te ut potius obiurgare q̄ iniquum
in discrimen adducas dignitatem tuā, quā ut ego ea ulla
contumelia coner attingere. Tu continentiam, tu industriā
tu animū in rem. p. tu uirtutē, tu innocentiā, tu fidem
tu labores tuos, q̄ edilis nō sis factus, fractos esse et ab
iectos et repudiatos putas? Uide tandem laterensis q̄tū
a te dissentiam, si medius fidius decem soli eēnt in ciuitate
uiri boni, sapientes, iusti, graues qui te indignū edilitate
iudicarent, grauius de te iudicatū putarem, q̄ est hoc qd
tu metuis, ne a pplō iudicatū ēē uideatur. Nō. n. comitijs

iudicat populus, sed mouetur plerūq; gratia, cedit precibus, facit eos a
quibus est maxime ambitus. Denique si iudicat, nō delectu aliq̄ aut
sapientia ducitur ad iudicandum, sed impetu nō nunq̄, et quadam ēt
temeritate. Non est. n. consiliū in uulgo, nō ratio, nō discrimen, non
diligentia, semperq; sapientes ea que populus fecisset ferenda non
semper laudanda dixerunt. Quare cum te edilem fieri oportuisse
dicis, ppli culpam, nō competitorū accusas. At fueris dignior q̄ plan-
cius, de quo ita tecū contendam paulo post, ut conseruē dignitatē
tuā. Sed ut fueris dignior, nō competitor a quo est uictus, sed po-
pulus a quo ēs preteritus in culpa est. In quo primū illud debes
putare, comitijs presertim edilitijs, studiū ēē ppli non iudicium.
eblandita illa non enucleata ēē suffragia: eos qui suffragium
ferant, quid deniq; ipsi debeant considerare sepius q̄ quid
cuiq; a re. p. uideatur deberi. Sin aut maius ēē iudiciū, non
tibi rescindendum est, sed ferendū. Male iudicauit populus. At
iudicauit. Non debuit. At potuit. Non fero. At multi clarissimi et sapientissimi ciues
tulerunt. Est. n. conditio liberorū pplorū, precipueq; huius prin-
cipis ppli, et omniū gentiū dni atq; uictoris, posse suffragijs uel dare
uel detrahere quod uelit cuique. Nostrū est aut qui in hac tempestate ppli
iactamur, ac fluctibus ferre modice ppli uoluntates, allicere
alienas, retinere partas, placare turbatas, et honores si magni
nō putemus, non seruire pplo. Sin eos expetimus, nō defatigari
supplicando. Uenio nunc iam ad ipsius populi partes, ut illius contra
te oratione potius, q̄ mea disputem. qui si tecū congrediatur,
et si una loqui uoce possit, hec dicat. Ego tibi laterensis plancium
nō anteposui, sed cū essetis eque boni uiri, meū beneficiū potius
ad eum detuli: qui a me contenderat, q̄ ad eum qui mihi non
nimis summisse supplicarat. Respondebis credo, te splendore et
uetustate familie fretū, nō ualde ambiendū putasse. At ille te
ille ad sua instituta, suorūq; maiorū exempla reuocabit, sem-
perq; se dicet rogari uoluisse, semper placuisse. M. seiū, qui ne
equestrē quidē splendorem incolumem a calamitate iudicij retinere po-
tuisset: hoi nobilissimo et eloquentissimo innocentissimo M. Pisoni
pom̄ pretulisse. preposuisse se. Q. catulo summa in familia nato.

[stultissimum]
sapientissimo et sanctissimo viro: non dico C. Serenum, subtillissimum
hominem, fuit enim et ei satis magni et consilij; sed Gn. [Mallium] Manlium
non solum ignobilem, verum sine virtute, sine ingenio, vita etiam contemp-
ta [ac] et sordida. Desideraverunt te inquit oculi mei, cum tu esses tri-
bunus; me enim quam socios tua frui virtute malebam. Et cuique quo plus
intererat, eo plus aberas a me; certe non videbam. Deinde sine te
me virtutis tue deseruisti ac dereliquisti. Ceperas enim petere tri-
bunatum plebis, temporibus his que istam eloquentiam et virtutem re-
quirebant: quam petitionem cum reliquisses, si hoc iudicasti tanto
in tempestate te gubernare non posse, de virtute tua dubitavi;
si nolle, de voluntate; sin quod magis intelligo, temporibus te aliis
reservasti. Ego [propter] inquit et r. p. ad ea [te] tempora revocavi, ad que tute
ipse servaras. Pete quoque [eum] magistratum, in quo mihi magne utilitati
esse posses: ediles quicunque erunt, idem tibi quod ostenderas aut
siquid mea minus interest, id te magis forte delectat, reddam
tibi istam edilitatem et negligenter petenti. Sed amplissimos ho-
nores, ut pro dignitate tua consequare condiscas censeo, mihi
paulo ante diligentius supplicare. Hec propositi oratio est. Mea vero
laterensis, hec quare victus sis: non debere iudicem querere,
modo ne largitione sis victus. Nam si quotienscumque preteritus erit
is qui non debuerit preteriri, totiens oportebit eum, qui factus
erit condempnari: Nihil est quod [a] a populo supplicetur, nihil quod [quod]
direptio, nihil quid suppliciatio magistratuum, renuntiatio suffragiorum
spectetur, simul ut qui sint professi. Video quid dicam. Hic fa-
milia consulari est, ille pretoria. Reliquos [video] esse ex equestri loco.
Sunt omnes sine macula: sunt eque boni viri atque integri. Sed ser-
vare necesse est gradum. Cedat consulari generi pretorium, nec con-
tendat cum pretorio equestris locus. Sublata sunt studia, extincte
suffragationes, [nulle contentiones] nulla libertas populi in mandandis magistratibus,
nulla expectatio suffragiorum, nihil ut plerumque evenit preter opinionem
accidet, nulla erit post hac varietas comitiorum. Sin hoc sepe
accidit, ut et factos aliquos et non factos esse miremur, si cam-
pus atque ille unde comitiorum ut mare profundum et immensum
sic effervescunt quodam quasi estu, ut ad alios accedant,

ab aliis autem recedant, tanto nos impetu studiorum et motu temeritatis
modum aliquem [et consilium] et rationem requiramus? Quare noli me ad con-
tentionem [vestram] nostram vocare laterensis. [etenim] Etenim si populo grata est
tabella que frontes aperit hominum, mentes tegit, datque eam liber-
tatem, ut quod velint, faciant: promittant autem quod rogentur:
cur tu id in iudicio exprimis, quod non fit in campo? Hic quam ille dignior:
per quam est grave dictu: quo est quoque equum? Sic credo quod agitur. Quod
satis est iudici: hic factus est. Cur iste potius quam ego? vel nescio at
non dico, vel denique quod mihi gravissimum est sic dicere, sed im-
pune tamen deberem dicere, non recte. [Nunc] Nam quid assequerer, si illa
extrema defensione uterer, populum quod voluisset fecisse, non
quid debuisset? Quid si propositi quoque factum defendo laterensis,
et doceo Gn. Plancium non obrepsisse ad honorem, sed eo venisse
cursu, qui semper patuerit [hominibus] omnibus; hoc vero equestri loco possum-
ne eripere orationi mee contentione vestrum, que tractari
sine contumelia non potest, et te ad causam crimenque deducere? Sed si
quod equitis Ro. filius est, inferior esse debuit, omnes tecum equitum
Ro. filii petiverunt. Nihil dico amplius: hoc tamen miror cur
tu huic potissimum irascare, qui longe [issime] a te abfuit. Equidem
signum ut fit, iactor in turba, non illum accuso qui est in [summa] sa-
cra via, cum ego ad Fabium fornicem impellor, sed eum qui in me
ipsum incurrit atque incidit. Tu neque Q. Pedio forti viro suc-
censes, neque huic A. Plotio ornatissimo homini familiari meo
et ab eo qui [hos] eos dimovit potius quam ab his qui in te ipsum incubue-
runt, te [de]pulsum putas. Sed tamen hec tibi est prima cum Plancio
generis vestri, familieque contentio, qua abs te vincitur. Cur enim
non confiteor quod necesse est, sed non [hic] hoc magis quam ego a meis
competitoribus et aliis, et in consulatus petitione vince-
bar. Sed vide, ne hec ipsa que despicis, huic suffragata
sint. Sic enim conferamus. Est tuum nomen utraque familia consu-
lare. [Non] Num dubitas quin omnes qui favent nobilitati, qui
id putant esse pulcherrimum, qui ymaginibus, qui nominibus
[vestris] vestroque ducuntur, te edilem fecerint. Equidem non dubito. Sed
si parum multi sunt, qui nobilitatem ament, num ista est nostra

culpa. etenim ad caput et ad fontem utriusque generis ueniamus.
Tu es e municipio antiquissimo tusculano, ex quo plurime
familie sunt consulares, in quibus est iuuentia: tot e reliquis
municipiis omnibus non sunt. hic est ex prefectura atinati non
tam prisca, non tam honorata, non tam suburbana. quantum
interesse uis ad rationem petendi? Primum utrum magis fauere
putas atinates, an tusculanos suis. alteri; Scire enim hoc propter
uicinitatem facile possum, cum huius ornatissimi atque optimi
uiri. GN. saturnini patrem edilem cum pretorem uiderunt, quod
primus ille non modo in eam familiam sed in prefecturam illam
sellam curulem attulisset, mirandum in modum letati sunt.
Alteros credo quod refertum est municipium consularibus: nam maliuos non
est certe scio: numquam intellexi uehementius hospitum suorum honore
letari. habemus que nos: habent nostra municipia. quid ego de me et
de fratre meo loquar: quorum honoribus agri prope dicam ipsi montesque
fauerunt. Num quando uides in tusculanum aliquem de M. catone illo
in omni uirtute principe. Num de T. coruncano municipe suo. Num de tot
fabiis gloriari. Verbum nemo facit. At in quemcumque arpinatem inci-
deris, si nobis etiam erit; tamen tibi fortasse de nobis aliquid, et
de G. mario audiendum. primum hic habuit studia suorum arden-
tia: tu tanta quanta in hominibus iam saturatis honoribus esse potue-
runt: deinde tui municipes sunt illi quidem splendidissimi homines
sed tamen pauci siquidem cum atinatibus conferantur. huiusmodi
prefectura plena uirorum fortissimorum, sic ut nulla tota ytalia fre-
quentior dici possit. quam quidem ut multitudine uidens iudices
in squalore et luctu supplicem uobis. hii tot equites romani
tot tribuni atinatium, nam plebem ab iudicio dimisimus, que
cuncta comitiis affuit, quid roboris, quid dignitatis huius
petitioni attulerunt. non enim tribum, teretinam de qua dicam
alio loco, sed dignitatem, sed oculorum obiectum, sed solidum et
robustam, sed assiduam frequentiam tribuerunt, iam muni-
pia coniunctione et uicinitate uehementer mouentur. Omnia
que dico, de plantio dico: expertus in nobis. Summus N. finiti-
mi atinatibus. Laudanda est, uel etiam amanda uicinitas, reti-

nens ueterem illum officii morem in agro, non infuscata
malivolentia non assueta mendaciis, non fucata, non fallax, non erudita artificio
simulationis, uel suburbano, uel etiam urbano. Nemo arpinas
non plantio studuit, nemo soranus, nemo cassinas, nemo aqui-
nas, totus ille celeberrimus uenafranus alsanus, tota denique nostra
illa aspera et montuosa, et fidelis, et simplex et fautrix
suorum regio: se huius honore ornari, honorari, se augeri digni-
tate arbitrabatur. Isdemque nunc ex municipiis assunt equites ro. plurimi
publice cum legatione, testimonio: nec minore nunc sunt solli-
citudine, quam tum erant studio. Etenim grauius est spoliari fortu-
nis quam non augeri dignitate. Ergo ut alia in te erant illustriora
laterensis, que tibi maiores tui reliquerant, sic te plantius hoc non
solum municipii, uerum et uicinitatis genere uincebat: nisi forte te la-
uicana, aut gabiana, aut bouillana, aut sabina uicinitas adiuua- al. latinis
bat: quibus e municipiis, uix iam qui carnem lanuiis petant
inueniantur. Adiungam si uis id quod tu etiam huic obesse putas,
patrem publicanum, qui ordo quanto adiumento sit in honore quis
nescit; qui flos enim equitum ro. ornamentum ciuitatis, firmamentum
rei p. publicanorum ordine continetur. Quis est autem qui neget,
ordinis eius studium fuisse in honorem P. plancii singulare, neque
iniuria uel quod erat pater is eius princeps iam diu publicanorum, uel quod
is a sociis unice diligebatur, uel quod diligentissime rogabat, uel
quia pro filio supplicabat, uel quia huius ipsius in illum ordinem
summa officia questure, tribunatusque constabant: uel quod illi in hoc
ornando, ordinem se ornare et consulere liberis suis arbitra-
bantur. Aliquid preterea timide dico: sed tamen dicendum est, non
enim opibus, non inuidiosa gratia, non potentia uix ferenda, sed com-
memoratione beneficii, sed misericordia, sed precibus aliquid
attulimus etiam nos. Appellaui populum, tribubus submisi me et
supplicaui. Ultro pollicentes rogaui: ualuit causa rogandi non Ultro meherculo se mihi et offerentes
gratia. Nec si uir amplissimus, cui nihil est quod roganti con-
cedi non uere possit, de aliquo ut dicis non impetrauit: ego sum
arrogans quod me ualuisse dico. Nam ut obmittam illud quod
ego pro eo laborabam, qui ualebat ipse per sese, rogatio est semper

gratiosissima: que est offitio necessitudinis coniuncta maxime. Neque
ego sic rogabam ut petere viderer, quia familiaris esset meus, q. (vicianus. q.)
huius parente semper plurimū essem usus: sed ut quasi parenti
et custodi meo, nō potentia mea, sed causa rogationis fuit gratio-
sa. Nemo mea restitutione letatus est: nemo iniuria doluit
cui nō huius tunc misericordia grata fuerit. Etenim si ante re-
ditū meū . gn. plantio se uulgo uiri boni cū hic tribunatū peteret
ultro offerebant: cui nomē meū honori fuisset, ei meas cōmunes
preces nō putas profuisse? An minturnenses coloni, q. c. mar-
ium ciuili (errore) oratione, atq; ex impijs manib; eripuerunt, q. tecto re-
ceperunt, q. fessum inedia fructib; recrearunt, q. uiaticum
congesserunt, q. nauigiū dederunt, q. eū linquentem terram
eam, quā seruauerat lacrimis, uotisq; omnib; prosecuti sunt,
eterna in laude uersantur? Plantio q. me uel ui pulsum, uel
ratione cedentem receperit, iuuerit, custodierit, is et sena-
tui, pop. ro. ut haberent (quod) que reducerent, conseruarit, ho-
nori hanc fidem, misericordiam, uirtutem, fuisse miraris.
V itia me hercule (hec huius) gn. plantij de quibus dixi tegere potuerunt,
ne tu (in) ea uita de qua iam dixam, tot et tanta adiumenta
huic honori fuisse mirere. hic est . n. qui adolescentulus (tylus) cum
a. torquato profectus in affricam, sic ab illo grauissimo et
sanctissimo, atq; omni laude et honore dignissimo uiro di-
lectus est, ut et contubernij necessitudo: et adolescentuli mo-
destissimi pudor postulabat. q. si adesset nō minus ille
declararet: q. hic illius frater patruelis, et socer .t. c. torquatus
illi omni uirtute et laude par, qui est (qd) cū illo maximis uinculis et
propinquitatis et affinitatis coniunctus: sed ita magnis amoris
ut illę necessitudines cause leues esse uideantur. Fuit in creto,
postea contubernalis saturnini propinqui sui: miles huius
q. metelli, q. cū fuerit probatissimus, hodieq; sit: omnibus
esse se probatū debet sperare. In ea prouincia legatus fuit
c. sacerdos, qua uirtute, qua constantia, uir. L. flaccus, qui
homo, qui ciuis: qualem hunc putent, assiduitate, testimonioq;
declarat. In macedonia tribunus militū fuit, in eadem

prouincia postea questor: primū macedonia sic eum diligit, ut
indicant hi principes ciuitatū suarum: qui cū missi sint ob aliā
causam, tamē huius repentino periculo commoti huic assident, pro
hoc laborant, huic si presto fuerint, gratius se suis ciuitatibus
facturos putant, q. si legationem et mandata sua confecerint.
L ucius uō apuleius hunc tanti facit, ut illū morē illū maiorū, qui prescribe-
bat in parentū loco, questoribus suis pretores esse oportere, offitijs
beniuolentiaq; superarit. Tribunus. pl. fuit nō fortasse tam uehemens
q. isti, quos tu iure laudas, sed certe talis quales si semper omnes
fuissent, numq. desideratus uehemens esset tribunus. Obmitto
illa que (si) cū minus (nota) uisa sunt, at certe cū sint probata laudantur:
ut uiuat cū suis, primū cū parente, nam meo iudicio pietas (Pietas)
fundamentū (est) omnium uirtutum, que ueretur ut deū. Neque (uō) eum
(b) secus (a) multo (parens) liberis. Amat uō ut sodalem, ut fratrē, ut equalē,
quid dicā cū patruo, cū affinibus, cū propinquis, cū hoc ornatis-
simo uiro. gn. saturnino, cuius quantā honoris huius cupidi-
tatem fuisse credimus. cū uideamus luctus societatem? Q uid
de me dicam? qui mihi in huius periculo reus esse uideor? Quid
de his tot uiris talibus, quos uidemus ueste mutata? Atqui
hec sunt indicia (solida) sodalia uidices (&) expressa: hec signa probitatis
nō fucata forensi spe, sed domestica (cl) iusta nota ueritatis.
F acilis est illa occursatio et blanditia popularis: aspicitur non
attractatur, procul apparet, nō excutitur, nō in manus sumi-
tur. Omnibus q. rebus ornatū hominem, que externis, que domesticis
nō nullis rebus inferiorem, q. te nobis et quibus dico superiorem
alijs municipiū uicinorum, societatū studio temporū nostrorum (meorum) me-
moria patris, uirtute, integritate, modestia, edilem factū esse
miraris? hunc tu uite splendorem, maculis aspergis istis.
Iacis adulteria, que nemo nō modo nomine, sed ne suspitione
quid possit agnoscere. Maritū appellas ut uerba (&) fingas
nō solū crimen (criminis) ductū, et ab eo: in prouinciam aliquā dicis
libidinis causa, quod (b) crimē nomen est, sed impunitū et (in) a male-
dico mendaciū, raptā esse (mimulam) amolam, quod dicitur atticē fuisse
abiuuene uetere, quod (s) in senecio iure, maiorēq; oppidano.

O adolescentiam traductā eleganter. an quid ^[cui] quod liuerit obuiatur? tam id ipsum falsum repperiatur. emissus aliquis ^[e] e carcere, ^[et quidem] emissus ut cognosceris necessarii hominis optimique adolescentis rogatu; idem postea praemandatis requisitus. Atque haec nec ulla ^[alia] sunt coniecta maledicta in eius uitam, de cuius uos pudore, religione integritate dubitetis. Pater uero inquit et obesse filio non debebat.

O uocem duram atque indignam tua probitate Laterensis. pater ut in iudicio ^[capitis? Pater in dimicatione fortunarum? Pater ut] apud tales uiros obesse filio debeat? Qui si esset turpissimus, sordidissimus, ^[tamen] in ipso nomine patrio ualeret apud clementes iudices et misericordes. Valeret inquam communi sensu omnium, et dulcissima commendatione naturae. Sed cum sit Cn. Plancius is eques Romanus ^[ea] primum uetustate equestris ordinis, ut pater, ut auus, ut maiores omnes eius equites romani fuerunt, summum in ^[praefectura] praefectura florentissima gradum tenuerunt et dignitatis et gratiae. Deinde ut ipse in legionibus P. Crassi imperatoris inter ornatissimos homines equites Ro. summo splendore fuerit, ut postea princeps inter suos plurimarum rerum sanctissimus et iustissimus iudex, maximarum societatum auctor, plurimarum magister, si non modo in eo nihil umquam reprehensum, sed laudata sunt omnia, tamen is oberit honestissimo filio pater?

Quid uel minus honestum et alienum tueri, uel auctoritate uel gratia sua possit? Asperius inquit locutus est aliquid aliquando: immo fortasse liberius. At id ipsum inquit non est ferendum. Ergo hi ferendi sunt, qui queruntur, libertatem equitis Ro. se ferre non posse? Ubinam ille mos, ubi illa aequitas iuris, ubi illa antiqua libertas? quae malis oppressa ciuilibus extollere iam caput et aliquando recreata se erigere deb^[b]eat. Equitum quoque romanorum et in homines nobilissimos maledicta publicanorum in Q. Scaeuolam uirum omnibus ingenio, iustitia integritate praestantem, aspere et ferociter, et libere dicta commemorem. Consuli P. Nasicae praeco Granius medio in foro, cum ille edicto iustitio domum descendens rogasset Granium, quid tristis esset? ^[num] an quod auctiones essent? immo uero inquit quod legiones. Idem trib. plebis potentissimo ^[homini] M. Druso, sed multa in rem p. molienti, cum ille eum salutasset, ut fit, dixit^[que] quid agis Grani? ^[Immo] Respondit uero tu Druse quid agis?

Ille L. Crassi. Ille M. Antonii uoluntatem asperioribus facetiis saepe perstrinxit impune: nunc usque eo oppressa nostra arrogantia ciuitas, ut quae fuit ^[olim] praeconi in ridendo, nunc equiti Ro. in plorando non sit concessa libertas. Quae n. umquam fuit Plancio uox contumeliae, potius quam doloris? Quid est umquam questus, nisi cum a sociis et a se iniuriam propulsaret, cum senatus impediretur quominus id quod hostibus semper erat tributum, responsum equitibus Ro. redderetur, omnibus illa iniuria ^[dolori] publicanis fuit: sed enim illum dolorem tulit ille ^[at communis] paulo apertius, ^[quo] cum minus ^[at] ille sensus ^[in aliis] malus fortasse latuit.

Hic quod cum ^[ceteris] animo sentiebat, id magis quam ceteri, et uultu promptum habuit et lingua. Quamquam iudices, agnosco n. ex me permulta in Plancium, quae ab eo numquam dicta sunt, conferunt; ego quia dico aliquid aliquando non studio adductus, sed contentione dicendi, aut lacessitus, et quia fit ut multum erit alio aliquid fit ^[at qui ut fit in multis exit aliquid] si non perfacetum, aptum ^[attamen] fortasse non rusticum, quod quisque dixit, me ^[b] id ^[a] dixisse dicunt. Ego autem siquid est, quod mihi scitum esse uideatur, et homine ingenuo dignum, atque docto non aspernor. Stomachor ^[quae] uero, cum aliorum non me ^[quae] me digna in me conferuntur. Nam quis primus sciuit legem de publicanis, tamen cum uir amplissimus ^[b] consul ^[a] id ordini illi per populum dedit, quod per senatum si licuisset, dedisset: si in eo crimen est, quia ^[per] suffragium tulit, quis non tulit publicanus? si quis primum sciuit, utrum id fortis esset iuris an eius qui eam legem ferebat: si ^[Sortis] forte nullum crimen est in casu, si consulis splendor et Plancii. huic a summo uiro principem ordinis uidetur. Sed aliquando ueniamus ad eam, in qua tu nomine ^[nominem] legis Liciniae, quae est de sodalitiis, omnis ambitus leges complexus es.

Neque n. quicquam aliud in hac lege, nisi editicios iudices es secutus: quod genus iudiciorum si est aequum, si est ulla in re, nisi in hac tributaria non intelligo. quamobrem senatus uno hoc genere tribus edi noluerit ab accusatore, ^[uoluerit] neque eandem editionem transtulerit in ceteras causas. Denique de ipso ambitu, de reiectione ^[acerbitatis] fieri noluit iudicum alternorum: cumque nullum genus asperitatis praetermitteret, hoc tamen unum praetereundum putaret. Quid huius rei obscura causa est? an et agitata, cum ita in senatu ageretur

res et disputata externo die copiosius a Q. Hortensio, cui tum est se-
natus assensus. hoc igitur sensimus: cuiuscumque largitor tribus esset et per
consensionem [sessi] magistratuum honestasque sodalitates nosceretur, qui quisque
tribum turpi largitione corrumperet, eum maxime his hominibus qui omnes [eius]
tribus essent esse notum ita putavit. Senatus cum reo tribus ederentur
he quas his largitione devinctas haberet, eosdem fore testes et iudices.
Acerbum omnino genus iudicii, sed tamen si vel sua vel ea [que] quam maxime esset
cuique coniuncta tribus ederetur, vix recusandum. Tu autem, Laterensis,
quas tribus edidisti? Terentinam credo. fuit certe id equum et certe
sperandum est, et fuit dignum constantia tua: cuius tu tribus *[expectatur]*
venditorem et corruptorem et sequestrem Plancium fuisse cla-
mitas, eam tribum profecto severissimorum presertim hominum et
gravissimorum edere [deb] voluisti. ac Voltiniam. Libet enim tibi nescio
quid et de illa tribu criminari. hanc igitur ipsam cur non edidisti? *[Clustumina]*
quid Plancio cum Lemonia, cum Ufentina, quid cum Clusima? nam Teretinam *[Tres de quibus non iudi…]*
eam, que non iudicaret sed que reiceretur, esse voluisti. Dubita-
[iudices] tis igitur quin vos M. Laterensis suo iudicio, non [ad] sententiam legis,
sed ad suam spem aliquam de civitate delegerit? Dubitatis quin
eas tribus, in quibus magnas necessitudines habet Plancius, cum
ille non ediderit, iudicarit officiis ab hoc observatas, non largitione?
quidnam enim potest dicere cur ista editio non summam habeat acerbita-
tem, remota ratione illa quam in decernendo secuti sumus? Tu
deligis ex omni populo aut amicos tuos aut inimicos meos, aut
denique eos quos inexorabiles, quos inhumanos, quos crudeles
existimes. Tu me ignaro nec opinante inscito notes [notes] et tuos
et tuorum necessarios, vel inimicos [vel] meos vel etiam defensorum meorum,
eosque [deque] adiungas quos natura putes asperos atque omnibus iniquos;
deinde effundas repente, ut ante consessum eorum iudicium [ali] videri
quam potuerim qui essent futuri suspicari; apud eosque me ne quinque
quidem reiectis, quod in proximo reo de consilii sententia constitutum est,
cogas causam de fortunis omnibus dicere. Non enim si [aut] ante Plancius
ita vixit [er] ut non offenderet sciens neminem, aut ita tu curasti
ut eos ederes imprudens, ut tamen [nos] iniquo te adiudices non ad
carnifices veniremus, idcirco ista conditio per se non acerba est.
An vero nuper non clarissimi cives nomen editicii iudicis non tulerunt,

cum ex CXXV iudicibus principibus equestris ordinis quoque [quinque] et LXX
reus reiceret, vel [L] referret, omniaque potius permiscuerunt quam ei legi
condicionique parerent? Reos [nos] neque ex delectis iudicibus, sed ex omni
populo, neque editos ad reiciendum, sed ab accusatore constitutos
iudices ita feremus ut neminem reiciamus? Neque enim [ego] nunc legis
iniquitatem queror, sed factum tuum a sententia legis doceo discrepare;
et illud acerbum iudicium, quemadmodum senatus censuit populusque
iussisset, ita tulisses [sses] ut huic et suas et ab hoc [ab hoc] servatas ederes,
non modo non quererer, sed hunc iudicibus editis, qui testes hisdem
esse possent, absolutum putarem. Neque multo nunc secus existimo.
cum enim has tribus edidisti, ignotos te iudicibus uti malle quam
notis iudicasti [ui]; fugisti sententiam legis, equitatem omnem
reiecisti; in tenebris quam in luce versari causam maluisti. Vol-
tinia tribus ab hoc corrupta, Teretinam habuerat venalem; quid
diceret apud Voltinienses aut tribules suos iudices? [imo] pro me
non quid tu diceres, qui iudicem ex illis aut tacitum testem
haberes, aut non [a] excitares? etenim si reus tribus ederet, Vol-
tiniam fortasse Plancius propter vicinitatem ac necessitudinem
suam vere [at non] edidisset [di]; etsi questor edendus fuisset, quem tandem
potius quam hunc C. Alfium, quem habet, cui notissimus esse debet, vici-
num, tribulem, gravissimum hominem, iustissimumque edidisset? cuius
quidem equitas et mea voluntas erga Cn. Plancii salutem, quam
ille sine ulla cupiditatis suspitione pre se fert, facile decla-
rat non fuisse fugiendum tribulem hic [huic] iudicem, cum questorem
tribulem exoptandum fuisse videatis. Neque ego consilium nunc
reprehendo tuum, quod non eas tribus quibus hic maxime notus
erat [non] ediderit, sed aliter doceo consilium non servatum senatus.
Etenim quis te tum audiret illorum, aut quid diceres? sequestre-
ne Plancium respuerent [aures] an reo nemo [a] ignosceret? repudia-
retur? an gratiosum illi libenter audirent? nos non timide
confiteremur. Noli enim putare, Laterensis, legibus istis quas
senatus de ambitu sancire voluerit, id esse actum ut suffragio [gatio] *[al. gratia]*
ut observantia, ut gratia tolleret. Semper fuerunt boni viri
quid apud tribules suos gratiosi esse vellent. Neque vero tam

durus in plebem noster ordo fuit. ut eam nostra coli modica libertate no
luerit. Neque hoc liberis nostris interdicendum est, ne obseruent tribules suos,
non diligant, ne referre necessariis suis sua tribu possint, ne par
ab hijs munus in sua petitione respectent. hec enim plena sunt officij
plena obseruantie plena etiam antiquitatis. Isto in genere fuimus ipsi, cum
ambitionis nostra tempora postulabant, et clarissimos uiros esse ui
dimus. et hodie esse uolumus quam plurimos gratiosos. decuriatio
tribulium, descriptio populi, suffragia largitione deuincta, seueritatem
senatus, et bonorum omnium uim ac dolorem excitarunt. hec doce, hec
profer, huc incumbe Laterensis, decuriasse Plancium, conscripsisse,
sequestrem fuisse, pronuntiasse, diuisisse, tum mirabor te his armis
uti, que tibi lex dabat noluisse. tribulibus enim iudicibus non modo seue
ritatem illorum, si ista uera sunt. sed ne uultus quidem ferre possemus.
hanc tu rationem cum refugeris, cumque hos iudices habere nolueris quos
in huius delicto cum scientia certissima, tum dolor grauissimus esse
debuerit, quid apud hos dices, qui abs te taciti requirunt. Cur
hoc sibi honoris imposueris, cur se potissimum delegeris, cur denique
se diuinare malueris, quam eos qui scirent iudicare. Ego Plancium
Laterensis, et ipsum gratiosum esse dico. et habuisse in petitione
multos cupidos sui gratiosos, quos tu si sodales uocas, officiosam
amicitiam nomine inquinas criminoso, sin quia gratiosi sunt ac
cusandos putas, noli mirari idem te, quod tua dignitas postularet
repudiandis gratiosorum amicitijs non esse assecutum. Nam ut ego
doceo, gratiosum esse in tribu Plancium, quia multis benigne fecerit, pro
multis responderit, in operas plurimorum magistratus? patris auctoritate et
gratia miserit. quia denique omnibus officijs per se, per patrem, per maiores
suos totam Atinatem prefecturam comprehenderit. Sic tu doce
sequestrem fuisse, largitum esse, conscripsisse tribules, decuriasse.
quod si non potes noli tollere ex ordine nostro liberalitatem, noli
maleficium putare esse gratiam, noli obseruantiam sancire pena.
Itaque hesitantem te in hoc sodalitiorum tribunario crimine ad omnem
ambitus causam contulisti. in qua desinamus aliis si uidetur uul
gari et peruagata declamatione contendere. Sic enim tecum ago,
quia tibi commodum est, unam tribum delige, tu doce id quod debes,

per quem sequestrem, quo diuisore corrupta sit. Ego si id facere
non poteris, quod ut opinio mea fert, ne incipies quidem, per quem
tulerit docebo. Est ne hec uera contentio? placet ne sic (tecum) agere? non
possum pedem magis conferre ut aiunt, aut propius accedere.
quid taces? quid dissimulas? quid tergiuersaris? Etiam atque
etiam insto, atque urgeo, insector, posco, atque adeo flagito crimen
quamcumque tribum in qua delegeris, qua tulerit Plancius, tu osten
dito si poteris uitium. Ego qua ratione tulerit, docebo. Nec erit
hec alia ratio Plancio ac Laterensi. Nam in quas tribus tu tulisti
si iam fingam et te requiram, ut possis studio quorum tuleris explicare.
Sic ego hoc contendo me tibi ipsi aduersario, cuiuscumque tribus
rationem poposceris preposueris redditurum. Sed cur ego sic ago, quasi non
comitijs iam superioribus sit Plancius designatus edilis? que
comitia primum habere cepit consul, cum omnibus in rebus summa
auctoritate, cum harum ipsarum ambitus legum auctor fuit. Deinde
cepit habere subito preter opinionem omnium ut ne si cogitasset quis
piam largiri, daretur spatium comparandi. Vocate tribus, latum
suffragium, descripte, renuntiate, longe plurimum ualuit Plancius.
nulla largitionis nec fuit, nec esse potuit suspitio. An tandem
una centuria, tua prerogatiua tantum habet auctoritatis, ut nemo umquam
prior eam tulerit, qui renuntiatus sit, aut ipsis his comitijs con
sules, aut certe in illum annum edilem tu Plancium factum esse mi
raris, in quo non exigua pars populi, sed uniuersus populus uolun
tatem suam declarauerit, cuius in honore non unius tribus
pars, sed comitia tota comitijs fuerint tua prerogatiua. Quo quidem
tempore si id Laterensis facere noluisses, aut si grauitatis
esse putasses tue, quod multi nobiles sepe fecerunt, ut
cum minus ualuissent suffragijs quam putassent, postea prolatis
comitijs prosternerent se, et populo romano fracto animo atque humili
supplicarent, non dubito quin ad te omnis conuersura fuit multi
tudo. Numquam enim nobilitas integra, precipue atque innocens a populo
romano supplex repudiata fuit. Sed si grauitas tua et magnitudo
animi, pluris fuit, sicut esse debuit, quam edilitas, noli cum habeas id
quod malueris, desiderare id quod minoris putaris. Ego de

primum ut honore dignus essem, maxime semper laboraui. Secundo
ut existimarer. Tertium mihi fuit illud, quod ut plerisque primum est, ipse
honos, qui iis denique debet esse iocundus, quorum dignitati populus ro.
testimonium, non beneficium ambitioni dedit. Queris etiam Laterensis
quid ymaginibus tuis, quid ornatissimo atque optimo uiro
patri tuo respondeas mortuo. Noli ista meditari atque
illud caue potius, ne tua ista querela, dolorque nimius ab illis
sapientissimis uiris reprehendatur. Vidit enim pater tuus appium
claudium nobilissimum hominem uiuo patre suo potentissimo et
clarissimo ciue C. clodio, edilem non esse factum, et eundem sine
repulsa factum esse consulem. Vidit hominem sibi maxime coniunctum
egregium uirum L. uoltatium. Vidit M. pisonem in ista edilitate offen-
siuncula accepta, summos a populo ro. esse honores adeptos. Auus uero
tuus et P. nasice, tibi edilitiam prediceret repulsam: quo ciue ne-
minem ego statuo in hac re fortiorem. et C. marij qui duabus
edilitatis acceptis repulsis, septies consul est factus. et L.
cesaris. gn. octauij. M. tullij. quos omnes scimus edilitate pre-
teritos, consules esse factos. Sed quid ego edilitias repulsas
colligo, que sepe eiusmodi habite sunt, ut hiis qui preteriti essent,
benigne a populo factum uideretur. Tribunus militum L. philippus
summa nobilitate et eloquentia questor. Q. celius clarissimus
ac fortissimus adolescens. tr. pl. rutilius ruffus. C. fimbria
C. cassius. gn. orestes facti non sunt, quos tamen omnes consules factos
scimus esse. Que tibi ultro pater tempore et maiores tui, non consolandi
tui gratia dicent, neque uero quo te liberent aliqua culpa quam tu
uerearis ne a te suscepta uideatur. Sed ut te ad istum cursum
tenendum quem a prima etate suscepisti cohortentur. Nihil est enim
crede mihi laterensis, de te detractum, dico, si me hercule uere
quod accidit, interpretari uelis. est etiam aliquid de tua uirtute significatum.
Noli enim existimare non magnum quendam motum fuisse illius petitionis
tue: de qua ne aliquid iurares, destitisti, denuntiasti homo adole-
scens, quid de summa re p. sentires: fortius tu quidem quam non nulli defuncti
honoribus, sed apertius quam uel ambitionis uel etatis tue ratio postula-
bat. Quamobrem indissentiente populo noli putare nullos fuisse

quorum auos ille cinis fortes ciues offenderet, qui te incautum fortasse
nunc tuo loco dimouere potuerunt, et ante prouidentem numquam
certe mouebunt. An te illa argumenta duxerunt: dubitanti, inquit,
cohortatio tertio inquit facta sit, cum tribus plerasque cum plotio tulerit
plancius. An non fieri potuerit, sed si una tribu non tulissent, an non
nullis punctis pene totidem. Quippe cum iam prope facti
superioribus comitiis declaratique uenissent, quamquam ne id quidem suspi-
tionem coitionis habuerit. Neque enim umquam maiores nostri sortitio-
nem constituissent edilitiam, nisi uiderent accidere posse ut
competitores pares suffragiis essent. et ais prioribus comitiis
aniensem a plotio, teretinam a plancio tibi esse concessam, nunc
ab utroque eas auulsas, ne in angustum uenirent, quam cogitationem
non dum conuenit populi uoluntate, hos quos iam tantum coniunctos
fuisse dicis, iacturam suarum tribuum quo nos adiuuaremini fecisse
eosdemque cum iam essent experti quid ualerent restrictos et tena-
ces fuisse. Etenim uerebantur credo angustias quasi res in contentio-
nem, aut in discrimen aliquod posset uenire. Sed tamen tu an
plotium uirum ornatissimum in idem crimen uocandum uideras?
eum te arripuisse, a quo non sis rogatus: nam quod questus es, plu-
res te testes habere de uoltinia, quam quot in ea puncta tribu tulisses
uideras? Aut eos testes te adducere, qui quam nummos acceperint
te preterirent? aut te, ne gratuita quidem eorum suffragia tulisse.
Illud uero crimen de nummis quos in circo flaminio deprehensos
esse dixisti, caluit re recenti, nunc in causa refrixit. Neque enim quid
illi nummi fuerint, nec que tribus, nec qui diuisor ostenderis.
Atque is quidem eductus ad consules, qui tum in crimine uocabatur,
se inique a tuis iactatum grauiter querebatur. qui si erat diuisor
presertim eius quem tu habebas reum, cur abs te reus non factus
est? cur in eius dampnatione aliquid ad hoc iudicium preiudicij
comparasti? Sed neque tu habes hec, neque eis confidis. Alia te ratio
alia cogitatio ad spem huius opprimendi excitauit. Magne
sunt in te opes, late patet gratia, multi amici, multi cupidi tui
multi fautores laudis tue, multi huic inuident. Multis etiam
pater optimus uir nimium retinens equestris iuris et libertatis

uidet. Multi enim testes inimici regis omnium qui ita semper testimonium
de ambitu dicunt: quasi aut moueant aliquos suis testimoniis aut
gratum populo sit, aut ab eo facilius ob eam causam dignitatem quam
uolunt consequantur, quibus cum me uideritis pugnantem meo more
pristino non uidebitis, non quo mihi fas sit quicquam effugere quod
salus Plancij postulet, sed quia nec necesse est me id prosequi uoce quod
uos mente uideatis, et quia dementes sunt illi ipsi quorum ego testes
uideo paratos, ut eorum reprehensionem uos uestrae prudentiae assumere,
meae modestiae remittere debeatis. Illud unum uos magnopere
oro atque obsecro iudices, cum huius quem defendo, tum communis
periculi, ne fictis auditionibus, dissimulato [disseminato] dispersoque sermoni
fortunas innocentium subiciendas putetis. Multi amici accusato
ris, nonnulli etiam nostri iniqui, multi communes obtrectatores, ac omnium
inuidi multa finxerunt. Nihil est enim tam uolucre quam maledictum,
nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur, latius dissipatur.
Neque ego si fontem [maledicti reperietis] requiritis ut neglegatis aut dissimuletis umquam
postulabo. Sed si quid sine capite manabit, aut quid erit eius
modi, ut non extet auctor, qui audierit aut tam [illum] neglegens uobis
esse uidebitur, ut unde audierit, oblitus sit, aut ita leuem habe
bat auctorem, ut memoria non dignum putarit: huius illa uox
uulgaris audiui, ne quid innocenti [reo] noceat oramus. Sed uenio
iam ad P. [L.] Cassium ad familiarem meum, cuius ex oratione [ne] illum quidem
Iuuentium tecum expostulaui, quem ille omni et uirtute et humanitate
ornatus adolescens primum de plebe aedilem curulem esse factum dixit.
In quo Cassi si ita tibi respondeam nescisse id populum Romanum neque
fuisse qui id nobis narraret, praesertim mortuo Longino, non ut
opinor admirere. Cum ego ipse non abhorrens a studio antiquitatis
me hoc id esse primum audisse confitear, et quoniam tua fuit per
elegans et [ac] subtilis oratio digna equitis Romani uel studio uel pudore
quoniamque sic ab his es auditus, ut magnus honos et ingenio et
humanitati tuae tribueretur, respondebo ad ea quae dixisti quae
pleraque de ipso fine fuerunt, in quibus ipse aculei si quos habuisti
reprehendendo in me, tam mihi non ingrati acciderunt. Quaesisti utrum mihi
putauerim, equitis Romani filio faciliorem fuisse ad adipiscendos

honores uiam, an futuram esse filio meo, quia esset ex familia consu
lari. Ego uero quamquam illi omnia malo quam mihi, tamen illi honorum aditus numquam
faciliores optaui quam mihi faciliores fuerunt. Quin etiam ne forte
ille sibi me potius peperisse iam honores quam iter demonstrasse
ad adipiscendorum putet, haec illi soleo praecipere, quamquam ad praecepta aetas
non est matura, quae ille a Ioue ortus suis praecepit filijs. Vigilandum
est semper, multae insidiae sunt bonis nostris, caetaque non ne id
quod multi uideant, quae scripsit grauis ille et ingeniosus poeta,
scripsit non ut illos regios pueros, qui iam nusquam erant, sed ut
nos et nostros liberos ad laborem et laudem excitaret. Quaeris
quid potuerit amplius assequi Plancius: si Cn. Scipionis fuisset
filius: magis quam aedilis fieri non potuisset. Sed hoc praestare po
tuisset, quod minus ei inuideretur. Etenim gradus honorum sum
mis hominibus et infimis sunt pares, gloriae dispares. Quis
nostrum se dicit M. Curio? quis C. Fabricio, quis C. Duellio
parem? quis Atilio Calatino, quis Cn. et P. Scipionibus, quis
Africano, Marcello, Maximo? eosdem similes honorum gra
dus, quos illi assecuti sumus. Est enim in uirtute multus ascen
sus, ut is gloria maxime excellat, qui uirtute plurimum praestat.
honorum populi finis est consulatus, quem magistratum iam octin — Cos. 800 DCCC.
genti fere consecuti sunt: horum si diligenter quaeras uix de
cimam partem reperies gloria dignam. Sed nemo umquam sic
egit ut tu: cur iste fit consul? Quid potuit amplius si L.
Brutus esset, qui ciuitatem dominatu liberauit regio? honore
nihil amplius: laude multum. Sic igitur Plancius nihilominus
quaestor est factus, et tr. pl. et aedilis, quasi esset summo loco
natus. Sed haec pari loco orti sunt innumerabiles alij conse
cuti, profers triumphos C. Marij et quaeris quid simile — al. magistratus gesserint
in Plancio, quasi uero isti quos commemoras, propterea magis laude
fuerunt digni quod triumpharunt et quia non commissi sunt his
magistratibus, in quibus re bene gesta triumpharent. Rogas quae
castra uiderit, qui et miles in Creta hoc imperatore Metello,
et tribunus in Macedonia militum fuerit, et quaestor tantum
ex re militari detraxerit temporis, quantum in me custodie

dum transferre [ma] voluerit. Queris num disertus, ymo id quod secun-
dum est, ne sibi quidem videtur. Num iuris consultus quasi quisque
sit qui sibi hunc falsum de iure respondisse dicat. Omnes enim
istiusmodi artes in his reprehenduntur, qui cum professi sunt [fuerunt]
satisfacere non possunt. Non in hijs que abfuisse ab his studijs
confitentur. Virtus, probitas, integritas, in candidato, non
lingue volubilitas, non ars, non scientia requiri solet. Ut nos
in mancipijs parandis, quamvis frugi hominem si pro fabro aut
pro tectore emimus, ferre moleste solemus, si eas artes quas
in emendo secuti sumus, forte nescierint [uerint]. Sin autem emimus
quem villicum imponeremus, quem pecori preficeremus, nihil
in eo nisi frugalitatem, laborem, vigilantiam et curamus. Sic po-
pulus ro. deligit [ad] magistratus, quasi rei p. villicos, in quibus si qua
preterea est ars, facile patitur, sin minus, virtute eorum et inno-
centia contentus est. Quotus enim quisque disertus, quotus quisque
iuris peritus [est], ut eos numeres qui volunt esse. Quod si preterea
honore dignus, quid iam [nemo] [nam] optimis [tot] et ornatissimis civibus est
futurum. Iubes plancium de vitijs laterensis dicere. Nihil potest
nisi eum nimis [iste] iracundum putabis fuisse. Idem effers late-
rensem laudibus, facile patior id te agere multis verbis [at] quod
ad iudicium non pertineant, et id te accusatorem [santem] tamdiu dicere
quod ego defensor sine periculo possum confiteri. Atqui non modo
confiteor summa in laterense ornamenta esse, sed te reprehendo
quod ea non enumeres: alia quedam inania et levia conquiras.
preneste fecisse ludos. Quid alij questores? Nonne fecerunt.
Cirenis liberalem fuisse in publicanos, iustum in socios fuisse quis
negat. Sed ita rome geruntur multa: ut vix ea que fiunt
in provincijs audiantur. Non vereor ne mihi aliquid iudices
videar arrogasse, si de questura mea dixero: quamvis illa floruerit
tamen cum me postea fuisse in maximis [rebus] arbitror, ut non ita mihi multum
sit ex questure laude repetendum. Sed tamen non vereor, ne quis au-
deat dicere, [ut] nullius in sicilia questuram, aut gratiorem aut clario-
rem fuisse. Vere me hercule hoc dicam, sic [tum] existimabam tum [nil] homines
aliud rome, nisi de questura mea loqui. Frumenti in summa caritate

[negociatoribus comis]
mentum mittam, consul. mercatoribus iustus, municipibus libe-
ralis, socijs abstinens, omnibus eram visus, in omnique officio diligentissimus.
Excogitati quidam erant a siculis honores in me inauditi. Itaque hac spe decede-
bam, ut mihi populum ro. ultro omnia delaturum putarem. At ego cum [decedens e provincia]
diebus his itineris faciendi causa puteolos forte venissem, cum plu-
rimi et lautissimi eo solent in his locis, concidi pene, iudices, cum
ex me quidam quesisset, quo die roma exissem, et num quid nam es-
set novi: cui cum respondissem [disse] me e provincia decedere, etiam me
hercule inquit ut opinor ex africa. Huic ego iam stomachans [chans] fa-
stidiose, ymo ex sicilia inquam. Tum quidam quasi qui omnia sciret
quid tu nescis, [mat hinc] syracusis questorem fuisse. Quid multa? destiti
stomachari, et me unum ex his feci qui ad aquas venissent. Sed [si m] tum — ea res, iud., haud scio an mihi plus profuerit!
[omnes] erant mihi congratulati. Nam posteaquam sensi populum ro. aures he-
betiores, oculos acres atque acutos habere, destiti quid de me au-
dituri essent, homines, cogitare. Feci ut postea quotidie presentem
me viderent. habitavi in oculis: pressi forum neminem a congressu
meo. Neque iam [ianitor meus] iter me, neque somnus absterruit. Et quid ego
dicam de occupationibus meis temporibus, cui fuerit ne otium
quidem umquam otiosum. Nam quas [tu] commemoras [cassii] legere te solere
orationes, cum otiosus sis, has ego scripsi ludis et ferijs, ne omnino
umquam essem [essem] otiosus. Etenim M. catonis illud quod in principio
scripsit originum suarum, semper magnificum et preclarum putavi, cla-
rorum virorum atque magnorum non minus otij quam negotij rationem exsi-
stare oportere. Ita si quam habeo laudem, que quanta sit nescio,
parta rome est; que sita in foro [mea] vitaque privata consilia publici
quoque casus comprobaverunt, [et] ut summa rei p. mihi domi fuerit
gerenda: et urbs in urbe servanda. Eadem quidem cassi via munita
laterensis est, idem virtutis cursus ad gloriam: hoc facilior for-
tasse, quod ego huc a me ortus et per me nixus ascendi: istius egregie
virtus adiuvabitur commendatione maiorum. Sed ut redeam ad plan-
cium, numquam ex urbe abfuit, nisi forte lege necessitatis [te]. Non valuit rebus
his quibus fortasse nonnulli, at valuit assiduitate, at valuit
servandis amicis, [valuit] liberalitate. Fuit in oculis. petivit est usus (?)
ratione, qua minima invidia novi homines plurimi eosdem honores

conservarit. Nam quod ais Cassi non plus me Plancio debere quam bonis ho-
minibus, quibus eque mea salus cara fuerit: ego me debere omnibus
bonis fateor, sed et hi quibus ego debeo, boni viri et cives comitiis
ediliciis, se meo nomine debere Plancio dicebant. Verum fac me multis
debere, et in his Plancio: utrum quem me contubernare oportet, an ceteris
cum cuiusque dies venerit, hoc nomine quo urget competitor dissolvere.
Q Quamquam dissimilis est pecunie debitio et gratie. nam qui pecuniam dissol-
vit, statim non habet id quod reddidit; qui autem debet, is retinet
alienum. gratiam autem et qui refert, habet, et qui habet in eo ipso quod habet
refert. Neque nunc ego Plancio desinam debere, si hoc solvero, nec
minus ei redderem voluntate ipsa, si hoc molestie non accidisset.
Q uero a te Cassi, quid pro fratre meo, qui mihi est carissimus,
quid pro meis liberis, quibus nihil potest esse iocundius amplius
quam Plancio facio facere possim. Nec vides istorum ipsorum caritate
ad huius salutem defendendam maxime stimulari me atque exci-
tari. Nam neque illis huius salute, a quo mea sciunt esse defensa
quidquam est optatius, et ut ego ipse numquam illos aspicio quin per hunc
me his conservatum esse meminerim, huius meriti in me recor-
dare. Opimium damnatum esse commemoras, servatorem ipsum rei p.
Calidium adiungis, cuius lege Q. Metellus in civitatem sit restitu-
tus. Reprehendis meas pro Plancio preces, quod nec Opimius suo
nomine liberatus sit, neque Q. Metelli Calidius. de Calidio tantum non
respondebo: quod ipse vidi Q. Metellum pium consulem pretoriis
comitiis petente Q. Calidio populo ro. supplicasse cum quidem non
dubitaret et consul et homo nobilissimus, patronum illum esse suum
et familie sue nobilissime dicere. quo loco quero ecquem tu id in iudicio Ca-
lidii putes quod ego in Plancio facio, aut Metellum pium si Rome
esse potuisset, aut patrem eius si vixisset non fuisse facturum. Nam
Opimii quidem calamitas, utinam ex hominum memoria posset evelli.
V ulnus illud rei p. dedecus huius imperii, turpitudo populi ro.
non iudicium putandum est. Quam enim illi iudices, si iudices et non
parricide patrie nominandi sunt, graviore potuerunt rei p. infli-
gere securim, quam cum illum e civitate eiecerunt. Qui pretor finitimo
consul domestico bello rem p. liberarat. At nimis ego magnum

beneficium Plancio, et ut ais id verbis exaggero, quasi me tuo vere
arbitrari, et non meo gratum esse oportet. Quod istius tantum meritum
inquit? an te quia non iugulavit? immo vero quia iugulari passus non est.
quo quidem tuo loco Cassi, et purgasti inimicos meos, neque vite mee ullas
ab illis insidias fuisse dixisti. Posuit hoc idem Laterensis. Quamobrem
de isto paulo post plura dicam. de te tantum requiro. Utrum putes odium
unquam barbarorum tam immane, ac tam crudelem hostem, an fuisse in
his aliquem, aut fame aut pene, quorum vidisti toto illo anno ferrum in
foro, flammam in delubris, vim in tota urbe versari, nisi existimas
eas idcirco vite mee pepercisse. quod de reditu meo non timerent.
E t quemquam putas fuisse tam excordem, qui vivis his stante urbe curia
rediturum me si viverem non putaret. Quamobrem non debes homo is
et is civis predicare vitam meam, que fidelitate amicorum conser-
vata sit, inimicorum modestia non esse appetitam. Respondebo tibi
nunc Laterensis minus fortasse vehementer, quam abs te sum provo-
catus, sed profecto nec considerate minus, nec minus amice. Nam
primum illud fuit asperum, me quem de Plancio dicerem mentiri, et tempo-
ris causa fingere, sicut homo sapiens excogitarem: quamobrem maximis
beneficii vinculis obstrictus cum liber esse et solutus. Quid enim
mihi ad defendendum Plancium parum multe parum iuste necessitudi-
nes essent, familiaritates, in civitate, patris amicitie, que si non
essent, vereor credo, ne turpiter facerem, si hominem defenderem, fingendo
fuit mihi videlicet causa parata, ut ei quem mihi debere oporteret,
ego me omnia debere dicerem. At id etiam gregarii milites faciunt
inviti, ut coronam dent civicam, et se esse ab aliquo servatos et fatean-
tur, non quod turpe sit protectum in acie, hostium manibus eripi.
nam id accipere nisi forti et pugnanti, quominus non potest, sed
onus reformidant, quod permagnum est alieno debere idem quod
parenti, ego cum ceteri vera beneficia et minora dissimulent.
ne obligati esse videantur, eo me beneficio instructum esse mentior,
cui ne referri quidem gratia posse videatur. An hoc tu Laterensis
ignoras? qui cum esses mihi amicissimus, cum vel periculum vite
tue mecum sociare voluisses, cum me in illo tristi et acerbo luctu
atque discessu non lacrimis solum tuis, sed animo, corpore, copiis pro-

Utrum putes odium in me mediocre inimi-
corum fuisse: quod fuit illorum tum regno.

hoc splendore et hac dignitate

seruatus esset. cum meos liberos et uxorem, me absente, tuis opibus au
xilioque defendisses, sic me tecum semper egisti, te mihi remittere atque
concedere, ut omne studium meum in Gn. Plancii honorem consumerem.
quod eius in me meritum tibi gratum etiam esse dicebas. Nihil autem me nouo
nihil causa temporis dicere. Nonne etiam illa testis est oratio, quae est a
me prima habita in senatu: in qua cum perpaucis nominatim egisse
gratias, quod omnes enumerare nullo modo possem. Scelus autem esset quemquam
preteriri. statuissemque eos solos nominare, qui causae modo duces
et quasi signiferi fuissent: In his Plancio gratias egi. recitetur
oratio, quae propter eius magnitudinem dicta de scripto est. in qua
ego homo astutus ei me debeam, cui nihil magnopere deberem.
et huius tanti officii seruitutem astringam testimonio sem
piterno. nolo cetera quae a me mandata sunt litteris recitare
pretermitto ne aut preferre uidear ad tempus, aut eo genere uti
litterarum, quod meis studiis aptius quam consuetudini iudiciorum esse ui
deatur. Atque etiam clamitas Laterensis, quousque ista dices. nihil in
Cispio profecisti. absolute iam sunt preces tuae. De Cispio mihi
uidetur obicies, quae ego de me bene meritum, quia te teste cogno
ueram, te eodem auctore defendi, et ei dices quousque? negas quem
pro Cispio contenderem impetrare potuisse: Nam istius uerbi, heo quousque
poterat esse inuidia, datus est tibi ille condemnatus, ille non
satis, sineret, ferre non possumus. et quod qui pro uno laborarit, id
ipsum non obtinuerit dici quousque, irridentis magis est, quam repre
hendentis. Nisi forte ego unus ita me gessi in iudiciis, ita et
cum his et inter eos uiuo, nisi his in causis primus, ut in re publica talis
et sim et semper fui solus, ut a te constituar, qui nihil ab iudici
bus debeam umquam impetrare, et mihi lacrimulam Cispianam
obiectas. Sic enim dixisti, uidi ego tuam lacrimulam. Vide quam
me uerbi tui peniteat, non modo lacrimulam, sed multas lacrimas
et fletum cum singultu uidere potuisti. An ego qui meorum la
crimis me absente commotus, simultates quas habebat deposu
isset, meaeque salutis non modo non oppugnator, ut inimici mei pu
tarent, sed etiam defensor fuisset: huius in periculo non dolorem
meum significarem? Tu autem Laterensis qui tum lacrimas meas

Crispiani iudicii

gratas esse dicebas, nunc easdem uis inuidiosas uideri. Negas
tribunatum Plancii quicquam attulisse adiumenti dignitati meae.
atque hoc loco uerissime quod facere potes. L. Racilii fortissimi
et constantissimi uiri diuina in me merita commemoras: cui
quidem ego sicut in Plancio numquam dissimulaui me plurimum
debere: semperque prae me feram. Nullas enim sibi ille neque conte
tiones, neque inimicitias, neque uitae dimicationes, neque pro re
publica neque pro me defugiendas putauit. Atque utinam quam ego sum in illum gratus
tam licuisset pro bonorum uiri et iniuriam populi Romani tamen gratiam referri.
Sed si non eadem contendit in tribunatu Plancius, existimare debes
non huic uoluntatem defuisse: sed me tum Plancio deberem. M. Racilii
nihil beneficiis fuisse contentum. An non putas uiderent idcirco mi
nus in ea causa facturos, quam me esse gratum criminaris. An
tum populo Romano illud S.C. quod in monumento Marii factum est, quo mea salus
est omnibus gentibus commendata. Vni Gn. Plancii gratias egerit, unus enim
fuit de magistratibus, aut pro magistratibus defensor salutis meae;
cui senatus pro me gratias agendas putauit. ei ego a me referen
dam gratiam non putem. Atqui enim cum uides quo me tandem
animo putas in te esse Laterensis. Nullum esse tantum periculum, tantum
laborem, tantam contentionem, quam ego non modo pro salute tua:
sed etiam pro dignitate defugerem: quo quidem etiam magis sum non
dicam miser, natura quidem abhorret ab uirtute uerbi, sed certe
exercitus, non quod multis debeo. Leue enim omnis beneficii gratia
sed quia saepe concurrunt propter aliquorum de me meritorum inter
ipsos contentiones, ut eodem tempore in omnes uerear, ut ne gratus
possim uideri. Sed ego hoc meis ponderibus examinabo non
solum quod cuique debeam, sed etiam quid cuiusque intersit, et quid a me cuiusque tempus poscat. Agitur
studium tuum, uel etiam si uis existimatio, laus aedilitatis, at Gn. Plancii
salus, patria fortunae. Saluum tu me esse cupisti, hic fecit etiam ut
esse possem, distineor tamen et diuellor dolore: et in tam dispari
offendi te a me doleo. Sed medius fidius multo citius meam salutem
pro te obiecero, quam Gn. Plancii salutem tradidero contentioni tuae.
Etenim uideres cum omnibus uirtutibus me affectum esse cupiam, tamen nihil

exterritus

est quod malim quam me et gratum esse et videri. Hec est una virtus non solum
maxima, sed et mater virtutum omnium reliquarum. Quid est pietas?
nisi voluntas grata in parentes. Qui sunt boni cives, qui belli
qui domi, de patria bene merentes, nisi qui patrie beneficia meminerunt.
Qui sancti, qui religionum colentes, nisi qui merita diis immortalibus
gratiam iustis honoribus et memori mente persolvunt? Que potest esse
iocunditas vite sublatis amicitiis? Que porro potest esse ami-
citia inter ingratos? Quis est nostrum liberaliter educatus cui non
educatores, cui non magistri sui atque doctores, cui non locus ille
mutus ipse ubi altus aut doctus est, cum grata recordatione in
mente versatur? cuius opes esse tante possunt, aut umquam fue-
runt, que sine multorum amicorum officiis stare [possint]. Equidem nihil tam proprium
hominis existimo, quam non beneficio modo, sed et benivolentie significa-
tione alligari. Nihil porro tam inhumanum, tam immane, tam ferum
et ferreum, quam committere ut beneficio non dicam indignus, sed vic-
tus esse videare. Que cum ita sint, iam succumbam Laterensis
isti tuo crimini meque in eo ipso in quo nihil potest esse nimium gratum
esse concedam: petamque a vobis iudices, ut eum beneficio complec-
tamini, qui reprehenditur, quod gratus postmodum dicat esse.
Neque enim ad negligendam meam gratiam debet valere, quod dicit
idem vos nec nocentium, nec litigiosos esse, quominus me apud
vos valere oporteat, quasi non in amicitia mea non hec presi-
dia si qua forte in me sint parata: semper amicis esse maximum
quam necessarium. etenim de me ego tantum audeo dicere ami-
citiam meam voluptati pluribus quam presidio fuisse, meque ve-
hementer vite mee peniteret: si in mea familiaritate locus
esset nemini nisi litigioso aut nocenti. Sed hoc nescio quo
frequenter in me congessisti, saneque in eo creber fuisti, te id-
circo in locis tam committere noluisti. ne ego meam consuetudinem
aliquid defensis misericordie causa dicerem quid in diis
edilibus ante fecissem, non nihil egisti hoc loco. Nam mihi eripui-
sti ornamentum orationis mee, deridebar si mentionem fecero
fecero? cum tu id predixeris. Sine te tetigisti quid potero dicere.
Hic est addidisti me idcirco mea lege et illo ambitu traxisse

possint? que certe sublata memoria et gratia nulla extare possint

ut mirabiliores epilogos possem dicere, non vobis videor cum aliquo
declamatore non cum labore et foro disputare. Rhodi enim igitur
non fui, me vult fuisse. Sed fui inquit, putabam in Vacceis dicturum
vel in Bithyniam si locus habet reprehensionis ansam aliquam, nescio
cur severiorem in meam putas quam Rhodum, si spectanda causa est, si in
Bithynia summa cum dignitate fuisti, et ego Rhodi non minore. Nam quod
in eo me reprehendisti: quod nimium multos defenderim. Utinam et
tu qui potes et ceteri qui defugiunt, vellent me labore hoc levare.
Sed fit vestra diligentia qui in causis ponderandis, omnes vere re-
pudiatis, ut ad nos pleraque confluant. qui miseris et laborantibus
nihil negare possumus. Admonuisti etiam quod in Creta fuisses dictum
aliquid in petitione tua dici potuisse, me id perdidisse. Uter igitur
nostrum est cupidior dicti ego ne quidquid dici potuit, non dixerim, an tu
qui etiam ipse in te dixeris, tu aiebas de tuis rebus gestis nullas litteras
misisse? quod mihi mee quas ad aliquem misissem obfuissent.
quas ego mihi obfuisse non intelligo: rei publice video prodesse potuisse.
Sed sunt hec leviora: illa non graviora atque magna: Quid meum
discessum: quem sepe deflebas, nunc quasi reprehendere et subaccusare
voluisti. Dixisti enim non auxilium mihi, sed me hercule auxilio defuisse.
ego non fateor me quod viderim, mihi auxilium non deesse, idcirco me
illi auxilio pepercisse. Qui enim status, quod discrimen que fuit
in re publica tempestas illa quis nescit? Tribunitius me terror, an
consularis furor movit. Decertare mihi ferro magnum fuit cum
reliquiis eorum, quos ego florentes atque integros sine ferro viceram?
Consules post hominum memoriam teterrimi atque turpissimi sunt
et illa principia et hi recentes rerum exitus declararunt. quorum
alter exercitum perdidit: alter vendidit. Empti provinciis a senatu,
a re publica, a bonis omnibus defecerunt: qui exercitibus, qui armis,
qui opibus plurimum poterant, cum quid sentirent, nesciretur fu-
riosus illa vox nephariis stupris, religiosis altaribus effeminata
secum, et illos consules facere acerbissime personabat. Egentes in
locupletes, perditi in bonos, servi in dominos armabantur. Aderat
meum senatus, et quid veste mutata, quid pro vobis omnes post
hominum memoriam publico consilio susceptum est. Sed recordare

qui tum fuerunt consiliis novi hostes, qui soli in hac urbe senatum [patribus cons.]
senatui parere non sinerent [fuerunt], edictoque suo, non luctum populo romano sed luctus
indicia adimerent [ademerunt]. Aderat meum coniunctus equester ordo, quem
quidem in contionibus saltator ille Catiline consul proscriptionis
denuntiatione terrebat. Ac tota Ytalia convenerat, cui quidem belli
intestini et vastitatis [metus] inferebatur. Huic ego auxiliis studentibus
atque incitatis uti me [tamen] Laterensis potuisse confiteor; sed erat
non iure, non legibus, non disceptando decertandum. Nam profecto
presidium tam bonum in causa numquam [quo] ceteri abundarunt, ut mihi ipsi
auxilium meum defuisset. Armis fuit, armis inquam fuit dimican-
dum: quibus a servis et a servorum ducibus cedem fieri senatus et
bonorum rei publice exitiosum fuisset. Vinci autem improbos a bonis fateor fuisse
preclarum, si finem tum [etiam] vincendi viderem: quem profecto non videbam.
V Ubi enim presto fuisset mihi, aut tam fortis consul quam L. Opimius quam
C. Marius quam L. Flaccus, quibus ducibus improbos cives res publica vicit
armatis, aut si minus fortes, attamen tam iusti quam P. Mutius
qui [qui] arma, que [que] privatus P. [L.] Scipio sumpserat, ea T. Graccho vite
rempto, iure optimo sumpta esse defendit. Esset igitur pugnandum cum
consulibus, nihil aliud [amplius] dico, nisi illud victorie nostre graves adver-
sarios paratos, interitus nullos ultores esse videbam. Huic ergo
auxiliis salutis mee si idcirco defui quia nolui dimicare, fate-
bor id quod vis, mihi non auxilium, sed me auxilio defuisse.
Sin autem quo maiora studia in me bonorum fuerunt, hoc iis magis
consulendum [et parcendum] putavi. Tum [id] me reprehendis, quod Q. Metello laudi datum
est, hodieque est, et semper erit maxime glorie: que ut potes [ex]
multis audire, qui tum affuerunt [iucundissimis] iustissimis viris constat
bonis cessisse, nec fuisse dubium, quin contentione et armis
superior posset esse. Ergo ille cum suum, non cum senatus factum defen-
deret, cum perseverantia sententie sue non salutem rei publice retinuisset,
tamen ob illam [constantiam] quo illud voluntarium vulnus accepit, iustissimorum
civium Metellorum et clarissimos triumphos glorie [laude] superavit. Qui et
illos ipsos improbissimos cives interfici noluit, et ne quis bonus
mitteret [interiret] in eadem cede providit. Ego tantis periculis propositis,
cum si victus essem, interitus rei publice, si vicissem infinita dimicatio

pararetur, committerem ut ipse proditor rei publice nominaretur qui servator
fuissem? Mortem me timuisse dicis. Ego vero ne immortalitatem quidem
contra rem publicam accipiendam putarem, nedum emori cum pernicie rei publice
vellem. Nam qui pro re publica vitam dediderunt, licet me desipere [sapere]
dicatis, numquam me hercule eos mortem potius quam immortalitatem
assecutos putavi. Ego vero si tum illorum impiorum ferro ac manu
concidissem, in perpetuum res publica civile presidium salutis sue per-
didisset. Quin etiam si me vis aliqua morbi, aut natura ipsa consump-
sisset, tamen auxilia posteritatis essent immutata [imminuta], quod peremptum
esset mea morte id exemplum, qualis futurus in me retinendo
fuisset S.P.Q.R. An si me umquam in me vite cupiditas fuisset,
ego mense decembri mei consulatus omnium parricidarum tela
commovissem? que si XX quievissem dies, in aliorum vigiliam con-
sulum recidissent. Quamobrem si vite cupiditas contra rem publicam est
[turpis] temporum, certe multo mortis cupiditas mea turpior fuisset
cum pernicie civitatis. Nam quod esse te in re publica liberum gloriatus
es, id ego et fateor et letor, et tibi etiam [hoc] gratulor; quod me autem negasti,
in eo neque te, neque quemquam diutius patiar errare. Nam si quis
idcirco aliquid de dignitate [libertate] mea deminutum putat, quod non ab
omnibus eisdem a quibus antea solitus sum dissentire dissentiam,
primum si bene de [me] meritis gratum me prebeo: non desino incurrere
in crimen hominis nimium memoris nimiumque grati. Sin autem sine ullo
rei publice detrimento, respicio et aliquando salutem [tum] meam, tum meorum
temporum, certe non modo [non] sum reprehendendus, sed etsi ruere vellem
boni viri me ut ne id facerem, rogarent. Res vero ipsa publica si
loqui posset ageret mecum, ut quoniam sibi servissem semper, numquam
mihi, fructus autem ex sese non ut oportuisset letos et uberes, sed
magna acerbitate permixtos tulissem, ut mihi iam servire, con-
sulerem meis, se non modo satis habere omne, sed etiam vereri ne parum
mihi pro eo quod tum a me haberet, reddidisset. Quid si horum ego
nihil cogito, et idem sum in re publica qui fui semper, tamen ne liber-
tatem requiris meam, quam tu ponis in eo si semper cum his
quibuscum aliquando contendimus depugnemus, quod est longe
secus. Stare enim debemus omnes tamquam in orbe aliquo rei publice qui

q̄nam
qm̄ uersetur: eam delegerit partē. ad qua nos illius utilitas salusq;
conuerterit. Ego autē. gn. pompeiū nō dico auctorem, duce defensore
salutis mee. nam hec priuatim fortasse offitiū memoriam et g̃tam
querunt. sed dico hoc: quod ad salute rei. p. pertinet, ego eū nō tuear:
que omīs in re. p. principem ee concedunt. Ego. C. cesaris laudibus
desim, qui primū pp̄li. ro. nō me cū, semper senatus addixi plu
rimis atq; amplissimis uideā uideam et celebratas, cū hercule
me confitear nō uidētū fuisse de rei. p. utilitate, sed hominibus
amicū, aut inimicū fuisse. An cū uideam naue secundis uentis
cursum tenentem suū, si nō eum petat portū, quē ego aliquando
probaui, sed aliū: nō minus tutū atq; tranquillū cū tempestate
pugnet periculose potius q̃ illi salutem, presertim ꝓposita obtēperē et
partā. Ego uō didici hec, uidi hec, scripta legi hec de sapientissimis
et clarissimis uiris et in hac re. p. et in multis alijs ciuitatibus
monumēta nobis lr̄e prodiderunt, nō semper easdem sententias
ab eisdem, sed quascūq; rei. p. status, inclinatio temporꝫ, ratio cō
cordie postularet ee defendendas. Quod ego et facio laterensis
et semper faciam, libertatē quā in me requiris, quā ego neq;
dimisi unq̃ neq; dimittam, nō in pertinacia, sed in quadā mode
ratione positam putabo. Nunc nemo ad illud extremū qd dixisti
dū plancij in me merita uerbis extollerem, me arcē facere ex cloaca
ada lapide, et ē sepulchro uenari prodeo. Neq; n. mihi insidiꝫ
periculū ullū, neq; mortis fuisse, cuius ego temporis rationem
explicabo breui neq; inuitus. Nihil eīm et meis est temporib; qd
nimis peruagatū quodq; nimis, aut mea celebratione, commemo
ratione celebratū sit: aut hominib; notū atq; auditū. Ego eīm la
terensis ex illo incendio legū, iuris senatus bonoꝫ omniū cedens
cū mea domus ardore suo, deflagrationē urbis, atq; ytalie tote
minaret, nisi quiessem, Siciliam petiui ātō, que et mī erat sicut
ipā domus unā consulta, et obtinebatur. á. C. uirgilio quo cū me
uno, uel magis cū uetustatꝫ amicitia, cū mei fratris collegꝫ
cū rei. p. sociarat. Videnūc caliginem temporū illoꝫ, cū ipā pene
insula mihi sese obuiam ferre uellet, pater ille eius dē, tribū. pl. cō
tionib; ꝑ eandem rem. p. cām sepe uexatus, nihil amplius dico n̄

me in siciliā inuenire nōluit, quod dicā. C. uirgilio tali ciui et uiro
beniuolentiam in me, memoriam commun temporꝫ humanitatē, fidem
defuisse, nihil uidelicet est eoꝫ. Sed quia tempestatem nos uobiscū
nō tulissemus metuit, ut eam ipām nō posset opibus suis sub
sistinere, tam consilio repente mutato, iter ad brūdusiū á uibone
terra petere contendi. Nam maritimos cursus preclūdebat hiemis
magnitudo, cū omnia illa municipia que sunt á uibone brūdusiū
in fide mea iudices essent, iter tutū multis minitantibus magnū
cū suo metu pstiterunt. Brūdusiū ueni. uel potius admenio
accessi: urbem unā mihi amicissimā declinaui, que se et potius
excidi, q̃ ut é suo complexu eripi facile pateretur. In ortos me. M.
lenē flacci contuli, cui cū omīs metus, publicatio bonorū, exilium
mors preponeret: hec si perpeti si acciderent maluit q̃ custodiā
mei capitis dimittere. huius ego et parentes eius prudentissimi
atque opti senis, et utriusq; filioꝫ manibus, in naue tuta ac fi
deli collocatus, eorūq; preces et uota de meo reditu exaudiens
dirachiū quod in fide mea érat, petere contendi. quó cū uenisse
cognoui id quod audieram, refertam ee greciā scelleratissimoꝫ
hoiūm ac nephariorꝫ, quoꝫ impiū ferrū ignisq; pestiferos meos
consulatus ille é manibus extorserat. Qui anteq̃ de meo
aduentu audire potuissent, cū cū absessent, aliquoꝫ dierū
uiā in macedoniam, ad planciūq; perrexi. hic uō simul atq;
me mare transisse cognouit, audi audi atq; attende late
rensis, ut scias qd ego plancio debeam, confitearēq; aliqñ
quod faciam, me gratē pie facere huic, queq; pro salute
mea fecerit, si minus profutura erīt, obēe tam nō oporte.
H am simul ac me dirachiū attigisse audiuit, statī ad me
lictorib; dimissis, insignibus abiectis ueste mutata ꝓfectus
ē. O acerbam mihi iudices memoriā temporis illius et loci
cū hic in me incidit, cum complexus est, conspersitq; lacrimis,
nec loqui ꝑ merore potuit. O rem cū auditu crudelē, tum
uisu nephariam. O reliquos omīs dies, noctesq; eas, quibus
iste á me nō recedens, thesalonicā me in questoriū perduxit.
H ic ego nūc de pretore macedonie, nihil dicam amplius nisi ꝑeū

cuius et optimi semper et mihi amicum fuisset. Sed eadem timuisse quos
ceteros. Cn. Plancium fuisse unum, non qui minus timeret, sed si acci-
derint ea quae timerentur, metum ea subiret et perpeti vellet. Qui
cum ad me et L. Tubero meus necessarius, qui fratri meo legatus
fuisset, decedens ex Asia venisset, easque insidias quas mihi paratas ab exulibus
coniuratis audierat, animo amicissimo detulisset: in Asiam me ire
propter eius provinciae metum, et cum meo fratre necessitudine comparante
non est passus. Vi me, vi me inquam Plancius et complexu suo retinuit, multosque
menses a capite meo non discessit, abiecta quaestoria persona, comi-
tiisque sumpta. O excubias tuas Cn. Planci miseras. O flebiles vigilias.
O noctes acerbas. O custodiam etiam mei capitis infelicem. Si quidem
ego tibi vivus non prosum qui fortasse mortuus profuissem. Me-
mini enim, memini inquam, neque umquam obliviscar noctis illius, cum tibi
vigilanti assidenti, maerenti vana quaedam miseriae atque inania falsa
spe inductus pollicebar me, si essem in patriam restitutus, praesentem tibi
gratiam relaturum. Sin mihi aut vitam sors ademisset, aut vis aliqua
maior reditum peremisset, hos, hos quos ego tum aliquando intuebar, omnia
tibi illorum laborum tuorum praemia per me persoluturos. Quid me aspectas?
Quid mea promissa repetis? quid meam fidem imploras? Nihil tibi
ego tum de meis opibus pollicebar, sed eorum erga me benivolentiam
promittebam. Hos pro me lugere, hos gemere, hos decertare
pro meo capite, vel vitae periculo velle videbam: de eorum desiderio,
luctu, querelis, quotidie aliquid tecum simul audiebam. Nunc
timeo ne nihil tibi praeter lacrimas queam reddere, quas tu in
meis acerbitatibus plurimas effudisti. Quid enim possum aliud nisi
maerere, nisi flere, nisi te cum mea salute complecti? Salutem
tibi iidem dare possunt, qui mihi reddiderunt. Hunc tamen tandem exurge
quaeso, retinebo et complectar, nec me solum deprecatorem fortu-
narum tuarum, sed comitem sociumque profitebor. Atque ut spero nemo
erit tam crudeli animo, tamque inhumano, nec tam immemor
meorum non dicam in bonos meritorum, sed bonorum in me, qui a me
mei servatorem capitis divellat ac distrahat. Non ego meis
ornatum beneficiis a vobis deprecor iudices, sed custodem salutis
meae. Non opibus contendo, non auctoritate, non gratia, sed precibus,

sed lacrimis, sed misericordia, mecum vos simul miserrimus et optimus
obtestatur parens, et pro uno filio duo patres deprecamur. Nolite
iudices per vos, per fortunas vestras, per liberos inimicis meis, his prae-
sertim quos ego pro vestra salute suscepi, dare laetitiam gloriantibus
vos iam oblitos mei, salutis eius a quo mea salus conservata est
hostes extitisse. Nolite animum meum debilitare cum luctu, tum etiam
vestrae commutatae metu voluntatis erga me. Sinite me quod
vobis fretus, huic saepe promisi, id a vobis ei persolvere. Teque
C. Flavi oro et obtestor, qui meorum consiliorum et in consulatu
socius, periculorum particeps, rerum quas gessi adiutor fuisti,
meque non modo salvum semper, sed etiam ornatum florentemque esse
voluisti. Ut mihi per eos conserves eum, per quem me tibi et his
conservatum esse vides. Plura ne dicam, tuae me etiam lacrimae
impediunt, vestraeque iudices non solum meae, quibus ego magno in
metu meo subito inducor in spem: vos eosdem in hoc con-
servando futuros, qui fueritis in me, quoniam istis vestris lacri-
mis de illis recordor, quas pro me saepe et multum profudistis.

M. T. C. PRO P. SYLLA ORATIO AD IUDICES INCIPIT.

m MAxime vellem iudices ut P. Sylla et antea di-
gnitatis suae splendorem obtineret, et post
calamitatem acceptam, modestiae fructum
aliquem potuisset percipere. Sed quoniam ita tulit
casus infestus, ut amplissimo in honore, tum
communi ambitionis invidia, tum singulari Autronii odio everte-
retur, et in his pristinae fortunae reliquiis miseris et afflictis,
tamen habet quosdam, quorum animos ne supplicio quidem suo sa-
tiare posset, quamquam et huius incommodis magnam animo molestiam
capio: tamen etiam in ceteris malis facile patior oblatum id tempus
in quo boni viri lenitatem meam, misericordiamque notam omnibus
quondam, nunc quasi intermissam agnoscerent. Improbi ac per-
diti cives redomiti atque victi praecipitante re publica vehementem

me fuisse atque fortem, consulatu mitem ac misericordem fateremur.
Et quoniam L. Torquatus meus familiaris ac necessarius iudices existi-
mauit, si nostram in accusatione sua necessitatem familiaritatemque uiolasset,
aliquid se de auctoritate defensionis meae posse detrahere, cum
huius periculi propulsatione coniungam defensionem officii mei.
Quo quidem genere non uterer orationis iudices hoc tempore si mea solum
interesset, multis enim mihi locis et data facultas est, et saepe da-
bitur de mea laude dicendi. Sed ut ille uidit quantum de mea
auctoritate deripuisset, tantum se de huius praesidiis deminuturum putauit,
sic hoc ego sentio, si mei facti rationem uobis, constantiamque huius
officii ac defensionis probaro, causam quoque me P. Syllae probaturum.
ac primum abs te illud L. Torquate quaero, cur me a ceteris cla-
rissimis uiris ac principibus ciuitatis in hoc officio atque in defen-
sionis iure secernas. Quid est enim quam ob rem abs te Q. Hortensii
factum clarissimi atque ornatissimi uiri non reprehendatur, meum.
nam si initum est consilium a P. Sylla inflammandae ciuitatis, huius
extinguendi imperii, delendae urbis, mihi maiorem haec res dolo-
rem quam Q. Hortensio, mihi maius odium afferre debent. Meum
denique grauius esse iudicium, qui adiuuandus in his causis
qui oppugnandus, qui defendendus, qui deferendus esse ui-
deatur. Ita inquit, tu enim inuestigasti, tu patefecisti coniura-
tionem. quod cum dicit non attendit eum qui patefecerit hoc curasse,
ut id omnes uiderent, quod antea fuisset occultum. Quare ista coniu-
ratio si patefacta per me est, tam patet Hortensio quam mihi.
quem cum uideas honore hoc, auctoritate, uirtute, consilio praeditum,
non dubitasse quin innocentem P. Syllam defenderet: quaero cur
qui aditus ad causam Hortensio patuerit, mihi interclusus esse
debuerit. Quaero illud etiam si me qui defendo reprehendendum
putas esse, quid tandem de his existimes summis uiris et clarissi-
mis ciuibus, quorum studio et dignitate celebrari, hoc iudicium or-
nari, causam defendi huius innocentiam uides. Non enim una est oratio
defensionis, ea quae posita est in oratione. omnes qui assunt, qui labo-
rant, qui saluum uolunt, pro sua parte, atque auctoritate defen-
dunt. An uero in quibus subselliis haec ornamenta ac lumina

rei p. uiderem: in his me apparere nollem. Quorum ego cum illum in locum,
atque in hanc excelsissimam sedem dignitatis atque honoris, multis meis
ac magnis laboribus et periculis ascendissem. Atque ut intelligas Tor-
quate quem accuses, si te id offendit, quod ego qui hoc genere quaestionis
defenderim neminem, non deserim P. Syllae: recordare de ceteris, quos
adesse huic uides, intelliges et de hoc et de ceteris iudicium meum et
horum parem atque unum fuisse. Quis nostrum affuit Vargunteio, nemo. ne
hic quidem Q. Hortensius, praesertim qui illum solus antea de ambi-
tu defendisset. Non enim iam se illo officio cum illo coniunctum arbitra-
batur, cum ille tanto scelere commisso, omnium officiorum societatem
diremisset. Quis nostrum Seruium Syllam, quis Publium, quis M.
Lecam, quis Cornelium defendendum putauit. Quis his horum affuit?
nemo. Quid ita? quia ceteris in causis etiam nocentes uiri boni
si necessarii sunt non defendendos esse non putant. in hoc crimine non solum
leuitatis est culpa, uerum etiam quaedam contagio sceleris, si defendas eum
quem obstrictum esse patriae parricidio suspicere. Quid Autronio nonne sodales
non collegae sui, non ueteres amici, quorum ille copia quondam ha-
bundarat, non hi omnes qui sunt in re p. principes deseruerunt?
immo etiam testimonio plerique laeserunt. Statuerant tantum illud esse
maleficium, quod non modo non occultari per se, sed etiam aperiri,
illustrarique deberet. Quam ob rem quid est quod mirere, cum hisdem me
in hac causa uides adesse, si cum quibus in ceteris intelligis afu-
isse? nisi uero unum me uis ferum praeter ceteros, me asperum, me
inhumanum existimari, me singulari immanitate et crudelitate
praeditum. hanc mihi tu si propter meas res gestas imponis in omni uita
mea personam, Torquate, uehementer erras. Me natura misericor-
dem, patria seuerum, crudelem nec natura, nec patria esse uoluit.
Denique istam ipsam personam uehementem et acrem quam mihi tum
tempus et res p. imposuit, iam uoluntas et natura ipsa detraxit.
illa enim ad breue tempus seueritatem postulauit, haec in omni uita
lenitatem, misericordiamque desiderat. Quare nihil est quod ex tanto
comitatu uirorum amplissimorum me unum abstrahas. Simplex officium
atque una est bonorum omnium causa. Nihil erit quod admirere
posthac, si in ea parte in qua hos animaduerteris me uidebis. Nulla

est. n. in re. p. causa mea propria. Tempus agendi fuit mihi magis pro
prium quam ceteris, doloris uero et timoris, et periculi fuit illa causa commu
H nis. Ego enim princeps tunc ad salutem esse potuissem, si esse alii comites no
luissent. Quare necesse est quod mihi consuli precipuum fuit, preter
alios, id iam priuato cum ceteris esse commune. Neque ego hoc partiendi in
uidie, sed communicande laudis causa loquor, oneris mei partem nemini
impartior, glorie bonis omnibus. In antonium testimonium dixisti inquit
syllam defendis. hoc totum euiusmodi est uideamus, ut si ego sum inconstans
ac leuis, nec testimonio fidem tribui conuenerit, nec defensioni aucto
ritatem. Si in est in me ratio rei. p. religio priuati officii, studium retinen
de uoluntatis bonorum accusator, nihil minus debet dicere quam a me
defendi syllam, testimonio lesum esse antonium. Videor. n. non solum
studium ad defendendas causas, uerum opinionis aliquid et auctoritatis
afferre qua et moderate ego utar uideris, et omnino non uterer, si ille
me non coegisset. Due coniurationes abste torquate constituuntur,
una que lepido et uolcatio cos. patre tuo consule designato facta
esse dicatur. Altera que me consule, harum in utraque syllam dicis
fuisse. patris tui fortissimi uiri atque optimi consulis, scis me consiliis
non interfuisse; scis me cum tecum in summus usus esset, tamen illorum
me expertem temporum et sermonum fuisse. Credo quia non dum penitus
in re. p. uersabar, quia non dum ad propositum mihi finem honoris per
ueneram, quia mea ambitio et forensis labor ab omni illa cogitatione
abstrahebat. Qui igitur intererant uestris consiliis? omnes hi quos uides
huic adesse, et inprimis. Q. hortensius, qui cum propter honorem ac digni
tatem atque animum eximium in re. p. tum propter summam familiaritatem,
summumque honorem in patrem tuum, cum communibus, tum precipuis patris
tui periculis commouebatur. Ergo istius coniurationis crimen defen
sum ab eo est qui interfuit, qui cognouit, qui particeps consilii
uestri fuit et timoris, cuius in hoc crimine propulsando cum esset
copiosissima atque ornatissima oratio: tamen non minus auctoritatis
inerat in ea, quam facultatis. Illius igitur coniurationis que facta contra
nos, delata ad nos, a nobis prolata esse dicitur, ego testis esse non
potui. Non modo enim nihil comperi, sed uix ad aures meas istius su
spitionis fama peruenit. Qui nobis in consilio fuerunt, qui nobis

cum illa cognorunt, quibus ipsis periculum tum conflari putabatur quia antonio
non affuerunt, qui in illum testimonia grauia dixerunt, hunc defendunt,
huic adsunt, in huius periculo declarant se non crimine coniurationis, ne
adessent ceteris, sed hominum maleficio deterritos esse, mei consulatus autem
tempus, et crimen maxime coniurationis a me defenderetur. Atque
inter nos partitio non est fortuito uideris, nec temere facta sed cum uide
remus eorum criminum nos patronos adhiberi quorum testes esse posse
mus, uterque nostrum id sibi suscipiendum putauit, de quo aliquid scire
ipse atque estimare potuisset. et quoniam de criminibus superioris
coniurationis, hortensium diligenter audistis, de hac coniuratione
que me consule facta est, hoc primum attendite. Multa cum essem
consul, de summis rei. p. periculis audiui, multa quesiui, multa
cognoui, nullus unquam de sylla nuntius ad me, nullum indicium, nulle
littere peruenerunt, nulla suspitio. Multum hec uox fortasse eius ho debet ualere
minis, qui consul rei. p. insidias consilio inuestigasset, ueritatem
aperuisset, magnitudinem animi uindicasset, cum nihil audisse ipse de
P. sylla nihil suspicatum esse diceret. Sed ego non dum utor hac uoce
ad ipsum huc defendendum ad purgandum me potius utor. ut mirari tor
quatus desinat, me qui antonio non affuerim, syllam defendere. Que
enim antonii fuit causa? que sylle est? Ille ambitus iudicium tollere
ac disturbare, primum conflato uoluit gladiatorum ac fugitiuorum
tumultu. Deinde id quod uidimus omnes, lapidatione atque con
cursu. Sylla sibi si suus pudor ac dignitas non prodesset, nullum
auxilium requisiuit. ille damnatus ita se gerebat, non solum con
siliis et sermonibus, uerum etiam aspectu atque uultu, ut inimicus esse
amplissimis ordinibus, infestus bonis omnibus, hostis patrie uide
retur. Ita hic se fractum illa calamitate atque afflictum putauit
ut nihil sibi ex pristina dignitate superesse arbitraretur, nisi quod mo
destiam retinuisset. hac uero in coniuratione quid tam coniunctum
quam ille cum catelina cum lentulo, que tanta societas ullis inter se
rerum optimarum; quanta ei cum illis scelerum, libidinis, audacie? Quod
flagitium lentulus non cum antonio concepit? quod sine eodem
ille catelina facinus admisit? cum interim sylla cum eisdem illis non
modo nocte, solitudineque non quereret, sed ne mediocri quidem

sermone et congressu coniungeretur. Illum Allobroges maximarum rerum ve-
rissimi indices. Illum multorum litterae et nuntii coarguerunt. Syllam interea nec
dissimulavit. Nemo nominavit, postremo eiecto sive emisso iam ex urbe
Catilina, ille arma misit, cornua, tubas, fasces, signa, legiones. Ille re-
lictus intus, expectatus foris, Lentuli poena compressus, convertit se
aliquando ad timorem, numquam ad sanitatem. Hic contra ita quievit, ut eo tempore
omni Neapoli fuerit, ubi neque homines fuisse putant [tant] huius affines
suspitionis, et locus est ipse non tam ad inflammandos calamitosorum
animos, quam ad consolandum [tempore] accommodatus. Propter hanc igitur tantam dissimi-
litudinem hominum atque causarum aliarum, dissimilem me in utroque praebui.

V enieba tenim ad me, et saepe veniebat Antonius multis cum lacri-
mis supplex: ut se ipsum defenderem, et se meum condiscipulum in
pueritia, familiarem in adolescentia, collegam in quaestura commemo-
rabat fuisse. Multa mea in se, non nulla etiam sua in me proferebat
officia. Quibus ego rebus iudices ita flectebar animo, atque frangebam,
ut iam ex memoria, quas mihi ipse fecerat insidias deponerem.

V t iam [im] remissum ab eo C. Cornelium, qui me in sedibus meis,
in conspectu uxoris meae ac liberorum meorum, [trucidaret] obtruncaret. Quae si
de uno me cogitasset, qua mollitia sum animi ac lenitate, numquam
me hercule illius lacrimis et precibus restitissem. Sed cum mihi patriae,
ymago, cum vestrorum periculorum, cum huius urbis, cum illorum delubrorum
atque templorum, cum puerorum, infantium, cum matronarum, ac virginum
veniebat in mentem, et cum illae infestae ac funestae faces, universum
totius urbis incendium, cum tela, cum caedes, cum civium cruor, cum cinis
patriae versari ante oculos atque animum, memoria refricare coeperant,
tum denique ei resistebam. Neque solum illi hosti atque [ac] parricidae, sed his
etiam propinquis illius Marcellis patri et filio: quorum alter apud
me parentis gravitatem: alter filii suavitatem optinebat. Neque [iis]
me arbitrabar sine summo scelere posse quod maleficium in aliis
vindicassem, idem in illorum socio cum [sciret] defendere. Atque ipse ego, neque [idem]

[Marcellos]

P. Syllam supplicem ferre, neque eosdem neque huius M. Messallae homi-
necessarii preces sustinere potui. Neque enim est causa adversata naturae,
nec homo, nec res [misericordiae] meae repugnavit. Nusquam [ant] nomen, nusquam
[ve] fastigium fuerat, nullum crimen, nullum indicium susceptum [cum Torquato susceptam] esset libenter

ut me quem boni constantem, ut spero semper existimassent, eundem
me improbi quidem crudelem dicerent. Si aut [hic] se ille iudices regnum
meum ferre non posse: Quod tandem Torquate regnum? Consulatus
ne credo mei? In quo ego imperavi nihil [nihil sed] [nihil sed e contra], et hoc patribus conscriptis et bonis
omnibus parui, quo in magistratu non institutum est a me iudices regnum,
sed non permissum [al. repulsum]. An tum in tanto imperio in tanta potestate dicis non
fuisse regem? Nunc privatum regnare dicis, quo tandem nomine? Quod in
quos testimonia dixisti inquit damnati sunt. Quem defendis, sperat
se absolutum iri. Hic tibi ego de testimoniis meis [tamen] hoc respondeo.

S i falsum dixerim te in eos dixisse: sin verum non esse hoc regnare.
cum non iratus [tos] dicas probare. De huius spe tantum dico, nullas a
me opes P. Syllam, nullam potentiam, nihil denique praeter fidem, [defensionis] ex-
pectare. Nisi tu inquit [t] causam recepisses, numquam mihi restitisses [restitisses sed idem causam profugisses] praefuisti.

S ed iam hoc tibi concedam. Q. Hortensium tanta gravitate hominem,
si hos tales viros stare non suo iudicio, sed meo, si hoc tibi idem quod
credi non potest, nisi ego huic adessem, hos affuturos non fuisse.

U ter tandem rex est, is ne cui innocentes non resistunt, an is qui
calamitosos non deserit, an hic [at] et id quod tibi necesse minime
fuit, facetus esse voluisti, cum Tarquinium, Numam, et me tertium
peregrinum regem esse dixisti. Mitto iam de rege quaerere. Illud quae-
ro cur peregrinum me esse dixeris. Nam si ita sum non tam est admi-
randum regem esse me, quia ut tu vis et peregrini reges Romae fuerunt,
quam consulem Romae fuisse peregrinum. Hoc inquit te esse dico ex mu-
nicipio. Fateor et addo etiam ex [eo] municipio, unde iterum iam salus
huic urbi imperioque missa est. Sed scire ex te pervelim, quare
qui ex municipiis venerunt [a], peregrini tibi esse videantur. Nemo
enim istud M. [illi] Catoni seni, cum plurimos haberet inimicos, nemo C.
Coruncano, nemo Curioni, nemo huic ipsi [nostro] C. Mario cum ei multi
inviderent, obiecit umquam. Equidem vehementer laetor eum esse me,
in quem tu cum cuperes, nullam contumeliam iacere potueris, quae
non ad maximam partem civium [l. pertineret] conveniret. Sed tamen te amice per-
magnis causis nec necitudinis monendum esse etiam atque etiam
puto. Non possunt omnes patricii. Si verum quaeris, ne curant quidem.
nec se aequales tui, propter istam causam [abs te] anteiri putant. At si tibi nos

pegrini uidemur, quorum iam et nomen et honos inueteravit, et huic
urbi et hominum fame ac sermonibus, quam tibi illos competitores tuos pegri
nos necesse erit uideri, qui iam et tota ytalia delecti, tecum de honore (contabant)
et de omni dignitate contendunt, quorum caue tu quemquam peregrinum
appelles, ne peregrinorum suffragiis obruare. Qui si attulerint
neruos et industriam, mihi crede, excutient tibi istam uerborum
iactationem, et te ex somno sepe excitabunt, nec patientur se abs te nisi
uirtute uincentur, honore superari. At si uidices ceteris patriciis me et uos
pegrinos uideri oportet a torquato: tamen hoc uitio (uitium) sileretur. Est enim
ipse a materno nomine municipalis honestissimi generis ac nobilissimi,
sed tamen asculani: aut igitur doceat picentes solos non esse pegrinos aut
gaudeat suo generi me meum ante non ponere. Quare me nec pere
grinum posthac dixeris: ne grauius refutere, nec regem ne deridere.
Nisi forte regium (quiz) tibi uidetur, ita uiuere, ut non (modo) homini nemini,
sed nec cupiditati quidem ulli seruias: contempnere omnes libidines
non auri, non argenti, non ceterarum rerum indigere: in senatu sentire
libere: populi utilitati magis consulere quam uoluntati, nemini cedere
multis obsistere. Si hoc putas esse regium (genus), me esse (ob)regem confiteor:
sin te potentia mea: si dnatio, si denique aliquod dictum arrogans
aut superbum mouet, quin id tu profers, potius quam uerbi inuidio
contumeliaque maledicti? Ego tantis a me beneficiis in re. p.
positis, si nullum aliud mihi premium a. s. p. q. r. nisi honestum
otium postularem, quis non concederet? Sibi haberent honores, sibi
imperia, sibi prouincias, sibi triumphos, sed (sibi alia) preclare laudis in
signia, mihi liceret huius urbis quam conseruassem conspectu
tranquillo atque quieto frui. Quid si hoc non postulo, si ille la
bor meus pristinus, si sollicitudo, si officia, si ope, si uigilie de
seruiunt amicis, presto sunt omnibus: si nec amici in foro requi
runt studium meum, si neque res. p. in curia, si me non modo non rerum
gestarum naratio: sed neque honoris, neque etatis excusatio uendicat a
labore: si uoluntas mea, si industria, si domus, si animus, si aures
patent omnibus, si mihi ne ad ea quidem que pro salute omnium gessi:
recordanda et cogitanda quicquam relinquitur temporis, tamen hoc regnum
appellabitur? cuius uicarius qui uelit esse inueniri nemo potest.

Longe abest regni suspitio. Si queris qui sint rome regnum occupa
re conati, ut nec replices annalium memoriam, ex domesticis yma
ginibus (inuenies) repperies. Res. n. geste credo mee, me nimis extulerunt
ac mihi nescio quos spiritus attulerunt. Quibus de rebus (tam) claris
tam imortalibus iudices hoc possum dicere, me qui ex summis
eripuerim periculis urbem hanc, et uitam omnium ciuium: satis adeptum
fore: si ex hoc tanto in omnes mortales beneficio: nullum in me peri
culum redundabit. Etenim in qua ciuitate res gesserim tantas memi
ni: in qua urbe intelligo, plenum forum esse eorum hominum, quos ego ab uestris
ceruicibus depuli iudices, a meis non remoui: nisi non paucos (fuisse) arbi
tramini, qui conari aut (ac) sperare possent, se tantum imperium posse delere.
Horum ego (faces) eripere de manibus, et gladios extorquere potui: sed ceteri
uoluntates non consceleratas ac nepharias, nec sanare potui
nec tollere. Quare non sum nescius in quanto periculo uiuam in
tanta multitudine improborum, cum mihi uni cum omnibus improbis
eternum uideam bellum esse susceptum. Quod si illis meis presidiis fo
rtasse inuides, et (si) ea tibi regia (gna) uidentur, quod omnes boni omnium ordi
num atque generum, suam salutem cum mea coniungunt, consolare te,
quod omnes (omnium) mentes improborum mihi uni maxime sunt infense et aduerse.
qui me non modo solum idcirco oderunt, quod eorum conatus impios, et
furorem consceleratum repressi: sed eo etiam magis quod nihil iam se simile
me uiuo conari posse arbitrantur. At non quid ego miror si quid
ab improbis de me improbe dicitur, cum L. torquatus primum ipse
his fundamentis adolescentie iactis, ea spe proposita amplissime
dignitatis. Deinde. L. torquati fortissimi consulis, constantissimi
senatoris, semper optimi ciuis filius interdum efferatur immoderatione
uerborum. Qui cum suppressa uoce de scelere. P. lentuli, de audacia
coniuratorum omnium dixisset, tantummodo ut uos qui ea (non) probaretis ex
audire possitis, de supplicio: P. lentuli de carcere, magna, et
queribunda uoce dicebat. In quo primum illud erat absurdum (eos autem qui circum iudicium stabant audire nolebat)
dum quod cum ea que leniter dixerat, uobis probare uolebat, non intelli
gebat ea que clare diceret: ita illos audituros, quibus se uenditabat,
ut uos quoque audiretis qui id non probabatis. Deinde alterum
iam oratoris uitium non uidere, quid quaeque causa postulet. Nihil

ẽ enim tam alienũ ab eo, qui alterũ coniurationis accuset, q̃ uidere coniuratorum penã, morteq; lugere. Quod cũ his tr. pl. facit, qui unus uidetur ex illis ad lugendos coniuratos relictus; Neq; id mirũ ẽ, difficile est enim tacere cũ doleas; te si quid huius [eiusmodi] facis, nõ modo talẽ adolescentem, sed in ea causa in qua te uindicẽ coniurationis uelis ẽẽ uehementer admiror. Sed reprehendo tam illud maxie, q̃ isto ingenio, prudentia preditus, causam rei p. nõ tenes; qui arbitrare plebi romane res eas nõ probari, quas me consule omnis boni pro salute cõi gesserunt. Et quẽ tu horum qui adsunt, quibus te cõtra ipsorum uoluntatẽ iudicabas, aut tam sceleratũ statuis fuisse, ut hec omnia perire uoluerit, aut tam miserũ, ut ẽt se perire cuperet, et nihil haberet quod saluũ ẽẽ uellet. An nõ [nemo] clarissimũ uirũ, q̃ uĩri nostri ac nõis nemo reprehendit, qui filiũ suũ uita priuauit, ut in ceteris firmaret imperiũ; tu rem p. reprehendis, que domesticos hostes, ne ab his ipsa necaretur, necauit. Itaq; attende iam torquate, q̃ ego defugiã auctoritatẽ [cõsulatus] scientius mei; maxima uoce ut omnes exaudire possint, dico, semperq; dicã. Adestote omnes animis, qui adestis corporibus, quorum ego frequentia magnopere letor. Erigite mentes, auresq; uras, et me de inuidiosis rebus ut ille putat dicentẽ, attendite. Ego consul cũ exercitus perditissimorum ciuiũ, clandestino scelere conflatus crudelissimũ, et luctuosissimũ exitiũ patrie comparasset; cũ ad occasum, interitumq; rei p. catilina in castris, in his aũt templis atq; tectis dux lentulus esset constitutus; meis consilijs meis laboribus, meisq; capitis periculis, sine tumultu, sine delectu, sine armis, sine exercitu, quinq; hominibus [cõ]prehensis atq; confessis, incensione urbẽ, internecione [interemptione] ciues, uastitate ytaliam, interitu rem p. liberaui. Ego uitam omnium ciuiũ, statum orbis terre, urbem hanc, deniq; sedem omnium nostrũ, arcẽ regũ ac nationũ externarum, lumen gentiũ, domiciliũ imperij, quinq; hominum amentiũ ẽt [ac] perditorum pena redemi. An me existimasti hec [iuratũ] iuraturũ in iudicio nõ ẽẽ dicturũ, que iuratus in maxima contione dixissem. Atq; et illud addam, ne qui forte incipiat improbus te subito amare torquate, et aliquid sperare de te. Atq; ut idem omnes exaudiant clarissima uoce dicã: harum omnium rerum, quas ego

in consulatu pro salute cõi suscepi et gessi, L. ille torquatus cum esset meus contubernalis in consulatu, cũ signifer ẽẽt iuuentutis atq; in pretura fuisset auctor, adiutor, particeps extitit; cũ princeps, cũ auctor, cũ signifer esset iuuentutis, parens eius ho amantissimus patrie, maxĩe ciuiũ, summi consilij, singularis cõstãtie cũ esset [eger], tñ omnibus rebus illis interfuit. Nunq; est ame digressus studio, consilio, auctoritate unus adiuuit plurimũ, cũ infirmitatem corporis, aĩ uirtute superaret. Vides ne ut eripiam te ex improborũ subita gratia, et reconciliem bonis omnibus, qui te diligunt et retinent, retinebuntq; semper. Nec si ame forte desciueris, idcirco sẽ te ã sẽ et ã re p. et ã tua dignitate deficere patientur. Sed iam redeo ad causam, atq; hoc uos iudices testor, mihi de me met ipso, tam multa dicendi necessitas q̃dam imposita est ab illo. Nam si torquatus syllam solũ accusasset, ego quoq; hoc tempore nihil aliud agerẽ, nisi eũ q̃ accusatus ẽẽt, defenderem. Sed cũ ille tota sua oratione, illa in me ẽẽt inuectus, et cũ initio [initio, ut] ẽt cũ ipsi defensionẽ meã auctoritate spoliare uoluisset, etsi dolor meus respondere nõ cogeret, tam ipsa causa, hanc ame orationẽ flagitasset. Allobrogibus syllam nominatum ẽẽ dicis. Quis negat? Sylle iudicium, et inde quẽadmodum nominatus sit. L. cassiũ dixerunt cõmemorasse cũ ceteris antoniũ secũ facere. Quero nũ syllam dixerit cassius. Nunq; sese aũt quesisse de cassio quid sylla sentiret. Videte diligentiam gallorum, qui uitã omnium naturamq; nõ nossent [ac tñ tantũ audissent] eos pari calamitate qui fuerant, ẽẽ in eadem uoluntate. Quid tam cassius si respondisset [tũ] idem sentire et secũ facere syllam, tam mihi nõ uideretur in hunc id criminosum ẽẽ debere. Quid ita? Q̃ qui barbaros hoĩes ad bellũ impelleret, nõ deberet [ba] minuere eorũ suspitionẽ, et purgare eos, de quibus [illi] aliquid suspicarentur. Non respondit, tam unã facere syllam. Etenim esset absurdũ, cũ ceteros sua sponte nominasset, mentionẽ facere nullam, nisi admonitum et interrogatũ, nisi forte uerisimile est. P. sylle nomẽ [i memoria] cassio non fuisse. Si nobilitas hominis, si afflicta fortuna, si reliquie pristine dignitatis nõ tam illustres fuissent, tam antonij cõmemoratio,

memoriam Sylle retulisset. Etenim ut arbitror cum auctores principum
coniurationis ad incitandum animos allobrogum colligeret Cassius,
et cum sciret exteras nationes maxime nobilitate moveri, non
prius Antonium quam Syllam nominasset. Iam vero illud probari minime
potest: gallos Antonio nominato putasse propter calamitatis similitudinem,
sibi aliquid de Sylla esse querendum: Cassio si hic esset in eodem
scelere, ne cum appellasset quidem Antonium, huius nomen in mentem
venire potuisse. Sed tamen quid respondet de Sylla Cassius? Se ne-
scire certum. Non purgat inquit. Dixi antea ne si argueret quidem
tum denique cum esset interrogatus, id mihi criminosum videretur.
Sed ego in iudiciis et questionibus, non hoc querendum arbitror
num purgetur aliquis, et num arguatur. Etenim cum negat se
scire Cassius, utrum sublevat Syllam, an satis probat se nescire.
Sublevat apud gallos. Quid ita? Ne indicent. Quid si periculum
inesse putasset, ne illi umquam indicarent. De se ipso confessus
esset? Nescisse videlicet: credo celatum esse Cassium de Sylla uno, nam de
ceteris certe sciebat, et ea domi eius conflata pleraque esse consta-
bat: qui negare noluit esse in eo numero Syllam, quo plus spei gallis
daret: dicere autem falsum non ausus est. Nescire dixit. Atque hoc
perspicuum est, cum is qui de omnibus sciret, de Sylla se scire negarit,
eandem vim esse negationis huius, quam si extra coniurationem
hunc esse se scire dixisset. Nam cuius scientiam constat de omnibus
fuisse, eius ignoratio de aliquo, purgatio debet videri. Sed
iam non quero purget ne Cassius Syllam. Illud mihi tamen satis
est, contra Syllam nihil esse in indicio. Exclusus hac criminatione
Torquatus: rursus in me irruit, me accusat, ait me aliter ac
dictum est, in tabulas publicas retulisse. O dii immortales, vobis
etenim tribuam que vestra sunt. Nec vero possum meo tantum ingenio dare,
ut tot res, tantas, tam varias, tam repentinas in illa turbu-
lentissima tempestate rei p. mea sponte dispexerim. Vos profecto
animum meum tum conservande patrie cupiditate incendistis. Vos
me ab omnibus ceteris cogitationibus ad unam salutem rei p. con-
vertistis. Vos denique in tantis, tenebris, erroribus et inscientie
clarissimum lumen pretulistis menti mee. Vidi ego hoc iudices

nisi recenti memoria senatus auctoritatem huius indicii monimento
publico testatus essem, fore ut aliquando non Torquatus, neque Torquati quis-
piam similis (nam id me multum fefellit) sed ut aliquis patrimonio
naufragus, inimicus otii, bonorum hostis, aliter indicata esse diceret hec
quo facilius vento aliquo in optimum quemque excitato posset in
malis rei p. portum sibi suorum malorum aliquem invenire. Itaque intro-
ductis in senatum indicibus constitui senatores, qui omnia indicum
dicta, interrogata, responsa perscriberent. At quos viros non solum
summa virtute et fide, cuius generis in senatu facultas maxima erat, sed quos
sciebam memoria, scientia, consuetudine, et celeritate scribendi fa-
cillime que dicerentur persequi posse. C. Cosconium qui tum erat pretor
M. Messalam, qui tum preturam petebat P. Nigidium Appium Claudium
Credo hominem quemquam esse credo, qui his omnibus aut vere referendi, aut memoria
putet, aut ingenium defuisse. Quid deinde quid feci? Cum scirem ita
indicium in tabulas publicas, ut ille tabule, privata tamen custodia
more maiorum continerentur, non occultavi non continui domi, sed
describi ab omnibus statim librariis divulgari passim et pervulgari
atque edi populo romano imperavi, divisi toti Ytalie, divisi in omnes provin-
cias eius indicii, e quo salus esset oblata omnibus, expertem neminem
esse volui. Itaque dico locum in orbe terrarum esse nullum, quo in loco
populi romani rei p. sit nomen, quin eodem perscriptum hoc indicium pervenerit.
In quo ego tum subito et exiguo et turbido tempore, ita divinitus ut
dixi, non mea sponte providi. Primum ne qui posset tantum
aut de rei p. aut de alicuius periculo meminisse, quantum vellet.
Deinde ne cui liceret umquam reprehendere illud indicium, aut temere
creditum criminari. Postremo ne quid iam a me, ne quid ex
meis commentariis quereretur: ne aut oblivio mea aut dili-
gentia crudelis putaretur. Sed tamen abs te Torquate quero, cum
indicatus tuus inimicus esset: et esset eius rei frequens se-
natus et recens memoria testis tibi meo familiari et contu-
bernali prius etiam edituri indicium fuerint scribe mei si voluisses
quam in eo die retulissent, cum videres aliter fieri, cur tacuisti, passus
es, non mecum aut cum familiari meo questus es: aut qui tam fa-
cile inveheris in amicos, iracundius aut vehementius expostulasti.

memoria

pervulgari

multa ut dixi divinitus ita ut dixi

aut memoria videretur nimia ne denique negligentia turpis

Tu cū tua uox numq̄ sit audita, cū iudicio lecto, descripto diuulgato
quieueris, tacueris, repente tantā rem emitiare audeas? et in eū
locū te deducas, ut ante q̄ me commutari iudicij coargueris, te sūme
neglegentie tuo iudicio conuictū ēē fateare. Mihi cuiusquam
salus tanti fuisset, ut meā neglegerem? per me ego ueritatem pa-
tefactā contaminarem aliquo mendatio? Quemquā denique ego
iuuarem, a quo crudeles insidias rei p. factas, et in me potissi-
mū consulem putarem? Quod si iam essem oblitus seueritatis et cō-
stantie mee, tam ne amens eram, ut cū litterē posteritatis causa
reperte sint, que subsidio obliuioni ēē possent, ego recentē pu-
tarē memoriam cuncti senatus comentario meo posse superari?
Fero ego te torquate iam dudū fero: et nonnumquā animum incitatū
ad ulciscendum orationem tuā reuoco ipse et reflecto. Permitto ali-
quid iracundie tue, do adolescentie, cedo amicitie, tribuo parenti.
Sed nisi tibi aliquē modū uite constitueris, coges oblitū me nostre
amicitie habere rationē mee dignitatis. Nemo umquā me tenuis-
sima suspitione perstrinxit, quē non peruerterim. Sed mihi hoc
credas uelim, non his soleo libentissime respondere, quos mihi
uideor facillime posse superare. Tu quoniam minime ignoras consue-
tudinem dicendi meā, noli aculeos orationis mee, qui reconditi

noli hac noua lenitate abuti mea

sunt, excussos arbitrari, noli id putare oīo ēē omissum.
Si quid est tibi remissum atque concessum, cū ille ualent apud
me excusationes iniurie tue, iratus animus tuus, etas, amicitia
nostra, tum nondū statuo te uirium satis habere, ut ego tecū luctari
et congredi debeam. Quod si esses usu atque etate robustior, essem idē
qui soleo cum sum lacessitus. Nunc tecū sic agā, tulisse ut potius
iniuriam, quā retulisse gratiam uidear. Neque uero quid mihi irascare
intelligerē possum, si quod eū defendo quē accusas, cur tibi quoque
ipse non succenseo, qui accusas eū quē ego defendo. Inimicū
inquis accuso meū: et amicū ego defendo meū. Non debes tu
quemquā in coniurationis questione defendere, ymo nemo
magis de quo eū nihil est suspicatus, quā is qui de aliis multa
cogitauit. Cur dixisti testimoniū in alios? quia coactus. Cur
dampnati sunt? quia creditū est. Regnū est dicere in quem

Immo seruitus ē nō dicē in quē uelis: ac defendē quē uelis

uelis, ac defendere quē uelis. At si considerare ceperis utrum
magis hoc mihi necesse fuerit facere, an tibi: intelliges honestius
te inimicitiarum modū statuere potuisse, quā me humanitatis.
An uero cum honos agebatur amplissimus familie uestre, hoc est consu-
latus, parentis tui, sapientissimus uir familiarissimis suis
non succensuit pater tuus, cum Syllam et defenderent et lauda-
rent. Intelligebant hāc nobis a maioribus ēē traditā discipli-
nam, ut nullius amicitia ad propulsanda pericula impediremur.
Et erat huic iudicio longe dissimilis illa contentio. Tum afflicto
P. Sylla consulatus uobis pariebatur, sicuti partus est, honoris erat
certamen, ereptū repetere uos clamitabatis, ut uicti in campo
in foro uinceretis. Tum qui contra uos pro huius salute pugna-
bant amicissimi uestri, quibus non irascebamini, consulatum uobis erip-
iebant, honori uestro repugnabant, et tamen id non inuiolata uestra
amicitia, integro officio, ueteri exemplo atque instituto optimi cuiusque
faciebant. Ego uero quibus ornamentis aduersor tuis? aut cui digni-
tati uestre repugno? quid est quod iam ab hoc expectas? honos ad patrē,
insignia honoris ad te delata sunt. Tu ornatus exuuiis huius uenis ad
eum lacerandū, quē interemisti. Ego iacentē et spoliatū defen-
do et protego. Atque hic tu reprehendis me, quia defendam et irasceris.
Ego autem non modo tibi non irascor, sed neque reprehendo quod factum
tuū. Te enim existimo tibi statuisse, quid faciendū putares, et
satis ydoneū officij iudicē posuisse. At accusat Cornelij filius
idemque ualere debet, ac si pater indicaret. O patrē Cornelium
sapientem, qui quod premij solet ēē in iudicio reliquerit, quod turpi-
tudinis in confessione, id per accusationem filij susceperit. Sed quidē
tandem quod indicat per istū puerū Cornelius? Si est causa mihi
ignota, cum Hortensio communicata, respondet Hortensius. Sin
ut ais illū comitatū Antonij et Catiline, cum in campo consulari-
bus comitijs que a me habita sunt, cedem facere uoluerunt.
Antonium tū in campo uidimus, et quid dixi uidisse? ego uidi. uos
enim tū et iudices nihil laborabitis, neque suspicabimini. Ego
tectus presidio firmo amicorum, Catiline tūc et Antonij copias et co-
natū repressi: num quis est quod qui tū in campū dicat aspirasse

syllam? at qui si tum se cum catilina societate sceleris coniunxerat:
cur ab eo discedebat? cur cum antonio non erat? cur in pari causa
non paria signa criminis repperiuntur? Sed quem cornelius ipse
etiam nunc de indicando dubitat ut dixistis, informat ad hoc ad
umbratum indicium filii. Quid tamen (tandem) de illa nocte, ea que consecuta (dicat: cum inter falcarios ad M. leccam nocte)
est postera die non. novembris, me consule, catiline denun-
tiatione convenit. Que nox omnium temporum coniurationis acer-
rima fuit, atque acerbissima, tum catiline dies exeundi, tum
ceteris manendi conditio, tum discriptio tota per urbem, cedis
atque incendiorum constituta est. Tunc tuus pater corneli id quod
tandem aliquando confitetur, illam sibi officiosam provinciam depo(po)scit
ut cum prima luce consulem salutatum veniret, intromissus
meo more, et iure amicitie mee in (meo) lecto trucidaret. Hoc
tempore cum arderet acerrime coniuratio, cum catilina egrede-
retur ad exercitum, lentulus in urbe relinqueretur, cassius
incendiis, cethegus cedi preponeretur: antonio ut occuparet
etruriam prescriberetur. Cum omnia ordinarentur, instruerentur,
pararentur, ubi fuit sylla corneli? num rome? immo longe
abfuit. Num in his regionibus, quo se catilina inferebat? multo
etiam longius: num in agro camerti, piceno, gallico: quas oras
maxime quasi morbus quidam illius furoris pervaserat?
nihil vero minus. Fuit enim iam ut ante dixi neapoli, fuit in ea
parte ytalie, que maxime ista suspitione caruit. Quid quod indicat
aut quid affert aut ipse cornelius, aut vos qui ab eo hec man-
data defertis? Gladiatores esse emptos, fausti simulatione ad
cedem ac tumultum, ita prorsus interpositi sunt gladiatores
quos testamento patris videmus deberi. arrepta est familia
que si esset pretermissa, posset alia familia fausti (munus) prebere. Ut quod
hec ipsa non modo iniquorum (inimicorum) invidia esset, et quorum satisfactio ex-
pectationi (satisfacere) posset preparari (l. properarit) vehementer, cum longe tempus mu-
neris abesset: quasi vero tempus dandi muneris non valde (appropinquaret)
propinquum, nec opinante fausto. cum is nec sciret, nec vellet
Familia est comparata at litere sunt fausti, et per quas ille precibus (ab)
a. p. sylla petit, ut emat gladiatores, et ut hos ipsos emat, nec

solum ad syllam misse: sed ad L. cesarem Q. pompeium. C. memium,
quorum de sententia tota res gesta est. (At) Prefuit familie cornelius. Iam
si in paranda familia nulla suspitio est: quod prefuit (prefuit) nihil ad
rem pertinet, sed (tamen) munere servili obtulit se, et ad ferramenta pro-
spicienda: prefuit non (nusquam) iniquorum, eaque res per bellum fausti libertum cum tempore
administrata est. At enim sittius (Cincius) est in ulteriorem hispaniam
ab hoc missus, ut eam provinciam perturbaret. Primum sittius (Cincius) in-
dibus L. iulio. C. (figulo) figulo consulibus profectus est aliquanto (aliquanto) an-
furorem catiline, et suspitionem huius coniurationis. Deinde est
profectus non (tum) tamen primum (sed cum) iisdem locis aliquando (aliquando) ante eadem de causa
aliquot annos fuisset, ac profectus est non modo ob causam, sed etiam
(ob) necessariam, cum magna ratione cum mauritanie rege con-
tracta. Tum autem illo profecto sylla procuratore eius rem gerente
plurimis et pulcherrimis p. sittii (Cincii) prediis venditis, es alienum
eiusdem dissolutum (iusti): ut que causa ceteros (ad facinus) impulit cupiditas
retinende possessionis, ea sittio (Cincio) non fuerit prediis deminutis.
Iam vero illud quam incredibile, quam absurdum qui rome cedem facere,
qui hanc urbem inflammare vellet, eum suum familiarissimum
dimittere a se, et mandare in ultimas terras virum, quo facilius
rome ea que conabatur efficeret, sin hispania turbaturus esset.
at (hec) ipsa per se sine ulla coniunctione agebantur, an in tantis
rebus, tam novis consiliis, tam periculosis, tam turbulentis, ho-
minem amantissimum sui, familiarissimum, coniunctissimum
officiis usu consuetudine, dimittendum esse arbitraretur. Veri-
simile non est ut quem in ocio secum semper habuisset, hunc in ad- (quem in secundis rebus)
versis et in eo tumultu quem ipse comparabat, a se dimitteret.
Ipse autem sittius vir non est in deserenda est amici veteris
atque hospitis. Is homo est aut (ea) familia ea aut ac disciplina, ut hoc
credi possit, eum bellum rei p. facere voluisse, ut cuius patrem
cum ceteri deficerent (ficerent), finitimi ac vicini singulari extitisse
in rem p. nostram officio et fide, is sibi nepharium bellum contra
patriam suscipiendum putaret. Cuius es alienum videmus videres
non libidine, sed negotii gerendi studio esse contractum: qui
ita rome debuit ut in provinciis et in regnis maxime ei pe-

cumque deberent, quas cum peteret non commisit, ut sui procuratores
res quicquam oneris absente se sustinerent. Venire omnes suas
possessiones, et patrimonio se ornatissimo spoliari maluit,
quam ullam moram cuiquam fieri creditorum suorum. A quo quidem genere
iudices ego numquam timui cum in illa rei p. tempestate versarer.
Illud erat genus hominum horribile [atque] pertimescendum, quod tanto amore
suas possessiones amplexi [xi] tenebant, ut ab his membra divelli
citius ac distrahi posse diceres [vel crederes]. Antius [Cincius] numquam sibi cognationem
cum prediis esse existimavit suis. Itaque non modo se a suspitione tanti
sceleris: verum etiam omni hominum sermone, non armis, sed patrimo
nio suo vindicavit. Iam vero quod [ob]iicit pompeianos esse a
sylla impulsos, ut ad istam coniurationem, et ad hoc nepharium
facinus accederent, id cuiusmodi sit intelligere non possum.
An tibi pompeiani coniurasse videntur? quis hoc umquam [dixit] aut
que fuit istius rei vel minima suspitio. Disiunxit [inquit] eos umquam
a colonis, ut hoc dissidio ac dissensione facta oppidum in sua
potestate posset, et pompeianos habere. Primum omnis pompeianorum
colonorumque dissensio delata ad patronos est, cum iam invete
rasset [ac] in multos annos esset excogitata. Deinde [ita] a patronis res
cognita est, ut nulla in re a ceterorum sententiis sylla dissen
serit. Postremo coloni sic intelligunt, non pompeianos a sylla
magis quam sese [esse] defensos. Atque hoc iudices ex hac frequentia
colonorum honestissimorum hominum intelligere potestis, qui assunt,
laborant, hunc patronum defensorem, custodem illius colonie
si in omni fortuna atque in omni honore incolumem habere non
potuerunt, in hoc tamen casu quo afflictus iacet, per vos iuvari
conservarique cupiunt. Assunt pari studio pompeiani qui ab
illis et in crimen vocantur, qui ita de ambulatione et de
suffragiis suis cum colonis dissenserunt, ut idem de communi salute
sentirent. [Ac] Hec ne hec quidem p. sylle mihi videtur silentio pre
tereunda [esse] virtus, quod cum ab hoc illa colonia deducta sit, et cum
commoda colonorum a fortunis pompeianorum r. p. fortuna diiun
xerit, ita carus utrisque est [atque iocundus] ut non alteros demovisse, sed utrosque
constituisse videatur. At enim gladiatores et omnis ista vis

rogationis cecilius causa comparabat. Atque hoc loco L. cecilium
prudentissimum atque ornatissimum virum vehementer invectus
est, cuius ego de virtute et constantia iudices tantum dico,
talem hunc in ista rogatione, quam promulgavit, non de tollendo
sed de levanda calamitate fratris sui fuisse, ut consulere [eum] voluit
fratri: cum re p. pugnare noluerit, promulgarit impulsus amore
fraterno, destiterit, fratris auctoritate deductus. Atque in ea re per L.
cecilium silla accusatur, in qua re est uterque laudandus pri
mum cecilius, qui id promulgaret, in quo res iudicatas vi
debatur voluisse rescindere, ut statueretur, sylla recte
reprehendit. Status enim rei p. maxime iudicatis rebus continetur.
Neque ego tantum fraterno amori dandum arbitror: ut quisquam [vel quisque] de salute
suorum consultationem [communem] relinquat: nihil iudicio ferebat, [...] que fuerat — Sed poenam ambitus eam ferebat!
nuper superioribus legibus constituta. Itaque hac rogatione non iudicum
sententia, sed legum [legis] vitium corrigebat. Nemo iudicium reprehendit
cum de patria [poena] queritur, sed legem. Damnatio enim est iudicum que
manebat: pena legum [legis], que levabatur. Noli igitur animos eorum ordinum — vel alienare a causa
qui presunt iudiciis summa cum dignitate et gravitate alienare,
nemo labefactare iudicium est conatus. Nihil est eiusmodi
promulgatum. Semper cecilius in calamitate fratris sui iudicum
potestatem perpetuandam, legis acerbitatem mitigandam putavit.
Sed quid de hoc ego plura disputem, dicerem fortasse et facile
et libenter dicerem, si paulo etiam longius quam finis quotidiani
officii postulat, pietas et fraternus amor L. cecilium [pro]pulisset.
Implorassem [rem] sensus vestros, uniuscuiusque indulgentiam in suos
testarer: petere errato veniam. L. cecilii ex intimis vestris cogi
tationibus, atque ex humanitate communi. Lex dies [fuit] proposita paucos ferri
cepta, numquam posita est in senatu. Kalendis [R. xi] Ianuariis cum in capitolium — nos
senatum convocassemus, nihil est actum post [prius], et id mandato sylle
Q. metellus pater [vel pretor] se loqui dixit sillam illam cogitatione [rogatione] de
se nolle ferri: Ex illo tempore L. cecilius multa de re pu. egit
agrarie [legi] que tota a me reprehensa et abiecta est, intercessorem — improbis largitionibus restitit
fore perpessus est, senatus auctoritatem numquam impedivit. Ita se
gessit in tribunatu, ut onere deposito domestici officii nihil

postea nisi de rei p. commodis cogitarit. Atque in ipsa rogatione, ne
per vim quid ageretur, quis tam nostrum tum Syllam aut Caecilium vereba-
tur? nonne omnis ille terror, omnis seditionis timor atque opinio ex Antronii im-
eius aspectus affectus, conversatio, stipatio, greges hominum perditorum, metum
nobis, seditionesque afferebant. Itaque P. Sylla hoc importunissimo
cum honoris, tum etiam calamitatis socio atque comite, et secundas
fortunas amittere coactus est, et in adversis sine ullo re-
medio atque allevamento permanere. Hic tu epistolam meam saepe
recitas, quam ego ad Gn. Pompeium de rebus meis gestis, et de summa
rei p. misi: et ex ea crimen aliquod in P. Syllam quaeris. et si
furorem incredibilem biennio ante conceptum, erupisse in meo con-
sulatu scripsi, me hoc demonstrasse dicis, Syllam in ea illa superiori coniu-
ratione fuisse, scilicet is sum qui existimem Gn. Pisonem et
Catilinam et Vargunteium et Antronium nihil scelerate, nihil audacter
ipsos per sese sine P. Sylla potuisse facere. De quo etiam si quis dubitasset
antea, num id quod tu arguis cogitasset, interfecto patre tuo consule
descendere K. Ian. cum lictoribus sustulisti, hanc suspicionem
cum dicis, hunc ut Catilinam consulem efficeret contra patrem
tuum operas et manum comparasse. Quod si ego tibi confiteor, tu mihi
concedas necesse est, hunc cum Catilinae suffragaretur, nihil de
suo consulatu quem iudicio amiserat, per vim recuperando cogita-
visse. Neque enim istorum facinorum tantorum, tam atrocium crimen in-
dices P. Syllae persona suscipit. Iam enim faciam criminibus omnibus
fere dissolutis contra, atque in ceteris causis fieri solet, ut
nunc denique de vita hominis ac de moribus dicam. Etenim de prin-
cipio studuit animus occurrere magnitudini criminis, satisfacere
expectationi hominum, de me aliquid, de ipso qui accusatus
erat, dicere. Nunc iam revocandi estis eo quo vos ipsa causa
tacente etiam me cogit, animis omnibus in rebus iudices, quae gravi-
ores maioresque sunt, quid quisque voluerit cogitarit admi-
serit non ex crimine, sed ex moribus eius qui arguitur est
ponderandum. Neque enim potest quisquam nostrum subito fingi, neque
cuiusquam vita mutari, aut natura converti. Circumspicite pau-
lisper mentibus vestris, ut alia omittamus, hosce ipsos homines

Antronii im-
tate pendebat
voces! eius mo
ferebantur

qui huic affines sceleris fuerunt. Catilina contra rem p. coniuravit.
cuius aures unquam hoc ergo respuerunt? contra eum hominem acquiri
nam non solum intemperantia et scelere, sed etiam consuetudine et
studio, in omni flagitio, stupro, caede est versatum. Quis enim contra patriam pugnantem
perisse miratur: quem semper omnes ad civile latrocinium natum pu-
taverunt. Quis Lentuli societates cum indicibus, quis insaniam
libidinum, quis perversam atque impiam religionem recordatur?
quis illum aut nepharie aut stulte cogitasse miretur? Quis
de C. Cethego atque eius in Hispaniam profectione, ac de vulnere
Q. Metelli Pii cogitat, cui non ad illius poenam carcer aedificatus
esse videatur? Omitto ceteros, ne sit infinitum, tantum ab
vobis peto, ut taciti de omnibus quos coniurasse cognitum est cogitetis.
intelligetis unumquemque illorum prius a sua vita, quam a vestra suspici-
one esse damnatum. Ipsum illum Antronium, quem eius nomen finitimum
maxime est, huius periculo et crimini, natura sua ac vita non vi-
cit, semper audax petulans, libidinosus: quem exturbare homines
e possessionibus, caedem facere vicinorum, spoliare fana sociorum,
vi conatu et armis disturbare iudicia, in bonis rebus omnes
contemnere, in malis pugnare contra bonos, non rei p. cedere,
non fortunae ipsi succumbere. Huius si causam non manifestissimis
rebus teneretis, tamen eum mores ipsius ac vita convinceret. Agendum
conferte nunc, cum illius vita P. Syllae vobis populoque notissimam
iudices, et eam ante oculos vestros proponite, et quod huius factum
aut commissum non dicam audacius, sed quod cuiquam paulo minus
consideratum videatur, quaero factum et verbum quod unquam ex ore huius
excidit unde quisquam posset offendi. At vero in illa gravi L.
Syllae victoria, turbulentaque, quis P. Sylla deprecante quam multi
sunt summi homines et ornatissimi et nostri et equestris ordinis
quorum pro salute se hic Syllae obligavit, quos ego nominarem:
neque enim ipsi nolunt, et huic animo gratissimo assunt. Sed quo
maius est beneficium quam posse debet civis cuiquam dare, ideo a vobis
ut quod potuit tempori, potius tempori tribuatis, quod fecit
ipsi. Quid reliquam constantiam vitae commemorem, dignitatem
liberalitatem, moderationem in privatis rebus, splendorem

patriam pugnantem

non sua consuetudine ac vita convincit.

i. stuprorum defensionibus non solum verbis uti
impudentissimis solitum esse scimus! verum et
pugnis et calcibus

minator! multorum huius vita est a L. Sylla

in publicis. Que ita a fortuna deformata sunt, ut tamen a natura in-
choata compareant, que domus, que celebratio quotidiana, que fami-
liaris dignitas, que studia amicorum, que ex quoque ordine multitudo,
hec multa et multo labore quesita una eripuit hora. Accepit P.
Sylla vulnus vehemens et mortiferum: verum tamen eiusmodi vita et
natura accipere potuisset, honestatis et dignitatis habuisse nimis
magnam iudicatus est cupiditatem; quam si nemo alius habuit in consu-
latu petendo, cupidior iudicatus est hic fuisse quam ceteri. Sin autem
et in aliis non nullis fuit iste consulatus amor, fortuna est hec fuit
fortasse gravior quam in ceteris. Postea vero quis P. Syllam, nisi de-
missum, merentem, afflictumque vidit? Quis unquam est suspicatus
hunc magis odio quam pudore, hominum aspectum lucemque vitare? Qui
cum multa haberet invitamenta urbis et fori, propter summa studia
amicorum, que tamen ei sola in malis restiterunt, abfuit ab oculis
vestris, et cum lege retineretur, ipse se exilio pene multavit. In hoc
vos pudore iudices et in hac vita tanto sceleri locum fuisse credetis?
Aspicite ipsum, contuemini eos: conferte crimen cum vita usque ad hoc
tempus explicata cum crimine recognoscite: mitto rem publicam que semper
fuit Sylle carissima: hosne amicos tales viros, tam cupidos
sui, per quos res eius secunde quondam erant ordinate, non
sublevantur adverse? crudelissime perire voluit, ut cum Lentulo et
Catilina et Cetego fedissimam vitam et miseram, turpissima morte
proposita degeret. Non, inquam, cadit in hos mores, non in hunc pudo-
rem, non in hanc vitam, non in hunc hominem ista suspitio. Nova
quedam illa immanitas exorta est. Incredibilis fuit ac singula-
ris furor, et multis ab adolescentia collectis perditorum hominum
vitiis. Repente ista tanta importunitas, mandati sceleris exar-
sit. Nolite iudices arbitrari hominum illum impetum et conatum fuisse.
Neque enim ulla gens tam barbara aut immanis unquam fuit, in qua
non modo tot, sed unus tam crudelis hostis patrie sit inventus.
Belue quedam ille et portentis immanes ac fere, forma enim
hominum indute extiterunt, perspicite et atque etiam iudices. Nihil enim
est quod in hac causa dici possit vehementius. Penitus introspi-
cite Catiline, Antonii, Cetegi, Lentuli, ceterorumque mentes, quas

i. quantas audacias: quam incredibiles

vos in hiis libidines, furores, quas notas scelerum, que indicia
parricidiorum, quantos acervos facinorum repperietis, et magis diu-
turnis, et iam desperatis rei publice morbis, ista vis repente erupit,
ut ea confecta et erepta convalescere aliquando et sanari civitas
posset. Neque enim est quisquam, qui arbitretur illis inclusis in re publica
pestibus, diutius hec stare potuisse. Itaque eos non ad perficiendum
scelus, sed ad luendas rei publice penas, furie quedam incitaverunt.
In hunc igitur gregem, vos nunc P. Syllam iudices, ex his qui cum vivunt
et vixerunt, honestissimorum hominum gregibus reiicietis, ex hoc
hominum numero, et hac familiaritatum dignitate, impiorum partem ac par-
ricidarum sedem ac numerum transferetis? Ubi igitur erit illud fortissi-
mum presidium, murus pudoris, quo in loco vita anteacta pro-
derit, quod ad tempus existimationis partes fructus reservabitur?
si extremo discrimine ac dimicatione fortune deseruit.
et si non aderit, si nihil adiuverit. Questiones nobis servorum
ac tormenta accusator minitatur, in quibus quanquam nil periculi
suspicamur, tamen illa tormenta gubernat dolor, moderatur
natura, tum animi, tum corporis, regit questor, flectit libido, cor-
rumpit spes, infirmat metus, ut inter tot res angustiis
nihil veritati loci relinquatur. Vita P. Sylle torqueatur et co-
queratur: num que occultetur libido: num quod lateat facinus, num que
crudelitas, num que audacia. Nihil erroris erit in causa, nec obscuri-
tatis iudices, si a vobis vite perpetue vox, ea que gravissima debet
esse audietur. Nullum in hac causa testem timemus, nihil quemquam scire,
nihil vidisse, nihil audisse arbitramur. Sed tamen si nihil vos P. Sylle
fortune movent iudices, vestra moveat. Vestra enim qui cum summa
elegantia et integritate vixistis: hoc maxime interest, non ex libidine
aut simultate, aut levitate testium causas honestorum hominum ponderari.
Sed in magnis dissensionibus, repentinisque periculis, vitam uniuscuiusque
usque testem esse, quam vos iudices, nolite armis suis spoliatam atque nuda-
tam obiicere invidie, dedere suspitioni. Munite communem arcem bonorum!
obstruite perfugia improborum. Valeat ad penam et ad salutem plurimum,
quam solam videtis ipsam, et in sua natura que facillime perspici,
subito flecti fingique non posse. Quid vero hec auctoritas nostra quio-
Semper est de ea dicendum est: quamquam a me timide et modice dicetur. Quid hec auctoritas

ceteris coniurationis causis abstinuimus. P. Syllam defendimus
nihil tandem invenitur hic grave si appetimus aliquid: sicut ceteri de
nobis silent, non etiam nos met ipsi tacemus grave. Sed si ledimur, si
accusamur, si invidia vocamur, profecto conceditis iudices, ut
nobis libertatem retinere liceat, Sin minus, liceat dignitatem. Accusati sunt uno no
mine consulares, ut iam videatur honoris amplissimi nomen plus
invidie quam dignitatis afferre. Affuerunt inquit Catiline, illumque la
udarunt, nulla tum patebat, nulla erat cognita coniuratio. defen
debant amicum, aderant supplici, vite eius turpitudinem in sum
mis eius periculis non insequebantur. quin etiam parens tuus Torquate consul
reo de pecuniis repetundis Catiline fuit advocatus, improbo homi
ni at supplici fortasse, audaci atque olim amico. Cui cum affuit post
delatam ad eum primum illam coniurationem, indicavit se audisse
aliquid non credidisse. At idem non affuit alio in iudicio, cum
adessent ceteri. Si postea cognorat ipse aliquid, quod in consulatu
ignorasset, ignoscendum est his qui postea nihil audierunt. Sin illa
res prima valuit, num inveterata quam recens debuit esse gravior.
Sed si tuus parens etiam in illa suspitione periculi sui, tamen huma
nitate adductus, advocatione hominis improbissimi, sella curuli
atque ornamentis et suis et consulatus honestavit. quid est quamobrem
consulares qui Catiline affuerunt, reprehendantur? At iidem ii
qui ante hunc causam his de coniuratione dixerunt, non affue
runt tanto scelere astrictis hominibus, statuerunt nihil a
se adiumenti, nihil opis, nihil auxilii ferri oportere. Atque ut
de eorum constantia atque animo in rem publicam dicam, quorum tacita gravitas
et fides de uno quoque loquitur, neque cuiusquam ornamenta orationis
desiderat, potest quisquam dicere umquam meliores, fortiores, constantiores
consulares fuisse, quam his temporibus et periculis, quibus pene
oppressa est res publica? Quis non de salute communi apertissime, quis non
Quis non fortissime? constantissime sensit? Neque ego non de consularibus precipue disputo.
nam hec et hominum ornatissimorum qui pretores fuerunt, et uni
versi senatus, communis est laus, ut constet post hominum memoriam
numquam in illo ordine plus virtutis, plus amoris in rem publicam, plus gra
vitatis fuisse. Sed quia descripti sunt consulares, de his

tantum dicendum putavi. quod satis esset, attestante memoria
omnium, neminem esse ex illo honoris gradu, qui non omni studio,
virtute, auctoritate incubuerit ad rem publicam conservandam. Sed quid
ego qui Catilinam non laudavi, qui reo Catiline consul non affui,
qui testimonium de coniuratione dixi in alios, adeone vobis
alienus, adeo oblitus constantie mee, adeo immemor rerum a
me gestarum esse videor, ut cum consul bellum gesserim cum coniuratis,
nunc eorum ducem servare cupiam, et in animum inducam, cuius nunc ferrum
retuderim, flammam restinxerim, eiusdem nunc causam vitamque defen
derem. Si medius fidius iudices non me ipsa res publica meis laboribus
et periculis conservata, ad gravitatem animi et constantiam sua digni
tate revocaret, tamen hoc natura est insitum, ut quem timueris,
qui cum de vita fortunisque contenderis, cuius ex insidiis evase
ris, hunc semper oderis. Sed cum agatur honos meus amplissimus,
gloria rerum gestarum singularis, cum quotiens quisque est in hoc scelere
convictus, totiens renovetur memoria per me invente salutis.
Ego sum tam demens, ego committam, ut ea que pro salute omnium
gessi, casu magis et felicitate animi, quam virtute et consilio gesta
esse videantur? Quid ergo? hoc tibi sumis, dicet fortasse quispiam, ut
quia tu defenderis, innocens iudicetur? Ego vero iudices non modo
mihi nihil assumo in quo quispiam repugnet, sed etiam si quid ab omnibus
conceditur, id reddo ac remitto. non in ea re publica versor, non his temporibus,
caput meum obtuli pro patrie periculis omnibus. Non autem ita sunt
extincti, quos vici, aut ita grati quos servavi, ut ego mihi plus
appetere coner, quam quantum omnes inimici invidique patiantur.
Grave esse iam videtur, qui investigarit coniurationem, qui patefe
q. oppresserit cerit, cui senatus singularibus verbis gratias egerit, cui uni
togato supplicationem decreverit, dicere in iudicio non defende
rem si coniurasset. non dico id quod grave est, dico illud quod in his
causis coniurationis non auctoritati assumam, sed pudori meo.
Ego ille coniurationis investigator atque ultor, certe non defen
derem Syllam, si coniurasse arbitrarer. Ego iudices de tantis
omnium periculis cum quererem omnia, multa audirem, non crederem
omnia, caverem omnia, hoc dico quod initio dixi, nullius indicio

nullius suspitione, nullis litteris de re p. Sylle rem ullam ad
me esse delatam. Quam ob rem vos dii et patrii et penates qui huic
urbi atque huic imperio presidetis, qui hoc imperium qui hanc libertatem
populique romani qui hec tecta atque templa me consule vestro numine, au
xilioque servastis, testor integro me animo ac libero P. Sylle causam
defendere, nullum a me sciente facinus occultari, nullum scelus
susceptum [suspectum] contra salutem omnium defendi atque tegi, nihil de hoc consul
comperi, nihil suspicatus sum, nihil audivi. Itaque ego ille idem
qui vehemens in alios, qui inexorabilis in ceteros esse visus sum
persolvi patrie quod debui. Reliqua iam a me mee perpetue
consuetudini, natureque debentur. Tam sum misericors iudices quam
vos, tam mitis quam [quam qui] lenissimus, in quo vehemens fui vobiscum, nihil feci
nisi coactus, rei p. precipitanti subveni, patriam demersam extuli,
misericordia civium [adducti] deducti tunc fuimus tam vehementes quam necesse
fuit. Salus esset omnium amissa una nocte, nisi esset severitas
[illa] ista suscepta. Sed ut ad sceleratorum penas amore rei p. sum ad
ductus, sic ad salutem innocentium voluntate [adducor] deducor. Nihil video esse
in hoc P. Sylla iudices odio dignum, misericordia digna multa. Neque
enim nunc propulsande calamitatis sue [causa] supplex ad vos iudices con
fugit. Sed ne qua generi ac nomini suo nomine nota nepharia [ne turpitudinis] inuratur.
Nam ipse quidem si erit vestro iudicio liberatus: que habet ornamenta, que
solatia reliquae vite, quibus letari et perfrui possit? domus erit
credo exornata, aperientur maiorum ymagines, ipse ornatum ac vestitum
recuperabit? omnia iudices hec amissa sunt, omnia generis, [nominis] honoris insigna
atque ornamenta unius iudicii calamitate ceciderunt. Sed ne extinctor
patrie, ne proditor, ne hostis appelletur, ne hanc labem tanti generis
in familiam relinquat, hic vos orat iudices patruus, ut se animi si non
integra fortuna, at afflicta patri suo gratulari sinatis. huic mi
sero notiora sunt iudiciorum itinera et fori quam disciplinarum. Non iam
de vita P. Sylle iudices: sed de sepultura contenditur. Vita est erepta
superiori iudicio, nunc ne corpus eiciatur, laboramus. Quid enim est
huic reliqui, quod eum in vita hac teneat? aut quid est, quam ob rem hec
cuiquam videatur. Nuper is homo fuit in civitate P. Sylla ut nemo
ei se, neque honore, neque gratia, neque fortunis anteferret. Nunc spo
liatus omni dignitate, que erepta sunt, non repetit. quod fortuna
in malis reliqui fecit, ut cum parente, cum liberis, cum fratre, cum his
necessariis lugere [suam] suam calamitatem liceat. Id sibi ne eripiatis
vos iudices obsecrat. Te ipsum iam torquate huius expleri miseriis
pateat. Etsi nihil aliud Sylle nisi consulatum abstulissetis, tamen eo
vos contentos esse oportebat. honoris enim contentio vos ad causam,
non inimicitie deduxerunt. Sed cum huic omnia cum honore detracta
sint: cum in hac fortuna misera ac luctuosissima destitutus sit.
quid est quod expectas amplius? lucem ne hanc [ac] usuram eripere
vis? plenam lacrimarum atque merroris, in qua cum maximo cruciatu
ac dolore [retinetur] tenetur, libenter reddiderit, adempta ignominia sedissimi
criminis. An non inimicum ut expellas, cuius e miseriis, si esses
crudelissimus videndo fructum caperes maiorem quam audiendo. O mi
serum et infelicem illum diem: quo consul omnibus centuriis P. Sylla renun
tiatus est. O falsam spem. O volucrem fortunam. O cecam cupiditatem. O
preposteram gratulationem, quam cito illa omnia ex letitia et voluptate
ad luctum et lacrimas reciderunt. Ut qui paulo ante consul designa
tus fuisset, retineret repente nullum vestigium pristine dignitatis.
Quid enim erat mali, quod huic spoliato, honore, fama, fortunis de
esse videretur, aut cui nove calamitati locus [ullus] relictus est. Urget
eadem fortuna que cepit. repperit novum merorem, non patitur
hominem calamitosum uno modo afflictum, uno in luctu perire. Sed
iam impedior egomet iudices, merore, dolore animi nimio, ne [de] huius
miseria plura dicam. Vestre iam sunt partes iudices, in vestra
mansuetudine atque humanitate causam totam repperiam. Vos et
reiectione interposita, nihil suspicantibus nobis repentini in nos
iudices consedistis: ab accusatoribus delecti ad spem acerbitatis, a for
tuna nobis, ad presidium innocentie constituti. Ut ego quid de me
populus romanus existimaret, qui severus in improbos fueram, laboravi.
et que prima mihi innocentis defensio est, oblata suscepi. Sic vos
severitatem iudiciorum, que per hos menses in homines audacissimos
facta est, lenitate ac misericordia mitigate. hoc cum impetrare
ab vobis ipsa causa debet, tum est vestri animi atque virtutis, declarare
non esse vos ad quos potissimum interposita reiectione devenire

Id laborat: id metuit: ne honoris
integros fructus non sit traditurus:
ne eternam memoriam dedecoris reliquat.

[inuenerit] conuenit. In quo ego iudices [uos], quantu meus amor in uos postulat
tantu hortor ut co͞mumi studio, q̃m nu in re. p. coniuncti sumus.
mansuetudine et misericordia [una] falsam a nobis crudelitatis fa-
mam repellamus.

M. T. C. PRO A. LICINIO POETA INCIPIT. AD IUDICES

Si quid est in me ingenij iudices quod sentio, q̃ sit
exiguu, aut si qua exercitatio dicendi, in qua non
me infitior mediocriter esse uersatu, aut si huius
ce rei ratio aliqua ab optiaꝝ artiu studijs atque
disciplina profecta, a qua ego nullu confiteor eta-
tis mee tempus abhorruisse: eaꝝ reꝝ omnium uel in primis hic
A. licinius, fructu a me repetere prope suo iure debet. Nam q̃ad
longissime pot mens mea respicere spatiu preteriti tp̃is, et pueri-
tie memoriam recordari ultimã, inde usq3 repetens, huc uideo
mihi principem et ad suscipiendam et ad ingrediendã ratione
hoꝝ studioꝝ extitisse. Quod si hec uox huius hortatu, preceptisq3
conformata nonnullis [alijs] aliq̃n saluti fuit, a quo id accepimus quo
ceteris opitulari et alios seruare possemus, huic profecto ipsi
quantu situ est in nobis, et opẽ et salutẽ ferre debemus. Ac
ne quis a nobis hoc ita dici forte miretur, q̃ alia q̃dam in hoc
facultas sit ingenij, ne [que] hec dicendi ratio ac disciplina, ne nos
quid huic uni studio penitus umq̃ dediti fuimus. Etenim
oms artes que ad humanitatem pertinent: hnt quoddam co͞e
uinculu, et quasi cognatione quadam inter se continentur. Sed
ne cui uestrum miru esse uideatur, me in questione legitima et
in iuditio publico cu res agatur apud pretorẽ p̄p̄li. ro. lectissimu
uiru et apud seuerissimos iudices, tanto conuentu hoium ac
frequentia, hoc uti gñe dicendi: quod no mo a consuetudine
iuditioꝝ, ueꝝ et a sermone forensi abhorreat: queso a uobis
ut in hac causa mihi detis hanc ueniã accomodatã huic reo
nobis q̃ admodum spero no molestam: Ut me pro summo

poeta ac eruditissimo hoĩe dicentẽ. hoc concursu hoium littera-
tissimoꝝ, hac ura humanitate, hoc deniq3 p̃tore exercente iuditiu
patiamini de studijs humanitatis ac lraꝝ paulo loqui liberius,
et in eiusmodi persona, que p̄p̄ otiu ac studiu minime in iudi-
tijs, periculisq3 [uersata] tractata est, uti prope nouo quodã et inusitato
gñe dicendi. Quod si mihi a uobis tribui, concediq3 sentiam:
p̃ficiam profecto, ut hunc A. licinium no mo no segregandum a
nũo ciuiu cu sit ciuis, ueꝝ et si no esset, putetis asciscendum
fuisse. Nam ut primu ex pueris excessit archias: atq3 ab his
artibus, quibus etas puerilis ad humanitatem iformari solet
se ad scribendi studiu contulit: primu anthiochie, nam ibi
natus est, loco nobili, celebri quondã urbe et copiosa, atq3 eru-
ditissimis hoibus, liberalissimisq3 studijs affluenti, celeriter ante-
cellere omnibus ingenij gloria contigit. Post in ceteris asye par-
tibus, cunctisq3 grecie, sic eius aduentus celebrãtur: ut famã
ingenij expectatio hoĩs, expectationẽ ipsius aduentus, admi-
ratioq3 superaret. Erat ytalia tunc plena grecaꝝ artiu atq3 di-
sciplinaꝝ, studiaq3 hec et in latio uehementius tu colebant̃: q̃
nunc ijsdem in oppidis, et hic rome p̄p̄ tranquilitatẽ [rei. p.] p̄p̄li. ro.
no negligebantur. Itaq3 hunc et tarentini et regini et neapo-
litani, ciuitate ceterisq3 premijs donauerunt, et oms q̃ aliq̃d
de ingenijs poterant iudicare, cognitioẽ atq3 hospitio dignu
extimarunt. hac tanta celebritate fame, cu esset iam absẽ-
tibus notus: romã uenit mario consulẽ et catulo. Nactus ẽ
primu consules eos: quoꝝ alter, res ad scribendu maxĩas alter-
tu res gestas, tu etiã studiu atq3 aures adhibere posset. Stati
luculli cu pretextatus et tu archias eẽt, eu in domu suam
receperunt. Sed et hoc no solu ingenij ac lraꝝ, ueꝝ et nature
atq3 uirtutis, ut domus que huius adolescentie p̃ma fuit [fuit]
eadem eẽt familiarissima senectuti. Erat temporibus illis
iocundus, metello illi numidico et, eius pio filio, audiebat
a. M. emilio: uiuebat cu. Q. catulo et patre et filio, et a lucio
crasso colebatur. Lucullos uõ et drusum, et octauios et catone
et totã hortensioru domu deuinctam consuetudie, cu teneret

attinebat summo honore, qui eū nō solū colebant, qui aliqd p̄cipe-
re atq; audire studebant: uerum et siqui forte simulabant. Interim
satis longo interuallo, cū esset cū .L. lucullo in siciliā profectus,
et cū ex ea prouinciā cū eodem lucullo decederet, uenit hera-
cliā; que cū esset ciuitas equissimo iure ac federe ascribi se
in eam ciuitatē uoluit. Itaq; cū ipse p se dignus putaretur,
tam auctate et gratia luculli ab heracliensibus impetrauit.
D ata est ciuitas sillani lege et carbonis, siqui federatis ciuita-
tibus ascripti fuissent: si tū cū lex ferebatur in ytalia domiciliū
habuissent, et si sexaginta diebus apud pretorē essent professi.
cū hic domiciliū rome multos iam annos haberet, professus ē
apud pretorē .Q. metellū familiarissimū suū. Si nihil aliud
nisi de ciuitate ac lege dicimus, nihil dicā amplius. causa
dicta est. Quid enim horum infirmari gratius [Grache] pot.' heraclie ne ēē
tū ascriptū negabis? Adest uir summa auctate [religione] et fide .M. lu-
cullus, qui se non opinari, sed scire, nō audiuisse, sed uidisse,
nō interfuisse, sed egisse dicit. Adsunt heraclienses legati, no-
bilissimi homines huius iudicij causa cū mandatis et publico testi-
monio uenerunt, qui hūc ascriptū heracliensem dicūt. Hic
tu tabulas [bellas] desideras heraclienses [suz] publicas, quas ytalico bello
incenso tabellario [tabulario] interisse scimus omnes. Est ridiculum ad ea
que habemus nihil dicere, querere que hr̄e nō possimus, et de
hominum memoria tacere, literarum memoriā flagitare, et cū habeas
amplissimi uiri religionem integerrimi municipij iusiurandū
fidemq; ea que deprauari nullo modo possunt repudiare, ta-
bulas quas idem dicis solere corrumpi desiderare. At domiciliū
rome nō habuit, is qui tot annis ciuitate data, sedē omniū
rerum ac fortunarum suarum rome collocauit. At nō ē professus.
immo uō his tabulis professus, que sole ex illa professione colle-
gioq; pretorū optinent publicarum [cam] tabularum auctoritatē. Nam
cū appij claudij tabule negligentius obseruate dicerentur: gabinij
quamdiu incolumis fuit leuitas, post damnatione calamitas omnem
tabularū fidem resignasset. Metellus homo sanctissimus, mode-
stissimusq; omnium, tanta diligentia fuit, ut ad lentulū p̄tore

et ad iudices uenerit, et unius nominis litura se commotū ēē dixerit.
H is igitur tabulis, nullā lituram ī noīe .A. licinij uidetis. Que cum ita
sint uidetis, qd est quod de eius ciuitate dubitetis: presertim cum
alijs quoq; in ciuitatibus fuerit ascriptus. Etenim cū mediocrib
multis, et aut nulla aut humili aliqua arte preditis, gratuito
ciuitatē in grecia homines impertiebantur, reginos credo aut lo-
crenses, aut neapolitanos, aut tarentinos, quod scenicis arti-
ficibus largiri solebant, id huic summa ingenij pditus gloria no-
luisse. Quid cū ceteri nō mō post ciuitatē datā: sed et post legē
papiam [appiā] aliquo mō in eorum municipiorum tabulas irrepserunt:
hic qui nec utitur quidē illis in quibus est ascriptus, q semper se
heracliensem ēē uoluit, reijcietur? Census nros requiris scilicet.
est enim obscurū proximis censoribus, hunc cū clarissimo impa-
tore .L. lucullo apud exercitū fuisse, superioribus cū eodē questore
fuisse in asia: primis iulio et crasso nullā ppli partem ēē
[et] censam. Sed qm census nō ius ciuitatis confirmat. ac tantūmo
indicat eum, qui sit census ita se iam tū gessisse. pro ciue his
temporibus que tu criminaris, ne ipsius quidē iudicio in ciuiū
romanorum iure ēē uersatū, et testamentū sepe fecit nostris
legibus, et adijt hereditates ciuiū romanorum, et in beneficijs
ad erariū est delatus a .L. lucullo pretore et cōsule. Quere
argumenta siqua potes, nunq; enim hic neq; suo neq; amicorum
iudicio cōuicetur. [cōuincetur] Queris a nobis gratte cur tantopere hoc
homine delectemur? Quia suppeditat nobis. Ubi et animus [aīus] ex
hoc forensi strepitu reficiatur, aut aures conuitio defesse conqui-
escantur. An tu existimas aut suppetere nobis posse quotidie
dicimus, nisi in tanta uarietate rerum animos nros doctrina
excolamus, aut ferre animos posse tantā contentionē, nisi eos
doctrina eadem relaxemus. Ego uō fateor me his studijs
ēē deditū: ceteros pudeat, siqui se ita literis abdiderunt, ut
nihil possint ex his, neq; ad comm afferre fructū, neq; in aspectū
lucemq; proferre. Me aut quid pudeat, qui tot annos ita uiuo
iudices, ut a nullius [ab illis nullo] unq; me tempore aut comodo aut ocium
meū abstraxerit, aut uoluptas auocarit, aut denique somnus

retardauerit. Quare quis tandē me reprehendat? aut quis mihi
iure succenseat: si quantū ceteris ad suas res obeundas quantū
ad festos dies ludorū celebrandos: quantū ad alias uoluptates et
ad ipsam requiē aī et corporū [ris] conceditur temporū [rum], quantū alij
tribuūt tempestiuis conuiuijs, quantū deniq; alee, quantū pile
tantū mihi egomet ad hec studia recolenda sumpsero. Atq; id eo hoc
mihi concedendū est magis, q ex his studijs hec quoq; crescit
oratio et facultas, que quātacūq; in me, nunq̄ amicorū periculis defuit.
que si cuiq; leuior uidetur, illa quidē certe que summa sūt, ex quo
fonte hauriam sentio. Nam nisi multorū preceptis, multisq; litteris
mihi ab adolescentia suasissem, nihil esse in uita magnopere ex
petendū, nisi laudē atq; honestatem: in ea autē persequēda
omis cruciatus corporis, omnia pericula mortis, parui esse ducē atq; exilij
da: nunq̄ me pro salute uestra in tot ac tantas dimicationes
atq; in hos profligatorū hominum quotidianos impetus obie
cissem. Sed pleni omnes sunt libri, plene sapientū uoces, plena
exemplorū uetustas, que iacerent in tenebris omnia, nisi litterarū
lumen accederet. Quā multas nobis ymagines nō solum ad
intuendū, uerū et ad imitandū fortissimorū uirorū expressas
scriptores et greci et latini reliquerunt: quas ego mihi semper
in administranda re p. proponens animū et mentem meam ī ea
ipsa cogitatione hominum excellentiū conformabam. Queret
quispiam, quid: illi ipsi summi uiri, quorū uirtutes litteris prodite
sunt, ista ne doctrina quā tu effers laudibus eruditi fuerunt?
difficile est hoc de omnibus confirmare: sed tamen est certū quid
respondeam. Ego multos hoīes excellenti aīo ac uirtute fuisse,
et sine doctrina, nature ipsius habitu prope diuino, per se ipsos et
moderatos, et graues extitisse fateor. Etiā illud adiūgo, sepius
ad laudē atq; uirtutē, naturā sine doctrina q sine natura
ualuisse doctrinam. Atq; idem ego contendo, cū ad naturam
eximiā atq; illustrem accesserit, ratio quedā, conformatioq; doc
trine, tū illud nescio quid preclarū atq; singulare [solere] existere.
Ex hoc esse [hunc] unū nrō, que patres nostri uiderūt diuinū hoiem
affricanū: ex hoc. C. Leliū. L. furiū modestissimos homines

et continentissimos, ex hoc [esse] fortissimū uirū et illis temporibus doc
tissimū catonē illū senē: qui profecto [l. si nihil] nisi ad percipiendā colendāq;
uirtutē litteris adiuuarent: nunq̄ se ad earū studiū contulissent.
Quod si nō hic tantus fructus ostenderetur, etsi ex his studijs delec
tatio sola peteretur, tamē ut opinor hanc aīaduersionē humanissi
mā ac liberalissimā iudicaretis. Nam cetere [ceterorū] neq; temporū sunt,
neq; etatū omnium, neq; locorū. hec studia adolescentiā aguīt, sene Hos
ctutē oblectant, secundas res ornant, aduersis perfugiū atq;
solatiū prebent, delectant domi: nō impediunt foris, pernoc
tant nobiscū, peregrinant, rusticantur. Quod si ipsi [hec] neq; attin
gere, neq; sensu nrō gustare possimus, tamē ea mirari debe
remus, et cū in alijs uideremus. Quis nostrū tam aīo agresti
ac duro fuit, ut roscij morte nuper nō commoueretur? qui cū
esset senex mortuus, tamē propter excellentē artem, ac uenustatem
uidebatur oīo mori nō debuisse. Ergo ille corporis motu tantū
amorē sibi conciliarat a nobis omnibus, nos animorū incredibiles
motus, celeritatemq; ingeniorū negligemus? Quotiens ego hunc
archiā uidi iudices (utar enim uestra benignitate, qm me in
hoc nouo genere dicendi tam libenter attenditis) quotiens ego hūc
uidi, cū litteram scripsisset nullā, magnū numerū optimorū uersuū
de his ipsis rebus, que tū agerent [batur], dicere extempore. Quotiens
reuocatū [tū] eandem rē dicere commutatis uerbis atq; sententijs?
que uō accurate, cogitateq; scripsisset, ea sic uidi probari, ut ad
ueterū scriptorū laudē perueniret. hunc ego nō diligā? non
admirer? nō omi ratione defendendū putē? Atqui sic a
a summis hominibus eruditissimisq; accepimus, ceterarū rerū
studia et doctrina et preceptis, et arte constare; poetā naturā
ipsa ualere, et mentis uiribus excitari, et quasi diuino quodam
spū inflari [inflamari]. Quare suo iure noster ille Ennius sanctos appellat Ennius
poetas, quod quasi deorū aliquo dono atq; munere commēdati esse
nobis uideantur. Sit igitur iudices sanctū apud uos humanissimos
hoīes hoc poete nomē, quod nulla unq̄ barbaria uiolauit. Saxa et
solitudines uoci respondent, bestie sepe immanes cantu flectuntur
atq; consistunt. Nos instituti rebus optimis, nō poetarū uoce

homerus

moueantur? Homerum colophonii ciuem esse dicunt suum. Chii suum uendicant.
Salaminii repetunt, Smirnei uero suum esse confirmant. Itaque etiam delu
brum eius in oppido dedicauerunt. Permulti alii preterea pugnant inter
se atque contendunt. Ergo illi alienum, quia poeta fuit, post mortem etiam
expetunt. Nos hunc uiuum, qui et uoluntate et legibus noster est, repudi
amus? presertim cum omne olim studium atque omne ingenium contulit
Archias ad populi Romani gloriam laudemque celebrandam. Nam et Cymbri
cas res adolescens attigit, et ipsi illi C. Mario qui durior ad hec
studia uidebatur, iocundus fuit. Neque enim est quisquam tam auer
sus a musis, qui non mandari uersibus eternum suorum laborum
facile preconium patiatur. Themistoclem illum summum Athenis uirum
dixisse aiunt, cum ex eo quereretur quod acroama, aut cuius uocem liben
tissime audiret, eius a quo sua opera et uirtus optime predicaretur.
Itaque ille Marius et eximie L. Plotium dilexit, cuius ingenio putabat
ea que gesserat posse celebrari. Mithridaticum uero bellum magnum
atque difficile, et in multa uarietate terra marique uersatum totum
ab hoc expressum est. Qui libri non modo L. Lucullum fortissimum et
clarissimum uirum, uerum etiam populi Romani nomen illustrant. Populus enim Romanus
aperuit Lucullo imperante Pontum, et regiis quondam opibus, et ipsa
natura regionis uallatum. Populi Romani exercitus eodem duce non maxima
manu innumerabiles Armeniorum copias fudit. Populi Romani laus est
urbem amicissimam Cyzicenorum eiusdem consilio ex omni impetu regio
ac totius belli ore atque faucibus ereptam esse atque seruatam. Nostra
semper feretur et predicabitur L. Lucullo dimicante cum interfectis
ducibus depressa hostium classis et incredibilis apud Tenedum
pugna illa naualis. Nostra sunt trophea, nostra monumenta, nostri
triumphi. Que quorum ingeniis hec feruntur, ab his populi Romani fama
celebratur. Carus fuit Affricano superiori noster Ennius. Itaque
et in sepulchro Scipionum putatur is esse constitutus et marmo
reis laudibus certe non solum ipse qui laudatur, sed et populi Romani
nomen ornatur. In celum huius proauus Cato tollitur. Magnus
honos populi Romani adiungitur. Omnes denique illi Maximi, Marcelli, Fuluii, Fabii, non sine
communi omnium nostrum laude decorantur. Ergo illum qui hec fecerat
rudem tamen hominem maiores nostri in ciuitatem receperunt. Nos hunc

Themistocles
ἀκρόαμα

Heracliensem multis ciuitatibus expetitum, in hac autem legibus constitutum,
de nostra ciuitate eiciemus? Nam si quis minorem fructum glorie pu
tat ex grecis uersibus percipi quam ex latinis, uehementer errat,
propterea quod greca leguntur in omnibus fere gentibus, latina suis fi
nibus exiguis sane continentur. Quare si res hee quas gessi
mus, orbis terre regionibus diffiniuntur, turpe ducere debemus, cupere debemus
quominus manuum nostrarum tela peruenerint, eodem gloriam famamque
penetrare. Quod cum ipsis populis de quorum rebus scribitur, hec am
pla sunt, tum his certe qui de uita glorie causa dimicant, hoc ma
ximum et periculorum incitamentum et laborum. Quam multos scripto
res rerum suarum magnus ille Alexander secum habuisse dicitur. Atque Alexander
is tamen cum in Sigeo ad Achillis tumulum astitisset. O fortunate
inquit adolescens, qui tue uirtutis preconem Homerum inuene
ris. Et uere. Nam nisi Ilias illa extitisset, idem tumulus qui
corpus eius contexerat, nomen etiam obruisset. Quid noster hic Magnus Pompeius
Magnus qui cum uirtute fortunam adequauit, nonne Theophanem
Mithileneum scriptorem rerum suarum, in contione militum ciuitate
donauit? Et nostri illi fortes uiri, sed rustici ac milites dul
cedine quadam glorie commoti, quasi participes eiusdem laudis,
magno illud clamore approbauerunt. Itaque credo si ciuis Romanus
Archias legibus non esset, ut ab aliquo imperatore ciuitate donaretur,
perficere non potuit. Sylla cum Hyspanos et Gallos donaret, credo
hunc petentem repudiasset, quem nos in contione uidimus, cum ei
libellum malus poeta de populo subiecisset, quod epigramma in eum fe
cisset, tantummodo alternis longiusculis uersibus, statim ex his rebus
quas tunc uendebat, iubere ei premium tribui, sub ea conditione
ne quid postea scriberet. Qui sedulitatem mali poete duxerit aliquo
tamen premio dignam, cuius ingenium et uirtutem in scribendo et copiam
non expetisset. Quid a Q. Metello Pio familiarissimo suo, qui
ciuitate multos donauit, neque per se neque per Lucullos impetra
uisset? Qui presertim usque eo de suis rebus scribi cuperet, ut etiam
Cordube natis poetis pingue quiddam sonantibus ac peregrinum
tamen aures suas dederet. Neque enim est hoc dissimulandum quod
obscurari non potest, sed pre nobis ferendum. Trahimur omnes studio

optimus
laudis: et optimi quisque maxime gloria ducitur. Ipsi illi philosophi
et illos libellos, quos de contemnenda gloria scribunt, nomen
suum inscribunt, in eo ipso in quo predicationem, nobilitatemque de
spiciunt, predicari de se ac notari volunt. D. quidem brutus summus
Accius vir et imperator accij amicissimi sui carminibus, templorum ac
monumentorum aditus exornavit suorum. Iam vero ille qui cum illis
etholis ennio comite bellavit, fulvius non dubitavit martis
manubias musis consecrare. Quare in qua urbe imperatores
prope armati, poetarum nomen et musarum delubra coluerunt, in eo,
non debent togati iudices a musarum honore et a poetarum salute
abhorrere. Atque ut id libentius faciatis, iam me vobis iudices
indicabo, et de meo quodam amore glorie, nimis acri fortasse,
verumtamen honesto vobis confitebor. Nam quas res nos in con
sulatu nostro vobiscum simul pro salute huius urbis atque imperij et pro
vita civium, proque universa re p. gessimus, attigit hic versibus
atque inchoavit. Quibus auditis, quod mihi magna res et iocunda
tus sum
visa est, hunc ad perficiendum hortatum. Nullam enim virtus mercedem
aliam laborum, periculorumque desiderat. preter hanc laudis et glorie:
qua quidem detracta iudices, quid est quod in hac tam exiguo vite
curriculo et tam brevi, tantis nos in laboribus exerceamus.
Certe si nihil animus presentiret in posterum, et si quibus regionibus
vite spatium circumscriptum est: eisdem omnes cogitationes termina
ret suas, nec tantis se laboribus frangeret, neque tot curis
vigilijsque angeretur, nec totiens de ipsa vita dimicaret. Nunc
insidet quedam in optimo quoque virtus, que noctes atque dies
animum glorie stimulis concitat atque admonet, non cum vite tempore
esse dimittendam commemorationem nominis nostri, sed cum omni poste
ritate adequandam. An vero tam parvi animi videamur esse omnes,
qui in re p. atque in his vite periculis, laboribusque versamur,
ut cum usque ad extremum spatium, nullum tranquillum atque otiosum
spiritum duxerimus, nobiscum simul moritura omnia arbitremur.
animorum
An statuas et imagines non animi simulacra: sed corporum, multi
summi homines studiose reliquerunt, consiliorum relinquere ac virtutum
nostrarum effigiem, nonne multo malle debemus summis ingenijs

expressam et politam. Ego vero omnia que gerebam iam tum in gerendo
spargere me ac disseminare arbitrabar in orbis terre memoriam
sempiternam. Hec vero sive a meo sensu post mortem abfutura sunt, sive
ut sapientissimi homines putaverunt, ad aliquam animi mei partem pertine
bunt: nunc quidem certe cogitatione quadam speque delector. Quare con
servate iudices hominem pudore eo, quem amicorum videtis comprobari,
cum dignitate, tum etiam vetustate. Ingenio autem tanto, quantum id con
venit existimari. quod summorum hominum ingenijs expetitum esse vide
atis. Causa vero eiusmodi que beneficio legis, auctoritate municipij,
Que
testimonio luculli, tabulis metelli comprobetur. Quare cum ita sint,
petimus a vobis iudices, si qua non modo humana verum etiam divina
in tantis negotijs commendatio debet esse, ut eum qui vos, qui vestros
imperatores, qui populi romani res gestas semper ornavit, qui etiam his
recentibus nostris, vestrisque periculis, eternum se testimonium laudum
daturum esse profitetur: isque est eo numero qui sancti semper apud omnes
sunt habiti. itaque dicti, sic in vestram accipiatis fidem, ut huma
nitate vestra levatus, potiusquam acerbitate violatus esse videatur.
vel necessitudine
Que de causa pro mea consuetudine breviter, simpliciterque dixi
iudices, ea confido probata esse omnibus, que a foro aliena, iudi
cialique consuetudine et de hominis ingenio, et communiter de ipsius
parte
studio locutus sum, ea iudices ab vobis spero esse in bonam partem
accepta, ab eo qui iudicium exercet certo scio.

M. TVLLII CICERONIS Pro P. QVINTIO ORATIO Incipit

1 Que due res in civitate plurimum possunt, hec contra
nos ambe faciunt in hoc tempore. Summa gratia et
eloquentia: quarum alteram. C. aquili vereor, alteram
metuo. Eloquentia Q. hortensij ne me in dicendo
impediat, non nihil commoveor. gratia sex. nevij ne
ne P. vel tanto ope
potius quintio noceat, id vero non mediocriter pertimesco. neque hoc tempore
querendum videretur si hec summa in illis esse si in nobis essent saltem
mediocria. Verum ita se res habet, ut ego qui neque usu satis et

ingenio parum possim cum patrono disertissimo comparer. P. Quinctius
cuius tenues opes, nulle facultates exigueque amicorum copie sunt, cum
adversario gratiosissimo contendat. Illud quoque nobis accedit incommodum, quod M.
Iunius, qui hanc aliquotiens apud te egit, homo et in aliis causis exer-
citatus, et in hac multum ac sepe versatus, hoc tempore abest nova lega-
tione impeditus, et ad me ventum est, qui ut summa haberem cetera,
temporis quidem certe vix satis habui, ut rem tantam tot controversiis
implicatam possem cognoscere. Ita quod mihi consuevit in ceteris causis
esse adiumento, id quoque in hac causa deficit. Nam quo minus
ingenio possum, subsidium mihi diligentia comparavi. Que quanta sit,
nisi tempus et spatium datum sit, intelligi non potest. Que quo plura sunt,
C. Aquili, eo te et hos qui tibi in consilio sunt meliore mente nostra
verba audire oportebit, ut multis incommodis veritas debili-
tata tandem equitate talium virorum recreetur. Quod si tu iudex nullo
presidio fuisse videbere contra vim et gratiam solitudini atque ino-
pie, si apud hoc consilium ex opibus, non ex veritate causa pendetur,
profecto nihil est iam sanctum atque sincerum in civitate, nihil est
quod humilitatem cuiusquam gravitas et virtus iudicis consoletur.
Certe aut apud te et eos qui tibi assunt veritas valebit, aut ex hoc
loco repulsa vi et gratia locum ubi consistat reperire non pote-
rit. Non eo dico, C. Aquili, quo mihi veniat in dubium tua fides
et constantia, aut quo non his quos tibi advocavisti viris electissimis
civitatis spem summam habere P. Quinctius debeat. Quid ergo est?
Primum magnitudo periculi summo timore hominem afficit, quod uno
iudicio de fortunis omnibus decernit, idque dum cogitat, non minus
sepe ei venit in mentem potestatis quam equitatis tue, propterea quod omnes quorum in alterius
manu vita posita est, sepius illud cogitant quid possit ~~…~~ is
cuius in iurisdictione ac potestate sunt, quam quid debeat facere. (margin: in ditione)
Deinde habet adversarium P. Quinctius verbo Sex. Nevium, re vera huius-
ce etatis homines disertissimos, fortissimos, honestissimos nostre
civitatis, qui communi studio, summis opibus Sex. Nevium defendunt,
si id est defendere, cupiditati alterius obtemperare, quo is fa-
cilius quem velit iniquo iudicio opprimere possit. Nam quid hoc
iniquius aut indignius, C. Aquili, dici aut commemorari potest

quam me

quam me qui caput alterius, famam, fortunamque defendam, priore loco
causam dicere? Quam presertim Q. Hortensius qui hoc in iudicio partes
accusatoris obtinet, contra me sit dicturus, cui summam copiam facul-
tatemque dicendi natura largita est. Ita fit ut ego qui tela depellere
et vulneribus mederi debeam, tum id facere cogar, cum etiam telum nullum
adversarius elegerit. (margin: al. telum adversarius nullum iecerit. Illis tum id tempus impugnandi detur, cum vitandi illorum impetus potestas adempta nobis erit. Et si qua iam)
Ita si qua in re id quod parati sunt facere,
falsum crimen quasi venenatum aliquod telum iecerint, medicine fa-
ciende locus non erit. Id accidit pretoris iniquitate et iniuria, primum
quod contra omnium consuetudinem iudicium prius de probro quam de re
maluit fieri. Deinde quod ita constituit id ipsum iudicium, ut reus,
antequam accusatoris verbum audisset, causam dicere cogeretur. Quod eorum
gratia et potentia factum est qui, quasi sua res aut honos agatur,
ita diligenter Sex. Nevii studio et cupiditati morem gerunt,
et in eiusmodi rebus opes suas experiuntur. In quibus quo plus
propter virtutem nobilitatemque possunt, eo minus quantum possint debent osten-
dere. Cum tot tantisque difficultatibus affectus atque afflictus in tuam,
C. Aquili, fidem, veritatem, misericordiam P. Quinctius confugerit,
cum adhuc ei propter vim adversariorum non ius par, non agendi potestas
eadem, non magistratus equus reperiri potuerit, cum ei summam
per iniuriam omnia inimica atque infesta fuerint, te, C. Aquili,
vosque omnes qui in consilio adestis orat atque obsecrat, ut multis iniuriis iactatam atque agitatam equitatem
in hoc tandem loco consistere atque confirmari patiamini.
Id quo facilius facere possitis, dabo operam ut res a principio
quemadmodum gesta et contracta sit cognoscatis. C. Quinctius fuit
P. Quinctii huius frater, sane ceterarum rerum pater familias et
prudens et attentus, una in re paulo minus consideratus, qui so-
cietatem cum Sex. Nevio fecerit, viro bono, verumtamen non ita instituto,
ut iura societatis et officia certi patris familias nosse posset;
non quo ei deesset ingenium, nam neque parum facetus scurra
Sex. Nevius, neque inhumanus preco umquam est existimatus.
Quid ergo est? Cum ei natura nihil melius quam vocem dedisset, pater
nihil preter libertatem reliquisset, vocem in questum contulit, libertate
usus est, quo impunius dicax esset. Quare quidem socium tibi eum
velles adiungere, nihil erat, nisi ut in tua pecunia condisceret

qui pecunie fructus esset, tam inductus consuetudine ac familiari-
tate Quintius fecit ut dixi societatem earum rerum que in Gallia com-
parabantur. Erat enim pecuaria res ampla et rustica sane bene culta
et fructuosa. Tollitur ab atriis Liciniis atque a preconum consessu in
Galliam Naevius, et trans Alpes usque transfertur. Fit magna muta-
tio loci, non ingenii. Nam qui ab adolescentulo questum sibi institu-
isset sine impendio, posteaquam nescio quid impendit et in commune contu-
lit, mediocri questu contentus esse non poterat. Nec mirum si is qui
vocem venalem habuerat, ea que voce quesierat magno sibi questui
fore putabat. Itaque hercule haud mediocriter de communi quod quisque poterat
ad se in privatam domum sevocabat. Qua in re ita diligentes erant
quasi hi qui magna fide societatem gererent, ut arbitrium pro
socio condempnari solerent. Verum de his rebus non necesse habeo
dicere, ea que me P. Quintius cupit commemorare, tametsi ne-
cessaria postulabat, tamen quia postulat, non flagitat, preteribo. Cum
annos iam complures societas esset, et cum sepe suspectus Quintio
Naevius fuisset, neque ita commode posset rationem reddere earum
rerum, quas libidine, non ratione gesserat, moritur in Gallia Quintius,
cum adesset Naevius, et moritur repentino. Heredem testamento
reliquit hunc P. Quintium, ut ad quem summus meror morte sua ve-
niebat, ad eundem summus honos quoque perveniret. Quo mortuo,
nec ita multo post in Galliam proficiscitur Quintius: ibi cum isto
Naevio familiariter vivit. Annum fere una sunt, cum et de socie-
tate multa inter se communicarent, et de tota illa ratione atque re
Gallicana, neque interea verbum ullum interposuit Naevius, aut so-
cietatem sibi quippiam debere, aut privatim Quintium debuisse.
Cum eris alieni aliquantulum esset relictum, quibus nominibus pecunia
Rome curari oportuit (al. oporteret), auctionem in Gallia P. hic Quintius
Narbone se facturum esse proscribit earum rerum que ipsius erant pri-
vate. Ibi tum vir optimus Sex. Naevius hominem multis verbis
deterret, ne auctionaretur: cum non ita commode posset eo tempore quo
proscripsisset vendere, Rome sibi nummos facultate esse, quam si
saperet, communem existimaret, pro fraterna illa necessitudine, et pro ipsius
affinitate. Nam P. Quintii consobrinam habet in matrimonio Naevius

et ex ea liberos. Quia quod virum bonum facere oportebat, id loquebatur Naevius.
Credidit Quintius eum qui orationem bonorum imitaretur, facta quoque imitaturum.
Auctionem velle facere desistit. Romam proficiscitur, decedit ex Gallia
Romam simul Naevius cum eo. Cum pecuniam C. Quintius P. Scapule debu-
isset, per te, C. Aquili, decidit P. Quintius quid liberis eius dissolveret. Hoc
eo per te agebatur, quod propter erariam rationem non satis erat in tabulis inspe-
xisse, quantum solveretur, decideras, statuisque tu, propter necessitudinem que
tibi cum Scapulis est, quid iis ad denarium solveretur. Hec omnia Quintius
agebat auctore et consuasore Naevio. Nec mirum si eius utebatur
consilio, cuius auxilium sibi paratum putabat. Itaque hercule non modo
erat ei pollicitus in Gallia, sed Rome quotidie simul atque sibi hic
annuisset, numeraturum se dicebat Quintius. Porro istum posse facere videbat,
debere intelligebat, mentirique, quia causa cur mentiretur non erat, non pu-
tabat, quasi domi nummos haberet. Ita constituit Scapulis se daturum. Naevium
certiorem facit, rogat ut curet quod dixisset. Tum iste vir optimus
vereor ne se derideri putet, quod iterum iam dico optimus qui hominem
in summas angustias adductum putaret, ut eum suis conditionibus in
ipso articulo temporis astringeret, assem sese negat daturum, nisi
prius de rebus rationibusque societatis omnibus decidisset, et scisset
sibi cum Quintio controversie nihil futurum. Posterius, inquit, ista
videbimus Quintius. Hunc hec velim cures si tibi videtur quod
dixisti. Negat se alia ratione facturum quod promisisset, non plus sua re-
ferre, quam si cum auctionem venderet, domini iussu quippiam promisisset.
Destitutione illa perculsus Quintius a Scapulis paucos dies aufert;
in Galliam mittit, ut ea que proscripserat venirent; deteriori tempore
absens auctionatur. Scapulis difficiliori conditione dissolvit.
Tum appellat ultro Naevius ut quoniam suspicaretur aliqua de re fore
controversiam, videret, ut quam primum, et quam minima cum molestia res
transigeretur tota. Dat iste amicum M. Trebellium, nos communem necessarium,
qui istius domi erat educatus et quo utebatur iste plurimum, propinquum
nostrum, Sex. Alphenum. Res convenire nullo modo poterat, propterea quod hic
mediocrem iacturam facere cupiebat, iste mediocri preda contentus
non erat. Itaque ex eo tempore res esse in vadimonium cepit. Cum vadi-
monia sepe dilata essent, et cum aliquantum temporis in ea re esset

quantum deberet: non a questoribus quesisse

consumptum: neque quicquam profecturum esset. Venit ad vadimonium
nevius. Hec sequor (obsecro) C. aquili. vosque qui adestis in consilio, ut dili-
genter attendatis, ut singulare genus fraudis, et novam rationem
insidiarum cognoscere possitis. Ait auctionatum se esse gallie, quod
sibi videretur se vendidisse, curasse ne quid sibi societas deberet.
se iam neque vadari amplius, neque vadimonium promittere. Si quid
agere (secum) velit quintius non recusare. hic cum rem galliorum inviseret
revisere hominem in presentia non vadatur, ita sine vadimonio disce-
ditur: deinde rome .xxx. dies fere quintius commoratur, cum ceteris
que habebat vadimonia differt, ut expeditus in galliam proficis-
ci posset, proficiscitur, roma egreditur ante diem .iiij. Kl. febr.
Quintius (scipione) scipione et norbano consulibus, queso ut eum diem
memorie mandetis. L. albius. sex. filius quirinas vir bo-
nus et (cum) imprimis honestus una profectus est. Cum venissent
ad vada volaterrana que nominantur, vident perfamiliarem nevij
qui ex gallia pueros venales isti adducebant. L. publicium qui ut
romam venit, narrat nevio quo in loco viderit quintium quod
nisi ex publicio narratum nevio esset: non tam cito res in contentionem venisset. Tum Nevius ipse
pueros circum amicos dimittit, ipse suos necessarios vocat. ab argentarijs
frequenter licinij et a faucibus (macelli) corrogat ut ad tabulam sextiam
sibi adsint hora secunda postridie. Veniunt frequentes, testificantur
isti. P. quintium non stetisse (et se stetisse), tabule maxime signis hominum nobilium con-
signantur. Disceditur, postulat ab burrieno pretore nevius ut ex
edicto bona possidere liceat, iussit bona proscribi eius quicum fami-
liaritas fuerat, societas erat, affinitas liberis istius vivis divelli
nullo modo poterat. Qua ex re intelligi facile potuit, nullum esse
officium tam sanctum atque solempne, quod non avaritia comminuere
ac violare soleat. et enim si veritate amicitia, fide societas, pie-
tate propinquitas colitur, necesse est iste qui amicum, socium, affinem
fama atque fortunis spoliare conatus est, vanum se et perfidiosum
et impium esse fateatur. Libellos sex alphenus procurator P. quintij
familiaris et propinquus. sex. nevij (l. deicit) obiecit. Servulum unum quem
iste prenderat, abduxit. denuntiat sese procuratorem esse, (l. istum) id
equum esse fame, fortunisque P. quintij consulere et adventum

eius expectare. Quod si facere nolit atque imbiberit, eiusmodi
rationibus illum ad suas conditiones perducere, sese nihil precari
et si quid agere velit, iudicio defendere. hec dum rome geruntur,
quintius interea contra ius consuetudinem edicto pretoris de
saltu agroque communi a servis communibus vi detruditur. Existima C. aquili
id modo et ratione omnia rome nevium fecisse, si hoc quod per litteras
istius in gallia gestum est (l. recte) ratione atque ordine factum videtur.
Expulsus atque eiectus e predio quintius, accepta insigni iniu-
ria, confugit ad C. flaccum imperatorem, qui tunc erat in
provintia, qui ut ipsius dignitas poscit, honoris causa nomino.
Is eam rem, quam vindicandam vehementer putarit, ex decretis
eius poteritis cognoscere. Alphenus interea rome cum isto gladi-
atore vetulo quotidie pugnabat. Utebatur populo sane suo
propterea quod iste caput petere non desinebat. Iste postulat ut procu-
rator iudicatum solvi satisdaret. Negat alphenus equum esse procuratorem
satisdare, quod reus satisdare non deberet si ipse
adesset. Appellantur tribuni, a quibus cum esset certum auxilium
petitum, ita tum disceditur ut idibus septembribus P. quintium sisti. Set
alphenus promitteret. Venit romam quintius. Vadimonium
sistit. Iste (item) homo acerrimus bonorum possessor, expulsor, ereptor
annum et sex menses nihil petijt quievit condicionibus, hunc
quem (quoad potest) adsunt producit. A gn. dolobella denique pretore po-
stulat, ut sibi quintius iudicatum solvi satisdaret ex formula
quod ab eo petat, cuius eius ex edicto pretoris (rio) bona .xxx. dies pos-
sessa sunt. Non recusabit quintius, quin ita satisdare iuberet.
si bona possessa essent ex edicto. Decernit (cernit), quam equum nihil dico unum
hoc (dico) novum et hoc ipsum tacuisse mallem: quod utrumque quivis intelli-
gere potuisset. Iubet P. quintium sponsionem sexto nevio
facere. si bona sua ex edicto P. burrieni pretoris dies .xxx. pos-
sessa non essent. Recusabant qui aderant, tam quintio demonstra-
bant de re iudicium fieri oportere, ut aut uterque inter se
satisdaret non necesse esse, famam alterius in iudicium venire clama-
bat. Porro ipse quintius sese idcirco nolle satisdare ne vide-
retur iudicasse bona sua ex edicto possessa esse. Sponsionem

porro si stultissimos faceret, se id quod nunc evenit de capite
suo priore loco causam esse dicturum. Dolobella quemadmodum
solent homines nobiles, seu recte, seu perperam facere coeperunt,
ita in utroque excedunt ut nemo nostro loco natus assequi possit.
iniuria facere fortissime perseverat possederat aut satisdaret aut
sponsionem iubet facere. Et interea recusantes nos ad
vocatos acerrime submoveri. conturbatus sane discedit
quintius, neque mirum cui haec optio tam misera, tamque iniqua
daretur. ut aut ipse se capitis damnaret si satisdedisset
aut causam capitis si sponsionem fecisset, priore loco diceret.
Cum in altera re nihil esset cause, quin sese iudicaret, ipse de
se re quod iudicium gravissimum est. in altera spes esset, ad talem
tamen virum iudicem veniendi. unde eo plus opibus auferret, quo
minus attulisset gratie. Sponsionem facere maluit. Fecit
te iudicem. C. aquili sumpsit et sponsio egit. In hac summa
iudicii causa qua tota consistit P. constat iudicium esse. C. aquili non de re pecu
niaria, sed de fama, fortunisque P. quintii. Vides tamen maio
res ita constituerint, ut qui pro capite diceret is posteriore loco diceret, nos in audita
criminatione accusatorum loco priore causam dicere intellegi
mus. Eos porro qui defendere consueverunt cupierunt vides accusare, et
ea ingenia converti ad perniciem, que antea versabantur
in salutem atque auxilia ferenda. Illud etiam restiterat, quod
hesterno extremo die fecerunt, ut te in ius adducerent, ut nobis tempus
quidem diceremus praestitueres pristine res, quam rem facile a pretore
impetrari posse spero. nisi tu quod esset tuum
ius et officium partesque testesque docuisses. Neque nobis adhuc preter
te quisquam fuit, ubi nostrum ius contra illos optineremus, neque
illis umquam satis fuit illud optinere quod probari omnibus
posset. Ita sine iniuria potentiam levem atque inopem esse arbitrantur.
verum quoniam tibi instat hortensius ut eas in causa consilium a me postulat.
ne in dicendo tempus absumam queritur priori patrono causam
defendere numquam potuisse. non patiar istam manere suspi
tionem, nos rem iudicari nolle. Neque id mihi arrogabo me posse
commodius causam demonstrare quam antea demonstrata sit. Neque tamen

tam multa verba facta, propterea quod et ab illo qui ante tum dixit, tam in
fortunata causa est. et a me qui neque excogitare, neque pronuntiare
multa possum. brevitas postulatur, que mihi met est ipsi ami
cissima est. Faciam quod te sepe animadverti facere hortensi. Totam causam
meam dictionem certas in partes dividam. Cur id semper facis? quia
id semper potes. Ego in hac causa faciam, propterea quod in hac videor
facere. quod tibi natura dat, ut semper possis. Id mihi causa con
cedit ut hodie possim. Certos mihi fines terminosque constituam
extra quos egredi non possim, si maxime velim. ut mihi sit propo
situm, de quo dicam. Et hortensius habeat exposita ad que respon
deat, et ut tu C. aquili iam ante animo perspicere possis, quibus de rebus auditurus
sis. Negamus te bona P. quintii sex. nevi possedisse ex edicto
pretoris. In eo sponsio facta est. Ostendam primum causam non fuisse
cur a pretore postulares ut bona P. quintii possideres. Deinde
ex edicto te possidere non potuisse. Postremo non possedisse. Quaeso
C. aquili, vosque qui estis in consilio, ut quod pollicitus sum diligenter
memorie mandetis. etenim eam rem facilius totam accipietis. Si haec meminer
itis, et me facile vestra existimatione revocabitis. si extra hos can
cellos egredi conabor. quos mihi ipsi circumdedi. Nego fuisse causam cur
postularet: nego ex edicto possidere potuisse. nego possedisse. Haec tria
cum docuero, perorabo. Non fuit causa cur postulares, quod hoc intelligi
potest, quia sex. nevio, neque ex societatis ratione, neque privatim quicquam
debuit quintius. Quis huic rei testis est? Idem qui acerrimus
adversarius est in hac re. Te inquam testem Nevi citabo. Annum et eo diutius
post mortem C. quintii fuit in gallia tecum simul quintius. Doce te pe
tisse ab eo istam nescio quam innumerabilem pecuniam. doce aliquando aliquam
mentionem fecisse, dixisse deberi debuisse. concedam. Moritur C.
quintius, qui tibi ut ais certis nominibus grandem pecuniam debuit.
heres eius P. quintius in galliam ad te ipsum venit in agrum communem
eo denique: ubi non modo res erat, sed ratio quoque omnis et omnes littere.
Quis tam dissolutus in re familiari fuisset? quis tam negligens?
quis tam tui dissimilis? Qui cum res ab eo quicum contraxisset
recessisset, et ad heredem pervenisset, non heredem cum primum vidisset
certiorem faceret, appellaret, rationem afferret. Siquid in controversia

ueniret, aut intra parietes, aut summo iure experetur. Ita ne ẽ
quod uiri optimi faciũt. Si qui suos propinquos ac necessarios
caros et honestos ẽe atque h̃ri nolunt. Id. Sex. neuius nõ facet,
qui usq3 eo feruet, (buit) ferturq3 auaritia, ut de suis comodis aliquã
partẽ nolit omittere, ne quã partẽ huic ꝓpinquo suo ullius
ornamenti relinquat, et is pecuniã si qua debetur nõ peteret.
qui quia quod debitũ nunq̃ ẽ, id datũ nõ est. nõ pecuniã mo͂do,
uer͂ et hominis ꝓpinqui sanguinem, uitãq3 eripẽ conat͂. huic tu
molestus ẽe uidelicet nõ (u) noluisti. quẽ nũc respirare libere non
sinis. quẽ nũc interficere nephariẽ cupis. eũ tu prudentem (r) (r ipudenter)
appellare nolebas. Ita credo hoĩem ꝓpinquũ, tui obseruantem,
uirũ bonũ, prudentem, maiorẽ natu nolebas, aut nõ audebas
appellare. (ṽã) Non audebas ne uincius auderet. Id erat profecto
credamus. (cat) Saepe ut fit, cũ ipe te confirmasses, cũ statuisses
mentionẽ de pecunia facerẽ. (cũ) tam paratus meditatusq3 uenisses
homo timidus uirginali uerecundia subito ipe te retinebas. Ex
cidebat repente orõ cũ cupes appellare nõ audebas, ne inuitus
audiret. Id erat profecto, credamus hoc. Sextus neuius cuius
caput oppugnet, eius auribus pepercisse. Si debuisset, secte
petisses, (&) si petisses statim, si nõ statim, paulo quidẽ post si nõ paulo
at aliq̃n. Sex quidẽ mensibus (ũ) profecto anno uertente, sine contro
uersia anno et sex mensibus (uos) nõ (cũ) tam tibi quotidie ꝑ(ss)tãs hoĩs fuisset
admonendi uerbũ nullũ facis: biennio iam confecto ferẽ appel
las. Quis tam ꝑditus ac profusus nepos, nõ adesa iam pecunia,
sed (tẽ) habundanti et pecunia sic dissolutus fuisset. ut fuit. Sex. neuiũ.
cũ hoĩem uõ. Satis mihi uideor dicere. debuit tibi. C. quintius. nũ (at nũq̃ petisti)
quid petisti. Mortuus est ille. Res ad heredem uenit. Cum enim quotidie
uideres, post biennium denique appellas. dubitabitur utrũ sit probabi
lius. Sex. neuius statim, si quid deberetur petiturũ fuisse, an ne
appellaturũ quidẽ biennio. Appellandi tempus nõ erat. At tecum
plus annũ uixit in gallia. agi nõ potuit. At et in prouincia
ius dicebatur: et rome iudicia fiebant. Restat ut aut summa neglige
ntia tibi obstiterit, aut unica liberalitas. Si negligentiã dices, mira
(bunt) bimur si bonitatem dicebimus. Neq3 praeterea quid possis dicere

inuenio. Satis est argumenti: nihil ẽe debitũ neuio quamdiu nihil
petiuit. Quod si hoc ipm, quod nũc facit testimonio ostendo, nihil (b)
(a) ẽe deberi. Quid. H. nũc agit. Sex. neuius, qua de re controuersia est.
quid ẽ hoc iudicium in quo iam biennium uersamur, quid negotij
geritur in quo ille tot et tales uiros defatigat. pecuniam petit
nũc denique, uerũ tam petat. Audiamus tũ de rationibus et contro
uersijs societatis uult (de) iudicari, recto. neminũ (uex) atrũ (trã) concedamus. Non
inquit id ago. C. aquili nec in eo nũc laboro, pecunia mea tot annos
utitur. C. quintius, utatur sane nõ peto. Quid (ũr) pugnas. An qd
saepe multis in locis dixisti: ne in ciuitate sit, ne locum suum quem
adhuc honestissime defendit, obtineat. ne numeretur inter uiuos;
decernat de uita & ornamentis suis omnibus. apud iudicẽ causam
priore loco dicat; ut (&) eam cũ orarit, tum denique uocẽ accusatoris
audiat. Quid hoc. quo pertinet, ut ocius ad tuũ ꝑuenias. At si
id uelles iampridem actũ ẽe poterat ut honestiore iudicio conflic
tere, ac (t) sine summo scelere. P. quintium ꝓpinquũ tuum iugulare
nõ potes, ut facilius iudicium sit, ac (t) neq3. C. aquilius de capite
alterius libenter iudicat, et. Q. hortensius contra caput nõ di
dicit dicere. Quid à (u) nobis aut. C. aquili refertur, pecuniam
petit. negamus deberi, iudicium fiat statim nõ recusamus. Num (ut)
quid praeterea si uerebitur, ut res iudicio sc͂o parata sit, iudicatum
solui satis accipiat. Quibus a me (uerbis) rebus satis accipiet, isdem ipe
quod peto satisdet. At iam (Actum) tam (iã) pot ẽe aquili iam tum potes
liberatus disce(de)re molestia ꝓpe dicã nõ minore quã quintius.
Quid agimus hortensi. quid de hac conditione dicimus, possu
mus atrũ depositis armis sine periculo fortunarũ de re pecuniaria
disceptare. possumus ita rem nostram ꝓsequi ut hoĩs ꝓpinqui
caput incolume ẽe patiamur. Possumus petitoris personam
capẽ accusatoris deponere, ymo inquit abs te satis accipiã.
ego, (b) at tibi satis nõ dabo. Quis tandem nobis ista iura tam
equa (bis) descripsit. Quis hoc statuit quod equũ sit in quintium
(b) id ẽe iniquũ in neuium. Quintij bona inquit ex edicto ꝑtoris
possessa sunt. ergo id ut confitear postulas, ut quod nunq̃ factum
ẽe iudicio defendimus, id ꝑinde quasi factum sit, nro iudicio

confirmemus. Inveniri ratio C. Aquili non potest ut ad summum quisque
qui primum sint cuiusque dedecore infamie, pernicieque perveniat.
Profecto si quid deberetur, peteret; non omnia iudicia fieri mallet
quam unum illud unde hec omnia iudicia nascuntur. Qui inter tot
annos ne appellarit quidem Quintium, cum potestas esset agendi quo-
tidie; qui quo tempore primum male agere cepit in vadimoniis
differendis tempus omne consumpsit; qui postea quam vadimonium
quoque missum fecerit huc, presidiis de agro communi deiecerit;
Qui cum de re agendi nullo recusante potestas fuisset, sponsionem
de probro facere maluerit; qui cum revocetur ad id iudicium
unde nata sunt hec omnia, conditionem equissimam repudiet.
Fateatur se non pecuniam, sed vitam et sanguinem petere. Is non
hec palam dicit: mihi si quid deberetur, peterem. Atque adeo iam
pridem abstulissem. Nihil mihi hoc tanto negotio, nihil tam invidioso
iudicio, nihil tam advocatione copiosa uterer si petendum esset.
Extorquendum est invito atque ingrato, quod non deberet eripien-
dum atque exprimendum est. De fortunis omnibus P. Quintius
deturbandus est, potentes diserti nobiles omnes advocandi
sunt. Adhibenda vis est veritati: mine iactentur, pericula inten-
dantur, formidines opponantur: ut his rebus aliquando victus et
perterritus ipse se dedat. Que me hercule omnia cum que contra pu-
gnent video, et cum illum consessum considero, adesse atque impendere
videntur, neque vitari ullo modo posse; cum autem ad te C. Aquili oculos
animum atque retuli, quo maiore conatu, studioque aguntur, eo le-
niora infirmioraque existimo. Nihil igitur debuit ut tu ipse predi-
cas. Quid si debuisset? Continuo ne causa fuisset, cur a pretore
postularet, ut bona possideres? Non opinor id neque ius
esse, neque cuiquam expedire. Quid igitur demonstrat? Vadimonium sibi ait esse
desertum. Antequam doceo id factum non esse, libet mihi C. Aquili ex offitii
ratione, atque omnium consuetudine rem ipsam et factum simul
spectare. Nemini considerare? Ad vadimonium non venerat ut ais, is qui
cum tibi affinitas, societas, omnes denique cause et consuetudines
veteres intercedebant. Illico ne ad pretorem ire convenit?
Continuo ne venire in possessionem fuit postulare, ut ex edicto bona possidere

heceret. Ad hec extrema et iniquissima iura tam cupide decurre-
bas: ut tibi nihil in posterum, quod gravius aut crudelius facere
posses, reservares. Nam quid homini potest turpius, quid non miserius,
aut acerbius usu venire, quam tantum evenire dedecus? Que tanta
calamitas inveniri potest? Pecuniam accipiam si fortuna ademit,
aut si alicuius arripuit iniuria, tum dum existimatio est integra
facile consolatur honestas egestatem. At non nemo aut ignominia
affectus, aut iudicio turpi convictus bonis suis quidem utitur, al-
terius opes id quod infirmum est non expectat, hoc tamen in mi-
seriis adiumento et solatio sublevatur. Cuius vero bona venie-
runt, cuius non modo ille amplissime fortune, sed etiam victus, ve-
stitusque necessarius sub preconem cum dedecore subiectus est, is
non modo ex numero vivorum exturbatur, sed si fieri potest infra etiam mandatur
mortuos. Etenim mors honesta sepe vitam quamque turpem exornat,
vita turpis ne morti quidem honeste locum relinquit. Ergo hercle
cuius bona ex edicto possidentur, huius omnis fama et existimatio
cum bonis simul possidetur. De quo libelli in celeberrimis locis
proponuntur; huic ne perire quidem tacite obscureque conceditur.
Cui magistri fiunt et domini constituuntur, qui qua lege et qua
conditione pereant, pronuntiant. De quo homine preconis vox
predicat, et pretium conficit, huic acerbissimum vivo, videntique
funus indicitur, si funus id habendum sit. Quo non amici conve-
niunt ad exequias cohonestandas, sed bonorum emptores ut carnifi-
ces ad reliquias vite lacerandas et distrahendas. Itaque maiores
nostri raro id accidere voluerunt, pretores ut considerate fieret,
comparaverunt. Viri boni cum palam fraudantur, cum experiundi
potestas non est, timide tamen et pedetentim istuc descendunt:
vi atque necessitate coacti inviti multis vadimoniis desertis sepe
illusi ac destituti. Considerant enim quid et quantum sit alterius
bona proscribere, iugulare civem, ne iure quidem quisquam bonus vult.
Mavult enim commemorare se cum posset perdere pepercisse, quam
parcere potuerit perdidisse. Hoc in homines alienissimos denique
inimicissimos viri boni faciunt, et hominum existimationis et communis
humanitatis causa: ut cum ipsi nihil alteri scientes incommodarint.

nihil in se iure incommodi cadere possit. ad uadimonium non uenit quis.
propinquus, si res ista grauissima sua sponte uideretur: tamen eius
atrocitas, necessitudinis nomine leuaretur. Ad uadimonium non uenit.
quis? socius et grauius aliquid eidem deberes concedere, quicum te
aut uoluntas congregasset, aut fortuna coniunxisset. Ad uadimo
nium non uenit, quis? is qui tibi presto semper fuit. Ergo in eum qui
semel hoc commisit, ut tibi presto non esset, omnia tela coniecisti que
parata sunt in eos, qui permulta male agendi causa fraudandique fece
runt. Si de prediis tuis ageretur: sex. neuius, si in paruulare ca
pitis aliquid uerebamur non statim ad. C. aquilium aut ad. L. lucullum
aut eorum aliquem cui consulere occurrisses? cum his amicitie, societatis, affinitatis ageret? cum officij ratione atque existimationis duci conueniret. eo tempore tu non modo ad. C. Aquilium

Sed ne idem ipse, tu contulisti. sed ne ipse quid a te retulisti. Hec
hoc quod tecum locutus es, hore due fuerunt. Quintius ad uadi
monium non uenit. Quid ago si me hercule tecum uerba duo fe
cisses. Quid ago? respirasset cupiditas atque auaritia paulu
lum. aliquid loci, rationi et consilio dedisses, tu te collegisses: non in eam
turpitudinem uenisses, ut hoc tibi esset apud tales uiros confi
tendum: qua tibi uadimonium non sit obitum, eadem te hora cepisse
consilium hominis propinqui fortunas funditus euertere.
Ego pro te nunc hoc consulo post tempus, in aliena re, qui tu in
aliena re cum tempus erat, consulere oblitus es, quero abs te. C.
aquili. L. luculle. P. quintili. M. marcelli, uadimonium mihi non
obiit, quidam socius et affinis meus, qui cum mihi necessitudo ue
tus controuersia de re pecuniaria recens intercedit, postulo
ne a pretore ut eius bona mihi possidere liceat, an cum rome
domus, uxor, liberi sint, domum potius denuntiem? quid est quod
hanc tandem de re nobis possit uideri? profecto si ratione
uestram et bonitatem, atque prudentiam cognoui: non multum me
fallit si consulamini quid sitis responsuri, primum expectare
deinde si latitare ac diutius ludificare uideatur amicos conuenire.
Querere quis procurator sit, domum denuntiare, dicimus preter
quam multa sint: que respondeatis ante fieri oportere, quam ad hanc
rationem extremam, necessaria deuenire. Quid ad hoc neuius?
ridet scilicet nostram amentiam qui in uita sua rationem offitij
summi desideremus, et instituta bonorum uirorum requiramus. Quid

mihi inquit cum ista summa simonia ac diligentia. Viderint inquit isto
offitia uiri boni, de me autem ita considerent: non quid habeam, sed
quibus rebus inuenerim querant, et quemadmodum natus et quo
pacto educatus sim memini. uetus est de scurra multo facilius
diuitem, quam patrem familias fieri posse. hec ille si uerbis non audet
re quidem uera loquitur palam. Etenim si uult uirorum bonorum instituto
uiuere multa oportet discat atque dediscat, quorum illi etatis utrumque
difficile est. Non dubitaui inquit cum uadimonium desertum esset
bona proscribere, improbe, utrum; quod tu id tibi arrogas et concedi
postulas concedamus. Quid si numquam deseruit uadimonium si
ista causa tibi abs te tota per summam fraudem et malitiam facta est,
si uadimonium omnino tibi cum P. quintio fuit, nullum quo te nomine
appellemus improbum, ac etiam si desertum uadimonium est, tamen in
ista postulatione et proscriptione uerborum bonorum improbissimus reppe
riare. Non malitiosum negas fraudulentum? nam id quod arrogas tibi
et preclarum putas audacem improbum, perfidiosum. uulgaria et
obsoleta sunt, res autem noua atque inaudita. Quid ergo est? Vereor
me hercule ne aut grauioribus utar uerbis quam natura fert.
aut lenioribus quam causa postulet. Ais esse uadimonium desertum.
quesiuit a te statim, ut romam rediit quintius, quo die uadimo
nium istud (fatearis esse dicere) respondisti statim nonis februariis discedens in me
moriam rediit quintius quo die roma in galliam profectus sit.
sed ad ephemeridem reuertitur. inuenitur dies profectionis pridie kalendas febr. nonis
februariis si rome fuit causa nihil dicimus quin tibi uadimonium
promisit. quid. hoc inueniri qui potest. profectus est una L. albius
homo cum in primis honestus, dicet testimonium: prosecuti sunt fa
miliares et albium et quintium, testes tot quibus omnibus causa in
stissima est, cur scire potuerint, nulla cur mentiantur. cum (Dicent hi quoque testimonium litteris P. Quintij)
a stipulatore tuo comparabuntur. Et in hac huiusmodi causa. P.
quintius laborabit, et diutius in tanto metu miser periculoque
uersabitur, et uehementius tua gratia aduersarij perterrebit, quam quod
fides uidui consolabitur. uixit semper inculte atque horride
natura tristi atque recondita fuit non ad solatium non campo
non in conuiuiis conuersatus est. Id egit ut amicos obseruantia

ut rem parsimonia retinerent, antiquique officii rationem dilexit. Cuius
splendor omnibus his moribus obsolevit. At si in causa pari disce-
dere inferior videretur, tamen esset non mediocriter conquerendum. nunc
in causa superiore ne ut par quidem sit, postulat inferiorem esse patitur
dumtaxat usque eo ne cum bonis fama fortunisque omnibus Sex. Nevii
cupiditati crudelitatique dedatur. Docui quod primum pollicitus
sum. C. Aquilio causam non fuisse cur postularet, quod neque pecunia
debebatur, et si maxime deberetur commissum nihil esset. quare nihil ad istam
rationem perveniretur. Attendite nunc ex edicto pretoris bona P. Quintii
possidere nullo modo potuisse. Tractatur edictum qui fraudationis
causa, non est is Quintius nisi latitaret. Qui a negotiorum
suum relicto procuratore profisciscitur. Cui heres non extabit.
ne is quidem, qui exilii causa verterit solum. quo tempore existimas
oportuisse Nevi absentem Quintium defendi, aut quo tum eum po-
stulabas ut bona possideres nemo affuit. Neque enim quisquam di-
vinare poterat te postulaturum. nec quemquam attinebat, id recusare
quod pretor non fieri, sed ex edicto suo fieri iubebat. Quis locus igitur
absentis defendendi procuratori primus datus est, cum proscribebas. ego affui,
non passus est. libellos deiecit Sex. Alphenus, qui primus erat officii gradus
procuratoris servatus est a procuratore summa cum diligentia. Videa-
mus que deinde consequuta sunt. hominem P. Quintii deprehendis in publico
conaris abducere. Non patitur Alphenus. vi tibi ademit, curat ut ad
domum reducatur ad Quintium. hic quoque summe constat procuratoris
diligentis officium. debere tibi dicis Quintium, procurator recusat. vada-
rius promittit, in ius vocat. Sequitur. iudicium postulas non recusat.
Quid aliud sit absentem defendi ego non intelligo: at quis erat procu-
rator? credo aliquem electum egentem hominem litigiosum, improbum qui posset
scurre divitis deuicti quotidianum sustinere convitium. nihil minus eques
romanus locuples sui negotii bene gerens. Denique is quem quotiens
Nevius in galliam profectus est, procuratorem rome reliquit. Et
audes sexte Nevi negare defensum esse Quintium, cum eum defen-
derit idem qui te solebat. et cum is iudicium acciperet pro Quintio cui
tu rem et famam tuam commendare proficiscens et concedere solebas.
conaris hoc dicere neminem extitisse qui Quintium iudicio defen-

derit. Postulabam inquit ut satis daret eum de iniuria, postulabas, ita vide-
batur. Recusabat Alphenus. Ita verum, pretor decernebat. Tribuni quoque ap-
pellabantur: hic te inquit teneo. non est istud pati, neque iudicio defen-
dere, cum auxilium a tribunis petas. Hoc ego tecum, attendo, qui prudentio
sit Hortensius, dicturum eum esse non arbitror. non cum antea dixisse au-
dio et causam ipsam considero, quid aliud dicere possit non reperio.
Fatetur enim libellos Alphenum deiecisse. Vadimonium promisisse. Iudicium
quin acciperet in ea ipsa verba que Nevius edebat non recusasse. Ita
tamen more & instituto per eum magistratum qui auxilii causa constitu-
tus est, aut hec facta non sunt necesse est, aut C. Aquilius talis vir iudex
iuratus hoc ius in civitate constituat: cuius procurator non omnia iudicia
que quisque in verba postularet, acceperit, cuius procurator
a pretore tribunos appellare ausus sit. eum non defendi, eius bona
recte possideri posse, ei misero absenti, ignaro fortunarum suarum
omnia vite ornamenta per summum dedecus & ignominiam diripi con-
venire. Quod si probari nemini potest, illud certe probari omnibus
necesse est, defensum esse iudicio absentem Quintium. Quod cum ita est
ex edicto bona possessa non sunt. At enim tr. pl. ne audierunt quidem.
fatetor si ita est procuratorem decreto pretoris oportuisse parere. Quid
si M. Brutus intercessurum se dixit, palam nisi quid inter ipsum
alphenum et Nevium conveniret. videtur, ne intercessisse appellatio tri- appellatio
bunorum non more, sed auxilii causa. Quid deinde fit? alphenus
ut omnes intelligere possent iudicio defendit Quintium, nequa
subesse posset aliena aut ipsius officio, aut huius estimatione
suspitio viros bonos complures advocat. Testantur isto audiente
se pro communi necessitudine id primum petere. nequid atrocius in pub-
licum Quintium absentem sine causa facere conetur. sin autem inimi-
cissime atque infestissime contendere perseveret, se paratum
esse omni recta atque honesta ratione defendere. quod petat non de-
beri se iudicium id quod dederat accipere, omnes rei conditionisque eius
tabellas obsignarunt viri boni complures, res in dubium venire
non potest. Fit re rebus omnibus integris neque proscriptis, neque possessis
his bonis, ut alphenus promictat Nevio sisti Quintium. Venit ad
vadimonium Quintius tacet, res in controversia isto calumpniante

biennium usque dum inueniretur qua ratione res abusitata consuetudine
recideret. Et in hoc singulare uidetur causa omnis concluderetur
quod officium aliquis [al. quale] commemorauit procuratoris pot. quod ab alpheno
preteritum et uideatur. Quid affertur quare .P. quintius absens
negatur et defensum. An non id quod hortensius quia nuper iniecit, et
quare neuius semper id clamitat, dicturum arbitror non fuisse ne
minem parem certationem cum alpheo illo tempore illis damnationibus. [dimicationibus]
Quid si uelim confiteri illud opinor concederent [al. dant], non procuratorem
P. quintij neminem fuisse, sed gratiosum fuisse. Mihi autem ad
uincendum satis est fuisse procuratorem: qui cum experiri posset, qui
is fuit, si non absentem defendebat, plures et magistratum nihil ad
rem arbitror pertinere. Erat .n. inquit illarum partium. Quid ni,
qui apud te esset [erat] educatus, quem tu a puero sic instituisses, ut
nobilis ne gladiatori quidem uereretur, sic tu semper [sime] corrupisti. Idem
nolebat alphenus ea re tibi cum eo pax contentio erat. Bruti inquit [Brutum]
erat familiaris. Itaque is intercedebat. Tu contra brutum, qui
contra iniuriam decernebat omnium denique illorum qui tum et poterant
per uim et scelus plurimum et quod poterant, id audebant. An tu
omnes istos uincere nolebas, qui nunc tu uincas, tantopere laboranti.
[Aude id T] In de eo dicere non palam, sed his ipsis quos aduocasti, tamet si
nolo eam rem commemorando renouare, cuius omnino rei memoriam
omnem tolli funditus: ac deleri arbitror oportere. Unum illud dico si
propter partium studium potens erat alphenus: potentissimus neuius. Si fre
tus gratia postulabat aliquid iniquius alphenus: Multa iniquiora ne
uius impetrabat. Neque enim inter studium nostrum [uestrum] quicquam ut opinor in
terfuit, ingenio, uetustate, artificio tu facile uicisti, ut alia obmittam
hoc satis est alphenus cum his quibus propter eos perijt, quos diligebat. Tu post
qui tibi erant amici non poterant uincere, ut amici tibi essent qui
uincebant effecisti. Quod si tibi cum partius [b] cum alpheo fuisse non putas,
quia tum aliquem contra te aduocare poterat, quia magistratus aliquis
repperiebatur, apud quem alphenus causam consisteret, quid hoc tempore
quintio statuendum est: cui neque magistratus adhuc equus inuentus est.
neque iudicium redditum est usitatum, non conditio, non sponsio, non
denique ulla umquam intercessit postulatio, mitto equus. Verum an hoc

tempus nephando quidem audita de re pecuniaria cupido contendere non
licebat. At ea controuersia nihil ad me attinet. Cum capitis duas esse opor
tet, accusatori tibi ita necesse est, non inquit nisi tu ante nono non priore loco
dixeris: dicendum necessario est restituendus ore ad arbitrium uirum uides
ipse ac archarbiter, quid tam tuis tu aliquem patronum inuenies, hominem [l. creabit / l. arcebit]
antiqui officij, qui splendorem omnium [nrm] et gratiam neglegat. Pro me pugna
bat .L. philippus, eloquentia, grauitate, honore florentissimus ciui
tatis, dicet hortensius excellens ingenio, nobilitate, estimatione.
Aderunt autem [tu] homines nobilissimi atque potentissimi, et eorum [quorum] frequentia
et consensu non meo. P. quintius, qui de capite decernit, sed qui uos q
extra periculum sit perhorrescat. Hec est iniqua certatio, non illa qua tu [tu]
contra alphenum equitabas: huic ne ubi consisteret, contra te locum re
liquisti. Quare aut doceat oportet alphenum negasse se procuratorem
esse, non decrisse libellos uidetur attigisse noluisse: aut [cum] hec ita facta sit! [ex edicto te bona .P. Quintij non
ex edicto possedisse [sis]: quero cur bona non uenierint, cur ceteri sponso possedisse concedas. etenim si]
res et creditores non conuenerint, nemo ne fuit, cui deberet quintius.
Fuerunt [et complures fuere.] preterea quod .C. frater aliquantum eris alieni reliquerat. Quid
ergo est. homines erant ab hoc omnis alienissimi et his debebatur, neque inquam quisque
inuentus est tam insigniter improbus qui uiolare .P. quintij exi
mationem absentis auderet. Unus fuit affinis: socius, necessa
rius sextus neuius: qui cum ipse ultro deberet, qui quasi eximio pre
mio sceleris exposito cupidissime contenderet, ut per se afflictum [euersum propinquum]
atque deiectum [euersum] sui non modo honeste partis bonis, uerum etiam com
luce priuaret. Ubi erant ceteri creditores, denique hoc tempore
ubi sunt. Quis est qui fraudationis causa latuisse dicat: Cuius [Quis]
qui absentem defensum esse neget quintium. Nemo inuenitur. At
contra omnes quibuscum ratio huic aut est, aut fuit assunt, defendunt.
Fides huius multis locis cognita ne perfidia. Sexti. neuij derogetur
laborant. in huiusmodi sponsionem. Testes dare oportebat ex eo numero
qui hec dicerent. Uadimonium mihi deseruit, me fraudauit a
me nomen eius qui fraudatus esset, infitiatus esset. diem petiuit. [quod inficiatus esset]
Ego experiri non potui, latitauit, nullum procuratorem reliquit. horum
nihil dicitur, parantur testes qui hoc iudicant. Uerum opinor uidere [bi]
mus cum dixerint. Unum tamen hoc cogitent isti [ita se] si graues esse [ut] sinceritate

nollent retinere, grauitatem possint optinere: si eam negligendo tam leues sint, ut omnes intelligant, non optinendum mendacium, sed ad uerum probandum auctoritatem adiuuare. Ego hec duo quero primum qua ratione neuius susceptum negotium transegerit, hoc est cur bona que ex edicto possidebat non uendiderit. Deinde cur ex tot creditoribus aliis ad istam rationem nemo accesserit, ut necessario confiteare neque tam temerarium quemquam fuisse, neque ipsum quod turpissime suscepisses perseuerare, et transigere potuisse. Quid si tu ipse Sex. neui statuisti bona P. quintii ex edicto possessa non esse? opinor tuum testimonium, quod in aliena re leue esset, id in tua quoniam contra te est grauissimum debet esse. Emisti bona Sexti alpheni L. Sylla dictatore uendente, socium tibi in his bonis edidisti quintium. plura non dico cum eo, tu uoluntariam societatem coibebas, qui te in hereditaria societate fraudarat, et eum iudicio tuo comprobabas, quem spoliatum fama, fortunisque omnibus arbitrabare. diffidebam me hercule C. aquili satis animo certo et confirmato me posse in hac causa consistere. Sic cogitabam, cum contradicturus esset hortensius, et cum me esset attente auditurus philippus forte uti in multis in rebus timore prolaberer. Dicebam huic Q. roscio, cuius soror est cum P. quintio cum et me peteret et summe contenderet, ut propinquum suum defenderem, mihi perdifficile esse contra tales oratores, non modo tantam causam perorare, sed omnino uerbum facere conari. cum cupidius instaret homini pro amicitia familiarius dixi, mihi uideri ore durissimo esse, qui presente eo gestum agere conaretur. Qui uero cum ipso contenderent, eos et siquid antea recti aut uenusti habere uisi sunt, id amittere, nequid eiusmodi accideret. cum contra tales artifices dicturus essem me deterreri. Tum mihi roscius et alia multa confirmandi mei causa dixit, ut me hercule si nihil diceret, tanto ipso officio et studio quod debebat erga proximum suum quemuis commoueret. Etenim cum artifex eiusmodi sit, ut solus dignus uideatur esse qui in scena spectetur, tum uir eiusmodi est, ut solus dignus uideatur, qui eo non accedat. Verumtamen quid si inquit habes eiusmodi causam, ut in hoc tibi planum sit faciendum: neminem esse qui possit biduo ad summum triduo septingenta milia passuum ambulare, tu

ne uerearis ut possis hec contra hortensium contendere? Minime inquit. Sed quid ad rem? nimirum inquit in eo causa consistit. quomodo docet me huiusmodi rem et factum simul Sex. neuii: quod si solum proferretur, satis esse deberet, quod abs te C. aquili et ab uobis qui adestis in consilio quero ut diligenter attendatis: profecto intelligetis illam ab initio cupiditatem pugnasse et audaciam, hic ueritatem et pudorem quoad potuerit restitisse. bona postulas possedisse, ut ex edicto possidere liceat. quo die? te ipsum neui uolo audire, uolo inauditum facinus ipsius qui id commisit uoce et mentiri. dic neui diem ante quintum Kl. intercalares, bene ages. quam longe est hinc in saltum nostrum gallicanum neui? te rogo. septingenta milia passuum. optime. de saltu deicitur quintius. quo die? possumus, hoc quoque ex te audire? Quid taces? dic inquam diem. pudet dicere, intelligo uerum et sero: et ne cuiusquam pudet: deicitur de saltu. C. aquili pridie Kl. intercalares biduo post aut triduo ut statim de iure aliquis cucurrerit, non toto triduo. DCC. milia conficiuntur. O rem incredibilem. O cupiditatem inconsideratam. O nuntium uolucrem, ac ministri satellitesque Sex. neuii roma trans alpes in sebaginnos biduo ueniunt. O hominem fortunatum, qui eiusmodi nuntios, seu potius pegasos habeat. hic ego si crassi omnes cum antoniis existant, si tu L. philippe qui inter illos florebas, hanc causam uelles cum hortensio dicere, tamen superior sim necesse est. Non enim quemadmodum putatis omnia sunt in eloquentia. Est tamen quedam ita perspicua ueritas, ut eam infirmare nulla res possit. Antequam postulasti ut bona possideres, misisti qui curaret, ut dominus de suo fundo a sua familia ui deiceretur. Utrum libet eligere: alterum incredibile est, alterum nepharium, et ante hoc tempus utrumque inauditum. Septingenta milia passuum uis esse decursa biduo. dic. negas? antequam misisti: malo si enim illud dixeres, improbe mentiri uideres. cum hoc confiteris id te admisisse concedis quod ne mendacio quidem tegere possis: hoc consilium Aquilio et de talibus uiris tam cupidum tam audax, tam temerarium probabitur? Quid hec amentia? quid hec festinatio? quid hec immaturitas tanta significat? non uim, non scelus, non latrocinium, non denique omnia potius quam ius, quam officium, quam pudorem? Mittis iniussu pretoris. quo consilio? iniussu scilicet. Quid cum iussisset, tu mittere non ne poteras, postulaturus eras. quid? post dies triginta?

DCC.

pridie Kl. intercalares

Nempe si te nihil impediret, si uoluntas eadem maneret, si ualeres
denique, si uiueres pretor, si iussisset: opinor si uellet, si ualet, si ius
diceret, si nemo recusaret, qui et ipso decreto satisdaret, et iudicium
accipe uellet. denique oia que postulares, facere uoluisset, quid
ageres? renouares, que in gallia miseras? Atqui hic iam de
fraude expulsus, iam de suis penatibus preceps eiectus, iam qd
indignissimu e, seruorum suorum manibus nutrio atque impio tuo
uiolatus eet, corrigeres. hec tu postea de numus q̃ iniuria dice audes,
qui hoc concedas necesse e, ita te cu cupiditate et auaritia fu
isse, ut cu postea quid facturus eet, ignorares. Accedere aute
multa possent, ut spem maleficij prescribis in incerto reliqui te
poris euentu collocares. Atque hec perinde loquor quasi illo ipso tpe
cu te pretor iussisset ex edicto possidere, si in possessionem mi
sisses debueris, aut potueris. P. quintiu de possessione deturbare.
omnia sunt. C. aquili eiusmoi quiuis ut pspicere possit in hac
improbitate & grom cu inopia et ueritate contendere. Pretor
te quemadmodum possidere iussit. opinor ex edicto, sponsio que
in uerbo facta e. Si ex edicto pretoris. P. quintij bona possessa
no sunt. redeamus ad edictum id quod e quemadmodum iubet
possidere. Hunc quid est caue, C. aquili qn si longe aliter pos
sedit q pretor edixit, iste ex edicto no possederit. Ego de spo
sione interim nihil opinor. cognoscamus edictu, qui ex edicto
no meo in possessionem uenerit: de te loquitur neuij quead
modum putas. Aut si te ex edicto uenisse tibi quid facias definit
te instituit. in precepta dat, eos ita uidetur in possessione ee
oportere, quo q ibidem recte custodire potuerint, ibidem custo
diant, quod no potuerint: id auferre et abducere licebit. e quid
tu. inquit dominu inuitu detrudere no placet, eum ipsm qui
fraudandi causa latitet, eum ipsm que iudicio nemo defendit.
eu ipsm qui cu omnibus creditoribus suis male agit, inuitu
de predio detrudi uetat, proficiscenti in possessionem pretor ipse
Sex. neuij palam dicit, ita possideto ut tecu simul possideat
quintius: ita possideto, ut quintio ius no auferatur. e quid tu.
id quemadmodum obseruas. mitto illud dicere eu qui no latitaret

Nam p deos imortales, si Alphenus
q famitor. P. quintij tibi cu satis
daret, et iudiciu accipe uellet.

At hic qdem tu

sponsione uicerit

definit

cui rome

P. P. Quintio

cui rome domus, uxor liberi procurator esset, eu qui tibi uadimoniu
no deseruisset. hec omnia dico illud mitto, dico dnz expulsum ee
de predio, duos a familia sua manus illatas et ante suos libe
ros familiares. Hoc edicti iniu ne appellasset quid quintiu cu
simul esset: experiri posset quotidie: Deinde q omnia iudicia dif
ficillima cu summa sua inuidia maximoque periculo. P. quintij fieri
mallet, q illud pecuniariu iudiciu, quod uno die transigi posset.
ex quo uno hec omnia nata et profecta ee concedit, quo in loco con
ditione tuli si uellet pecunia. P. quintij iudicatu soluere. fiduia
turu aut siquid peteret, ipse pari conditione uteretur. ostendi
q multa ante fieri conuenerit, q hominis bona propinqui possidere
postularent: presertim cu rome domus, uxor, liberi eius, et proc
curator eque utrinsque necessarius. Docui cu desertu ee dicat ua
dimoniu, oio uadimoniu nullu fuisse, quo hunc die promisisse
dicat, eo die ne rome quide eum fuisse, testibus id me pollicitus
sum planu facturu qui et scire deberent, et causa cur mentirent
no haberent. Ex edicto aut no potuisse bona possideri demon
straui, quia neque fraudandi causa latitasset, neque exiliy ca solum
uertisse diceretur. Relliqui e ut eum nemo iudicio defenderit.
quod contra copiosissime defensum ee contendi, no ab homine
alieno, nec ab aliquo calumpniatore, relinqui re auu coluisset.
Neque eu si tribunos appellarit idcirco minus iudicio pati paratu
fuisse, neque potentia procuratoris neuio uis ereptum. Contra
istu potentia sua no tantummo superiorem fuisse: nunc nobis in pre
spirandi ptatem dare, quesiui que causa fuisset, cur bona non
uenissent, cu ex edicto possiderentur! deinde illud quoque requisiui quo
ratione ex tot creditoribus nemo, neque cu idem feceri, neque
nunc contradicat, omnesque pro. P. quintio pugnet, presertim cum
in tali iudicio testimonia creditoru existimentur ad rem maxime
ptinere. Postea sum usus aduersarij testimonio, qui sibi nuper
dedit socius ipse que quo nunc intendit, ne in uiuorum quide
nu tam demonstrat fuisse. tu illam incredibilem celeritatem,
seu potius illam audacia protuli, confirmaui necesse e aut biduo
septingenta milia passuu ee decursa, aut. Sex. neuiu diebus

l lares

solui satisdatione · Du ipse sigd uel

atque impbo! sed ab eqte Ro. ppinquo
et natio suo! que ipse Sex. Neuius
gnoratorem.

quod pluribus ante in possessionem misisse: quod postularet uti eius liceret
bona possidere. Postea recitari edictum, quod aperte dominum de predio
detrudi uetaret; in quo constitutum Neuium non possedisse ex edicto, cum
confiteretur ex predio ui detrusum esse quintium. Omnino autem bona
possessa non esse constitui quod bonorum possessio spectetur, non in aliqua parte
sed in uniuersis que teneri et possideri possint. dicis rome domum
fuisse, quo iste ne aspirauit quidem. seruos quod plures ex quibus posse-
derit iste nemo unquam ne attingeret quidem, quemquam fuisse quem attingere conatus
sit: prohibitum fuisse, quieuisse. Nam et ipsa in gallia cognoscitis in pre-
dia priuata quintij sex. neuium non uenisse. Denique ex hoc ipso saltu
quem per uim expulso socio possedit, seruos priuatos quintij omnes
eiectos esse. Ex quo et ex ceteris dictis, factis, cogitatisque sex. neuij
quiuis potest intelligere istum nihil aliud egisse, neque agere nunc nisi
uti per uim, per iniuriam, per iniquitatem iudicij totum agrum qui communis
est suum facere possit. Nunc causa perorata, res ipsa et periculi magnitudo c.
aquili cogere uidetur ut te atque eos qui tibi in consilio sunt obsecrare
obtestarique. P. quintius per senectutem ac solitudinem suam nihil aliud
nisi ut uestre nature, bonitatique obsequamini. Ut cum ueritas hec faciat
plus huius inopia possit ad misericordiam, quam illius opes ad crudelitatem.
quo die ad te iudicem uenimus: eodem die illorum minas, quas ante
horrebamus negligere cepimus, si causa cum causa contenderet. idcirco
nobis etiam te iudice opus esse arbitrati sumus. Causa res. nunc in discrimine
uersatur utrum possit ne se contra luxuriem ac licentiam rusticana illa
atque inculta parsimonia defendere an deformata, atque ornamen-
tis omnibus spoliata nuda cupiditati, petulantieque addicatur. Non opor- comparat se tecum
tet te cum gratia P. quintius sex. neuio, non opibus, non facultate conten-
dit. Omnes tuas artes, quibus tu magnus es tibi concedit; fatetur se
non belle dicere, non ad uoluntatem loqui posse; non ab afflicta amici-
tia transfugere, atque ad florentem aliam deuolare, non profusis
sumptibus uiuere, non ornare magnifice, splendideque conuiuium,
non habere domum clausam pudori et sanctimonie: patentem, atque adeo ex-
positam cupiditati & uoluptatibus. Contra sibi officium fidem et dili-
gentiam, uitam omnino semper horridam atque aridam cordi fuisse
ita superiorem esse ac plurimum posse: his moribus sentit. quod quidem est.
ista superiora

in nos nraz pfacle cuius pbaturos statuebaz?: quod uite no ai fone uite decerneret.

non usque eo, ut in capite, fortunisque hominum honestissimorum dominentur hi qui re-
licta uirorum bonorum disciplina et questum et sumptum gallonij sequi ma-
luerunt, atque etiam quod in illo non fuit cum audacia perfidiaque uixerunt.
Si licet uiuere eum, quem sex. neuius non uult: Si est homini honesto
locus in ciuitate inuito neuio, si fas est respirare P. quintium contra
nutum dicionemque neuij, si que pudore ornamenta sibi peperit ea pot-
contra petulantiam te defendente obtinere. Spes est et hunc miserum
atque infelicem aliquando tandem posse consistere. Sin et poterit neuius
id quod libet, et ei libebit et id quod non licet: quid agendum est.
quis appellandus est deus, cuius hominis fides imploranda est.

qui denique questus, qui meror dignus inueniri in cala-
mitate tanta potest? miserum est exturbari fortunis omnibus. Miserius
est iniuria. Acerbum est ab aliquo circumueniri acerbius a propinquo.
Calamitosum est bonis euerti: calamitosius cum dedecore, funestum
est a forti atque honesto uiro iugulari: funestius cuius uox in pre- atque superiore.
conio questu prostitit. Indignum est a pari uinci; indignius ab
inferiore atque humiliore, luctuosum est tradi alteri cum bonis, luc-
tuosius inimico. horribile est causam capitis dicere: horribilius
priori loco dicere. Omnia circumspexit quintius, omnia periclitatus perditatus
est. C. aquili non pretorem modo a quo ius impetraret inuenire po-
tuit: atque adeo ne unde arbitratu quidem suo postularet. Sed ne
amicos quidem sex. neuij, quorum sepe et diu ad pedes iacuit stra-
tus: obsecrans per deos immortales, ut aut secum iure contenderet:
aut iniuriam sine ignominia sibi imponerent. Denique ipsius
inimici uultum superbissimum subijt quintius sex. neuij lacrimans ma-
num prendit in propinquorum bonis proscribendis exercitatam, obsecra-
uit: per fratris sui mortui cinerem, per nomen propinquitatis, per ipsius
coniugem et liberos quibus propior P. quintio nemo est, ut aliquando
misericordiam caperet aliquam, sed non propinquitatis, at etatis sue:
si non hominis, at humanitatis rationem haberet: ut secum aliquid
integra sua fama qualibet dummodo tollerabili conditione transi-
geret, ab ipso repudiatus, ab amicis eius non subleuatus, ab omni
magistratu agitatus atque perterritus. Quem preter te appellet

habet neminem. Se tibi omnis suas opes, fortunasque commendat: tibi committit existimationem ac spem reliquae vitae, multis vexatus contumeliis, plurimis iactatus iniuriis. Non turpis a te, sed miser confugit e fundo ornatissimo eiectus, ignominiis omnibus appetitus, cum illum in non paternis bonis dominari videret. ipse filiae mihi dotem conficere non posset, nihil alienum tamen vita superiore commisit atque obteret C. Aquili, ut quam existimationem, quam honestatem in iudicium tuum prope acta iam aetate, decursaque attulit, eam hoc te ei secum ex hoc loco efferre. Ne his omnibus de cuius officio nemo umquam dubitavit, hoc denique anno dedecore, macula turpissimaque ignominia notetur: ne ornamentis eius omnibus. Sex. Naevius pro spoliis abutatur: ne per te feratur quominus quae existimatio P. Quintium usque ad senectutem perduxit, eadem usque ad rogum prosequatur:

M. T. C. PRO A. CLVENTIO HABITO ORATIO AD IVDICES INCIPIT

Animadverti iudices omnem accusatoris orationem in duas divisam esse partes, quarum altera mihi niti et magnopere confidere videbatur invidia iam inveterata iudicii Iuniani; altera tantummodo consuetudinis causa timide et diffidenter attingere rationem veneficii criminum. Qua de re lege haec est quaestio constituta. Itaque mihi certum est, hanc eandem distributionem invidiae et criminum, sic in defensione servare ut omnes intelligant nihil me nec subterfugere voluisse reticendo, nec obscurare dicendo. Sed cum considero quo mihi in utraque re sit elaborandum: altera pars est ea quae propria est iudicii et legitimae veneficii quaestionis, quae mihi brevis et non magnae in dicendo contentionis fore videtur: altera autem quae procul ab iudicio remota est, quae contionibus seditiose concitatis accommodatior est, quam tranquillis moderatisque iudiciis. perspicio quantum in agendo difficultatis et quantum laboris sit habitura. Sed in hac tanta difficultate illo me res tam iudices consolatur, quod vos de criminibus sic audire

consuestis, ut eorum omnem dissolutionem ab oratore quaeratis, ut non existimetis plus vos ad salutem reo largiri oportere, quam quantum defensor purgandis criminibus consequi et probare dicendo potuerit: de invidia sic autem inter vos disceptare debetis, ut non quid dicatur a nobis, sed quid oporteat dici consideretis. Agitur enim in criminibus A. Cluentii proprium periculum, in invidia causa communis. Quamobrem alteram partem causae sic agemus, ut vos doceamus: alteram sic ut oremus. In altera diligentia vestra nobis adiungenda est: in altera fides imploranda. Nemo est enim qui invidiae sine vestro ac sine talium virorum subsidio possit resistere. Equidem quod ad me attinet, quo me vertam nescio. Negem illam fuisse infamiam iudicii corrupti: negem esse illam rem agitatam in contionibus iactatam, in iudiciis commemoratam in senatu? evellam ex animis hominum tantam opinionem, tam penitus insitam, tam vetustam? non est nostri ingenii. Vestri auxilii est iudices huius innocentiae, sic in hac calamitosa fama, quasi in aliqua perniciosissima flamma atque in communi incendio subvenire. Etenim sicut aliis in locis parum firmamenti, et parum virium veritas habet, sic in hoc loco falsa invidia imbecilla esse debet. Dominetur in contionibus iaceat in iudiciis, valeat in opinionibus ac sermonibus imperitorum ab ingeniis prudentium repudietur: vehementes habeat repentinosque impetus, spatio interposito, et causa cognita consenescat. Denique illa definitio iudiciorum aequorum, quae nobis a maioribus tradita est, retineatur ut in iudiciis sine invidia culpa plectatur; et sine culpa invidia ponatur. Quamobrem a vobis iudices antequam de ipsa causa dicere incipio haec postulo: primum id quod aequissimum est, ut ne quid huc praemeditati afferatis. Etenim non modo auctoritatem, sed etiam nomen iudicum amittemus, nisi hic ex ipsis causis iudicabimus, ac si ad causas iudicata facta domo deferemus. deinde si qua opinionem iam nostris mentibus comprehendistis, si eam ratio convellet, si denique veritas extorquebit, ne repugnetis, eamque aut libentibus aut aequis remittatis. Tum autem cum ego unumquodque de re dicam et diluam, ne ipsi quod contrarium sunt tacite cogitationi vestrae subiciatis: sed ad extremum exspectetis, et me meum dicendi ordinem servare patiamini. cum per

si oratio labefactabit

oratum fuerit, siquid erit peritum animo regratus. Ego me iudices
ad eam causam accedere, que iam per annos octo continuos ex con
traria parte auditur, atque ipsa opinione hominum tacita prope con
victa atque damnata sit, facile intelligo. Sed siquis mihi deus
vestram ad me audiendum benivolentiam conciliarit, efficiam profecto
ut intelligatis, nihil esse homini tam timendum quam invidiam, nihil inno
centi suscepta invidia tam optandum quam equum iudicium, quod in hoc uno
denique falsae infamiae finis aliquis atque exitus repperiatur.
Quobrem magna me spes tenet, si ea que sunt in causa, explicare et omnia
dicenda consequi potuero. hunc locum consessumque vestrum, quem illi horribilem
A. cluentio ac formidolosum fore putaverunt: eum tandem eius fortune
misere, multumque iactate portum atque perfugium futurum, tametsi permulta
sunt, que mihi antequam dicam: dico de communi invidie periculo dicenda
esse videantur, tamen ne diutius oratione mea suspensa expectatio vestra
teneatur, aggrediar ad crimen cum illa deprecatione iudices, qua mihi
sepius utendum esse intelligo. sicut me audiatis quasi hoc tempore
hec causa primum dicatur, sicuti dicitur non quasi sepe iam dicta et
ut quasi numquam probata sit. hodierno enim die primum veteris istius
criminis diluendi potestas est data. Ante hoc tempus error in hac causa
atque invidia versata est. Quaobrem dum multorum annorum actioni bre
viter, dilucideque respondeo, queso ut me iudices sicut facere instituis
tis, benigne, attenteque audiatis. Corrupisse dicitur A. cluentius
iudicium pecunia quo inimicum suum innocentem statium albium condem
naret. ostendam iudices primum, quoniam caput illius atrocitatis atque
invidie fuit, innocentem pecunia reo eventum neminem umquam in minori
bus criminibus, gravioribus testibus esse in iudicium vocatum.
deinde ea de eo preiudicia esse facta, ab ipsis iudicibus, quibus condem
natus est, ut non ab isdem, sed ab aliis quidem ullis absolvi ullo modo
posset, cum hoc docuero, tum illud ostendam, quod maxime requiri in
telligo, iudicium istud pecunia esse corruptum, non a cluentio, sed
contra cluentium, faciamque ut intelligatis in tota illa causa quid res
illa tulerit, quid error attulerit, quid invidia conflarit. Primum igitur
illud est quo intelligi possit debuisse cluentium magnopere cause confi
dere, quod certissimis criminibus et testibus fretus ad accusandum

descenderit. hoc loco faciendum mihi iudices est: ut vobis breviter illa
quibus albinus est condemnatus crimina exponam, abs te peto oppiani
ce ut me invitum de patris tui causa dicere existimes adductum fide
atque officio defensionis. etenim tibi si in presentia satisfacere non po
tuero: tamen multa mihi ad satisfaciendum reliquo tempore facultates
dabuntur. Cluentio nisi nunc satisfecero, postea mihi satisfaciendi
potestas non erit. Simul et illud quis est qui dubitare debeat contra
damnatum et mortuum pro incolumi et vivo dicere? cum illi in
quem dicitur damnatio, omne ignominie periculum iam abstulerit.
mors non etiam doloris. huic autem pro quo dicitur nihil possit of
fensionis accedere, sine acerbissimo animi sensu et dolore, et sine
summo dedecore vite ac turpitudine. atque ut intelligatis cluen
tium non accusatorio animo, non obtestatione aliqua aut glorio
adductum, sed nepharijs iniuditijs quotidianis insidijs proposito
ante oculos vite periculo, nomen oppianici detulisse. paulo longius
exordium rei demonstrande petam. quod queso iudices non moleste
patiamini: principijs enim cognitis, multo facilius extrema intellige
tis. Aulus cluentius: abitus fuit pater huiusce iudices, ho
mo non solum municipij larinatis ex quo erat, sed etiam regionis illius et
vicinitatis virtute, existimatione, nobilitate facile princeps. is
cum mortuus esset, sylla et pompeio consulibus reliquit hunc annos
xv. natum autem grandem et nubilem filiam, que brevi tempore post
mortem patris nupsit. A. aurio melino consobrino suo: adole
scenti in primis ut tum habebatur inter suos et honesto et nobili.
Cum essent hec nuptie plene dignitatis, plene concordie, repente
est exorta mulieris importune libido non solum dedecore, verum etiam
scelere coniuncta. Nam sassia mater huius abiti, mater. n. a me
omni causa, tametsi in hunc hostili odio et crudelitate est mater
tamen appellabitur, neque umquam de suo scelere et immanitate audiet
ut nature nomen amittat. Quo enim est ipsum nomen amantius indul
gentiusque maternum: hoc illius matris, que multos iam annos et
nunc cum maxime filium interfici cupit singulare scelus, maiore
odio dignum esse ducetis. Ea igitur mater abiti melini illius adolescentis
generi sui, contra quam fas erat amore capta primo neque id ipsum

diu, quoquo poterat, in illa cupiditate continebatur. Demum ita flagrare
coepit amentia, sic inflammata ferri libidine, ut eam non pudor, non pu
dicitia, non pietas, non macula familiae, non hominum fama, non filii
dolor, non filiae maeror a cupiditate revocaret. Animum adolescentis
nondum consilio ac ratione firmatum pellexit. His omnibus rebus illa aetas
capi ac deliniri potest. Filia quae non solum illo communi dolore muliebri in
eiusmodi viri iniuriis angeretur, sed nepharium matris pellicatum
ferre non posset, de quo ne queri quidem sine scelere se posse arbitra
retur, ceteros sui tanti mali ignaros esse cupiebat, in huius sui
amantissimi fratris gremio et manibus maerore et lacrimis
consenescebat. Ecce autem subitum divortium, quod solatium malorum omnium
fore videbatur. Discedit a Melino Cluentia ut in tantis iniuriis non
invita, et ab viro non libenter. Tum vero illa egregia et praeclara mater
palam exultare laetitia ac triumphare gaudio coepit, victrix filiae non
libidinis. Itaque diutius suspicionibus obscuris laedi famam suam
noluit, lectum illum genialem, quem biennio ante filiae suae nubenti
straverat, in eadem domo sibi ornari et sterni expulsa atque
exturbata filia iubet. Nubit genero socrus, nullis auspicibus, nullis
auctoribus, funestis ominibus omnium. O mulieris scelus incredi
bile, et praeter hanc unam in omni vita inauditum. O libidinem effrenatam
et indomitam. O audaciam singularem. Non timuisse, si minus vim
deorum hominumque famam, at illam ipsam noctem, facesque illas nuptiales,
non limen cubiculi, non cubile filiae, non parietes denique ipsos superiores
testes nuptiarum. Perfregit ac prostravit omnia cupiditate ac fu
rore. Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia.
Nam tulit hoc commune dedecus iam familiae cognationis nominis graviter
filius: augebatur autem eius molestia quotidianis querimoniis
et assiduo fletu sororis. Statuit tamen nihil sibi in tantis iniu
riis ac tanto scelere matris gravius esse faciendum, quam ne ut illa matre
uteretur, ne quae videre sine summo animi dolore non poterat, ea si
matre uteretur, non solum videretur, sed etiam probare suo iudicio
putaretur. Initium quod huic cum matre fuit simultatis audi
vistis, pertinuisse hoc ad causam, tamen cum reliqua cognove
ritis, intelligetis. Nam illud me non praeterit, cuiuscumque modi, cumque

mater sit, tamen in iudicio filii de turpitudine parentis dici non
oportere. Non essem ad ullam causam ydoneus, si hoc quod in communibus hominum
sensibus atque in ipsa natura positum atque fixum est, id ego qui ad hominum
pericula depellenda adhiberer non viderem. Facile intelligo, non modo
reticere homines parentum iniurias, sed etiam animo aequo ferre oportere.
Sed ego ea quae possunt ferri ferenda, quae tacenda taceri ego esse arbit
ror. Nihil in vita vidit calamitatis A. Cluentius, nullum periculum
mortis adiit, nihil mali timuit, quod non totum a matre esset confla
tum et profectum, quae hoc tempore sileret omnia, atque ea si oblivione
non posset, tamen taciturnitate sua tecta esse pateretur. Sed ea vero sic
agitur, ut prorsus reticere nullo modo possit. Hoc enim ipsum iudicium,
hoc periculum, illa accusatio, omnis testium copia quae futura est, a matre
initio est adornata, a matre hoc tempore instruitur, atque omnibus
eius opibus atque copiis comparatur. Ipsa denique nuper Larino huius oppri
mendi causa Romam advolavit: praesto est mulier audax, pecunio
sa, crudelis, instituit accusatores, instruit testes. Squalore
huius et sordibus laetatur, exitium exoptat, sanguinem suum pro
fundere omnem cupit, dummodo profusum huius ante videat. Haec
nisi omnia perspexeritis, in causa temere a nobis illam appellari
putatote. Sin autem erunt aperta ac nepharia, Cluentio ignoscere
debebitis, quod hoc a me dici patiatur, mihi ignoscere non debebitis si
tacuero. Nunc iam summatim exponam quibus criminibus Oppiani
cus damnatus sit, ut et constantiam A. Cluentii et rationem
accusatoris perspicere possitis, ac primum causam accusandi quae fuerit,
ostendam, ut ipsum A. Cluentium vi ac necessitate coactum fecisse vi
deatis. Cum manifesto venenum deprehendisset, quod vir matris Op
pianicus ei paravisset, et res non coniectura, sed oculis ac manibus
teneretur, neque in causa ulla dubitatio posset esse, accusavit Opi
anicum; quam constanter et diligenter postea dicam. Nunc hoc vos scire
velim, nullam huic aliam causam accusandi fuisse, nisi ut pro
positum vitae periculum et quotidianas capitis insidias hac una
ratione vitaret. Atque ut intelligatis his esse accusatum crimi
nibus Oppianicum, ut neque accusator timere, neque reus sperare
debuerit, pauca vobis illius iudicii crimina exponam, quibus

cognitis nemo uestrum mirabitur illum diffidentem rebus suis ad
[Staienum] Stalenum atque ad pecuniam confugisse. Larinas quedam fuit Dinea
socrus Oppianici, que filios habuit M. [Aurium] et Numerium Aurios et Cn. Ma- [l' Aurium et Numerium Magium et filiam Magiam]
gium et filiam Magiam nuptam Oppianico. M. Aurius adolescentulus
bello Italico captus apud Asculum in Q. Sergii senatoris [eius] eius qui
inter sicarios damnatus est manus incidit, et apud eum fuit
in ergastulo. [Numerius] M. autem Aurius mortuus est, heredemque Cn. [Numerium] Magium
fratrem suum reliquit. Postea Magia uxor Oppianici mortua est.
postremo unus qui reliquus erat Dinee filius Cn. [Numerius] Magius mor
tuus est. Is fecit heredem illum adolescentem [tulum] Oppianicum sororis sue
filium, eumque partiri cum Dinea matre iussit. Interim uenit index
ad Dineam, neque obscurus neque incertus: qui nuntiaret ei filium
eius M. Aurium uiuere, et in agro Gallico esse in seruitute. Mulier
amissis liberis, cum unius filii recuperandi spes esset ostentata,
omnes suos propinquos, filiique sui necessarios conuocauit, et ab his
flens petiuit, ut negotium susciperent, adolescentem inuestigarent,
sibi restituerent eum filium, quem tamen unum ex multis fortuna reli
quum esse uoluisset. Hec cum agere instituisset, oppressa morbo est. Itaque
testamentum fecit eiusmodi ut illi filio sestertium legaret: heredem institu [.XL. milia.]
et illum Oppianicum nepotem suum, atque his diebus paucis est mortua.
P ropinqui tamen illius quem admodum uiua Dinea constituerant, ita mor
tua illa ad inuestigandum Aurium cum eodem illo indice in agrum
Gallicum profecti sunt. Interim Oppianicus ut erat sicuti multis
ex rebus reperietis singulari scelere et audacia per quendam
Gallicanum familiarem suum primum illum indicem pecunia corrupit.
deinde ipsum Aurium non magna iactura facta tollendum interfici
endumque curauit. Illi autem qui erant ad propinquum inuestigandum
et recuperandum profecti litteras Larinum ad Aurios illius adole
scentis propinquos, suosque necessarios mittunt, sibi difficilem
esse inuestigandi rationem, quod intelligerent [cum] indicem ab Oppiani
co esse corruptum. Quas litteras M. Aurius uir fortis et
experiens et domi nobilis M. illius [Aurii] propinquus, in foro palam
audientibus, cum adesset Oppianicus recitat, et clarissima uoce
se nomen Oppianici si interfectum M. Aurium comperisset delaturum

esse testatur. Interim breui tempore illi qui erant in agrum Gallicum
profecti, Larinum reuertuntur: interfectum esse M. Aurium renuntiant.
A nimi non solum propinquorum, sed etiam [omnium] Larinatum [tum] odio et Oppianici et
illius adolescentis misericordia commouentur. Itaque cum A. Aurius is qui
antea denuntiarat clamore hominem ac [minis] numerius insequi cepisset.
Larino profugit, et se in castra clarissimi uiri Q. Metelli con
tulit. Post illam [autem] fugam et sceleris [scelere] et conscientie testem numquam [numquam inermem inimicis]
se iudiciis, numquam Larinum in legibus committere ausus est. Sed
per illam L. Sylle uim atque uictoriam, Larinum in summo timore
omnium cum Larinatis aduolauit. Quattuor uiros quos municipes
fecerant sustulit. Se a Sylla et alios [praeterea] tres postea factos esse dixit
et ab eodem sibi esse imperatum, ut Aurium illum qui sibi delationem
nominis et capitis periculum ostentarat, et alterum Aurium, et eius L. C.
filium, et Sex. Uirium [Vibium] quo sequestre in illo indice corrumpendo dicebatur
esse usus proscribendos interficiendosque curauit [ret]. Itaque illis crude
lissime interfectis non mediocri ab eo ceteri proscriptionis et
mortis metu terrebantur. His rebus in causa iudicioque patefactis
quis est qui illum absolui potuisse arbitraretur? atque hec
parua sunt. cognoscite reliqua ut non [ut] aliquando condemnatum
esse Oppianicum, sed aliquamdiu incolumem fuisse miremini. Primum
uidete hominis audaciam, Sassiam in matrimonium ducere cupi
matrem illam, cuius uirum A. Aurium occiderat, concupiuit. utrum
impudentior hic qui postularit an crudelior illa si nubat, difficile
dictu est, sed tamen utriusque humanitatem, constantiamque cognoscite.
P etit Oppianicus ut sibi Sassia nubat, et id magnopere contendit.
illa autem non admiratur audaciam non impudentiam aspernatur. Non
denique illam Oppianici uiri sui sanguine redundantem refor
midat, sed quod haberet tres ille filios, idcirco se ab his nuptiis
abhorrere respondit. Oppianicus qui Sassie pecuniam concupi
uisset, domo sibi querendum remedium existimauit ad eam
moram que nuptiis afferebatur. Nam cum haberet ex Nouia
[infantem] ante filium: alter autem eius filius Papia natus Theani Apuli quod
[abest] a Larino decem et octo milia passuum, apud suam matrem educa
retur, accersit subito sine causa puerum Theano, quod facere

nisi ludis publicis aut festis diebus ante non solebat, mater nihil mali misera suspicans, mittit. Ille se Tarentum proficisci cum simulasset, eo ipso die puer cum hora xi. in publico valens visus esset, ante noctem mortuus, et postridie antequam luceret combustus est. Atque huic tantum merorem, matri prius hominum rumor quam quisquam ex Oppianici familia nuntiavit. Illa cum uno illo tempore audisset sibi non solum filium, sed et exequiarum munus ereptum, Larinum confestim exanimata venit, et ibi de integro funus iam sepulto filio fecit. Dies non dum decem intercesserant, cum ille alter filius infans necatur. Itaque nubit Oppianico continuo Sassia, letanti iam animo et spe optima confirmato. Nec mirum quae se non nuptialibus donis, sed filiorum funeribus delinitam videret. Itaque ceteri propter liberos pecunie cupidiores solent esse, ille propter pecuniam liberos amittere iocundum esse duxit. Sentio iudices vos pro vestra humanitate his tantis sceleribus breviter a me demonstratis vehementer esse commotos. Quo tandem animo fuisse illos arbitramini, quibus his de rebus non modo audiendum fuit, verum etiam iudicandum? Vos auditis de eo in quem iudices non estis, de eo quem non videtis, de eo quem odisse iam non potestis, de eo qui et nature, et legibus satisfecit: quem leges exilio, natura morte multavit. Auditis non ab inimico, auditis non sine testibus: auditis cum ea quae copiosissime dici possunt, breviter a me strictimque dicuntur. Illi audiebant de eo de quo iurati sententias ferre debebant: de eo cuius presentis nefarium et sceleratum vultum intuebantur: de eo quem omnes oderant propter audaciam, de eo quem omni supplicio dignum esse ducebant: audiebant ab accusatoribus: audiebant verba multorum testium, audiebant cum una quaque de re a P. Cannutio homine eloquentissimo graviter et diu diceretur. Et est quisquam qui cum hoc cognoverit, suspicari possit, Oppianicum iudicio oppressum et circumventum esse innocentem?

Acervatim iam reliqua iudices dicam, ut ad ea quae propiora huius cause et adminiculatiora sunt perveniam: vos quaeso memoria teneatis non mihi hoc esse propositum, ut accusem Oppianicum mortuum, sed cum persuadere hoc vobis velim, iudicium ab hoc

adiunctiora

non esse corruptum. Hoc uti initio ac fundamento defensionis, Oppianicum hominem sceleratissimum et nocentissimum esse damnatum. Qui uxori sue Cluentie, que amita huius Aviti fuit, cum ipse poculum dedisset, subito illa in media potione exclamavit se maximo cum dolore mori, nec diutius vixit quam locuta est. Nam in ipso sermone hoc, et vociferatione mortua est. Et ad hanc mortem tam repentinam, vocemque morientis, omnia preterea que solent esse indicia et vestigia veneni in illius mortue corpore fuerunt, eodemque veneno C. Oppianicum fratrem necavit. Neque hoc est satis tametsi in ipso fraterno parricidio nullum scelus pretermissum videatur, tamen ut ad hoc nepharium facinus accederet, aditum sibi aliis sceleribus ante munivit. Nam cum esset gravida Auria fratris uxor et iam appropinquare partus videretur [putaret], mulierem veneno interfecit, ut una illa et quod erat ex fratre conceptum necaretur.

Post fratrem aggressus est, qui sero iam exhausto illo poculo mortis, cum et de suo et de uxoris interitu clamaret, testamentumque mutare cuperet, in ipsa significatione huius voluntatis est mortuus. Ita mulierem ne partu eius ab hereditate fraterna excluderetur, necavit. Fratris autem liberos prius vita privavit, quam illi hanc a natura propriam lucem accipere potuerunt, ut omnes intelligerent nihil ei clausum, nihil sanctum esse posse, cuius audaciam fratris liberos ne materni quidem corporis custodie tegere potuisset. Memoria teneo Milesiam quandam mulierem cum essem in Asia, quod ab heredibus secundis accepta pecunia, partum sibi ipsa medicamentis abegisset rei capitalis esse damnatam. Neque iniuria, que spem parentis, memoriam nominis, subsidium generis, heredem familie designatum rei publice civem sustulisset. Quanto est Oppianicus in eadem iniuria maiore supplicio dignus? Siquidem illa cum suo corpori vim attulisset, se ipsam cruciavit: hic autem idem illud effecit per alieni corporis mortem atque cruciatum. Ceteri non videntur in singulis hominibus multa parricidia suscipere posse. Oppianicus inventus est, qui in uno corpore plures necaret. Itaque cum hanc eius consuetudinem audaciamque cognosset avunculus illius adolescentis Oppianici Magius, isque gravi

Numerius Magius 159

morbo affectus esset, et heredem illum sororis suae filium faceret, ami-
cis adhibitis, praesente matre sua Dinaea uxorem suam interrogavit, esset-
ne praegnans; quae cum se esse respondisset, ab ea petivit ut se mortuo
apud Dinaeam, quae tum ei mulieri socrus erat, quoad pareret, habi-
taret, diligentiamque adhiberet, ut id quod conceperat, salvaret, ut sal- [servaret]
vum parere posset. Itaque ei testamento legat grandem pecuniam a filio,
si qui natus esset [erit]; ab secundo herede nihil legat. Quid de Oppiani-
co suspicatus sit, videtis; quid iudicarit, obscurum non est; nam
cum eius [cuius] filium faceret heredem, eum tutorem liberis non ascripsit.
Quid Oppianicus fecerit cognoscite, ut illum Magium intelligatis longe animo
prospexisse morientem. Quae pecunia mulieri legata erat a filio, si qui
natus esset [erit], a secundo herede: eam praesentem Oppianicus non debitam mu-
lieri solvit, si haec solutio legatorum et non merces abortionis appellan-
da est: quo illa pretio accepto, multisque praeterea muneribus, quae tum ex tabulis
Oppianici recitabantur, spem illam, quam in alvo commendatam a viro
continebat, victa avaritia, sceleri Oppianici vendidit. Nihil posse iam ad
hanc improbitatem addi videtur: attendite exitum. Quae mulier ex
[obtestatione] ostentatione viri decem illis mensibus ne domum quidem ullam nisi
socrus suae nosse debuit, haec quinto mense post viri mortem ipsi Op-
pianico nupsit; quae nuptiae non diuturnae fuerunt. Erant enim non
matrimonii dignitate, sed sceleris societate coniunctae. Quid?
illa caedes Asinii Larinatis adolescentis pecuniosi quam clara tum fuit! quam re-
cens fuit, quam omnium sermone celebrata! Fuit Avillius quidam Larinas
perdita nequitia et summa egestate, arte quadam praeditus ad libi-
dines adolescentulorum excitandas accommodatus. Qui ut se bla-
nditiis et assentationibus Asinii consuetudinem penitus immersit,
Oppianicus continuo sperare coepit hoc se Avillio tamquam aliqua
machina admota capere Asinii adolescentiam et fortunas eius
patrias expugnare posse. Ratio excogitata Larini est, res trans-
lata Romam. Inire enim consilium facilius in solitudine, perficere rem
eiusmodi commodius in turba posse arbitrati sunt. Asinius cum
Avillio est profectus Romam, hos vestigiis Oppianicus consecutus
est. Nam [iam] ut Romae vixerint, quibus conviviis, quibus flagitiis,
quantis et quam profusis sumptibus, non modo conscio, sed etiam convivio et

adiutore Oppianico, longum est dicere mihi, praesertim ad alia properanti.
Exitum huius assimulatae familiaritatis cognoscite. Cum esset adole-
scens apud mulierculam quandam, atque ibi pernoctaret, et ibi posteri-
die commoraretur, Avillius, ut erat constitutum, simulat se aegrotare et
testamentum facere velle. Oppianicus obsignatores ad eum, qui neque
Asinium, qui neque Avillium nossent [nosserent], adducit, et illum Asinium appellat;
ipse testamento Asinii nomine obsignato discedit. Avillius illico conva-
lescit. Asinius autem brevi illo tempore, quasi in hortulos iret, in arena-
rias quasdam extra portam Esquilinam perductus occiditur. Qui cum unum
iam et alterum diem desideraretur, neque in his locis ubi ex consuetu-
dine quaerebatur inveniretur, et Oppianicus in foro Larinatium dicta-
ret nuper se et suos amicos testamentum eius obsignasse, liberti
Asinii et non nulli amici, quod eo die quo postremum Asinius visus erat
Avillium cum eo fuisse et a multis visum esse constabat, in eum inva-
dunt, et hominem ante pedes Q. Manilii, qui tum triumvir erat, constitue-
runt. Atque ille continuo, nullo teste, nullo indice, recentis male-
ficii conscientia perterritus, omnia ut a me paulo ante dicta sunt, expo-
nit. Asinium a se consilio Oppianici interfectum fatetur. Extrahi-
tur domo latitans Oppianicus a Manilio; index Avillius ex altera
parte coram tenetur. Hic iam quid reliqua quaeritis?
Manilium plerique noratis; non ille honorem a pueritia, non studia
virtutis, non ullum existimationis bonae fructum umquam cogitarat,
sed ex petulanti atque improbo scurra in discordiis civitatis
ad eam columnam ad quam multorum saepe conviciis perductus
erat, tum suffragiis populi pervenerat. Itaque rem cum Oppianico tran-
sigit, pecuniam ab eo accipit, causam et susceptam et tam manifestam
relinquit. Actum in Oppianici causa crimen hoc Asinianum [Avillianum], cum
cum testibus multis, tum vero indicio Avillii comprobabatur. In quo
[inter allegatum] ad inter legatos Oppianici nomen primum esse constabat, eius quem vos
miserum atque innocentem falso iudicio circumventum esse dicitis.
Quid? aviam tuam, Oppianice, Dinaeam, cui tu es heres, pater tuus non
manifesto necavit? Ad quam cum adduxisset medicum illum suum
iam cognitum et saepe victorem, per quem interfecerat plurimos,
mulier exclamat se ab eo nullo modo velle curari, quo curante

suos omnes perdidisset. Tum repente anconitanum quendam L. Clodium pharmacopolam circumforaneum, qui casu tum [Larinum] venisset aggreditur, cum eo HS ii id quod ipsius tabulis est demonstratum transigit. L. Clodius qui properaret cui fora multa restarent simulatque introductus est. Rem confecit prima potione mulierem sustulit. Neque postea Larini punctum est temporis commoratus, tandem [eadem] hac Dinea testamentum faciente, cum tabulas prehendisset Oppianicus, qui gener eius fuisset, digito dilevit, et cum id multis locis fecisset post mortem eius ne lituris coargui posset, testamentum in alias tabulas transcriptum signis adulterinis obsignavit. Multa praetereo consulto: etenim vereor ne haec ipsa nimium multa esse videantur. Vos tamen eum similem [sui] fuisse in ceteris quoque vitae partibus existimare debebitis. Illum tabulas publicas Larini censorias corrupisse decuriones ~~inter~~ universi iudicaverunt. Cum illo iam nemo rationem, nemo rem ullam contrahebat, nemo illum ex tam multis cognatis et affinibus tutorem unquam liberis suis scripsit. nemo illum aditu, nemo congressione, nemo sermone, nemo convivio dignum iudicabat, omnes aspernabantur, omnes abhorrebant. omnes ut aliquam immanem ac perniciosam bestiam, pestemque fugiebant. Hunc tamen hominem tam audacem, tam nepharium, tam nocentem numquam accusasset Abitus iudices, sed id praetermictere salvo capite suo potuisset.

Erat huic inimicus Oppianicus; [erat] sed tamen erat ei vitricus; inimica crudelis et huic infesta mater, attamen mater. Postremo nihil tam remotum ab accusatione quam Cluentius et natura et voluntate et institutione vitae. Sed cum esset [haec] ei proposita conditio, ut aut iuste pieque accusaret, aut acerbe indigneque moreretur: accusare quoquo modo posset, quam illo modo emori voluit. Atque ut hoc ita esse perspicere possitis exponam vobis Oppianici facinus manifesto comprehensum [compertum] atque deprehensum. Ex quo sunt utraque et [hunc] hunc accusare et illum [illi] condemnari necesse fuisse intelligetis.

Martiales quidam Larini appellabantur ministri publici Martis: atque ei deo veteribus institutis, religionibusque Larinatum consecrati: quorum cum satis magnus numerus esset, cumque item [ut] est

in Sicilia permulti Venerii sunt. Sic illi Larini in Martis familia numerarentur: repente Oppianicus eos omnes liberos esse, civesque romanos coepit defendere. Graviter decuriones id Larinatum, cunctique municipes tulerunt. Itaque ab Abito petiverunt, ut eam causam susciperet, publiceque defenderet. Abitus cum se ab omni eiusmodi negotio removisset, tamen pro loco, pro antiquitate generis sui, pro eo quod se non suis solummodo commodis, sed etiam suorum municipum ceterorumque necessariorum natum esse arbitrabatur. tantae voluntati Larinatum universorum deesse noluit. Suscepta causa, romamque delata, magnae quotidie contentiones inter Abitum et Oppianicum ex utriusque studio defensionis excitabantur. Erat ipse immani acerbaque natura Oppianicus; incendebat eius amentiam infesta atque inimica filio mater Abiti. magni [Magni autem illi sua est] sua autem interesse arbitrabantur, hunc a causa Martialium demovere [removeri]. Suberat et alia causa maior quod Oppianici hominis avarissimi atque audacissimi mentem maxime commovebat, nam Abitus usque ad illius iudicii tempus nullum testamentum umquam fecerat, neque enim legare in eiusmodi matrem poterat in animum inducere; neque in testamento nomen omnino praetermittere parentis. Id cum Oppianicus sciret, neque enim erat obscurum.

intelligebat Abito mortuo, bona eius omnia ad matrem esse ventura quae a se postea aucta pecunia maiore praemio oblata [orbata] filio, minore periculo necaretur. Itaque his rebus incensus, qua ratione Abitum veneno tollere conatus sit, cognoscite. C. et L. Fabricii fratres gemini fuerunt, ex municipio Larinate homines inter se cum forma, tum moribus similes, municipum autem suorum dissimillimi in quibus quantus splendor sit, quam prope aequabilis, quam fere omnium constans et moderata ratio vitae nemo vestrum ut mea fert opinio ignorat. His Fabriciis semper usus est Oppianicus familiarissime. Iam hoc [fere] naturae scitis omnes quantam vim habebat ad coniungendas amicitias studiorum ac naturae similitudo.

Cum illi ita viverent. ut nullum quaestum turpem esse arbitrarentur: cum omnis ab his fraus, omnes insidiae circumscriptiones adolescentium nascerentur: cumque essent vitiis atque improbitate omnibus noti studio, ut dixi ad eorum se familiaritatem multis ante

Marginal notes: duo milia; legata delevit; univer[si]; instituta ratione

iam annis oppianicus appeteret. Itaque tum hoc statuit p. c. fabricium,
nam lucius erat mortuus, insidias abito comparavit. Erat illo tempore
in valitudine abitus: utebatur autem medico non ignobili, sed spectato homine
cleophanto: cuius servum diogenem fabricius ad venenum abito dandum
spe & pretio sollicitare cepit. Servus non incallidus, sed ut ipsa res
declaravit, frugi atque integer, sermonem fabritij non est aspernatus.
rem ad dominum detulit. cleophantus autem cum abito est locutus. Abitus
autem statim cum M. bebrio senatore familiarissimo suo communicavit. Qui
qua fide, qua prudentia, qua dignitate fuerit, meminisse vos
arbitror. Ei placuit ut diogenem abitus emeret a cleophanto quo
facilius aut comprehenderetur res eius indicio aut falsa cognosce-
(ne multa!) retur esse, neque multis diogenes emitur. Venenum diebus paucis comparatur.
multi viri boni cum ex occulto intervenissent, pecuniaque obsignata
que ob eam rem dabatur in manibus scamandri liberti fabriciorum
deprehenditur. Proh dij immortales oppianicum quisque his rebus cognitis
circumventum dicit esse. Quis umquam audacior: quis nocentior: quis
apertior in iudicium adductus est: quod ingenium, que facultas dicendique,
que a quoque excogitata defensio huic uni crimini potuit obsistere:
simul et illud quis est qui dubitet, quin in hac re comperta mani-
festoque deprehensa, aut obeunda mors cluentio, aut suscipienda
accusatio fuerit: Satis arbitror esse demonstratum iudices, his
criminibus accusatum esse oppianicum, ut honeste absolvi nullo modo
potuerit. Cognoscite ita nunc reum citatum esse illum, ut re semel
atque iterum preiudicata, condemnatus in iudicium venerit. Nam
cluentius primum iudices nomen eius detulit: cuius in manibus
venenum deprehenderat: Is erat libertus fabriciorum scamander.
Integrum consilium, iudicij corrupti nulla suspitio, simplex in iudicium
causa, certa res, unum crimen allatum est. Hic tum fabricius his de quo
ante dixi, qui liberto dampnato sibi illud impendere periculum
videret, quod mihi cum alatrinatibus vicinitatem et cum plerisque (vicinitate)
eorum magnum usum esse sciebat, frequentes eos ad me domum ad-
duxit. Qui quamquam de homine sicut necesse erat, existimabant, tamen quod
erat ex eodem municipio sue dignitatis esse arbitrabantur.
eum quibus possent rebus defendere, idque a me ut facerem
et ut causam Scamandri susciperem petebant. In qua causa Patroni omne periculum continebatur.

omne periculum continebatur. Ego qui neque illis talibus viris ac tam ama-
ntibus mei rem possem ullam negare, neque illud crimen tantum ac tam
manifestum esse arbitrarer, sicut ne illi quidem ipsi qui mihi tum illam
causam commendabant, arbitrabantur. pollicitus sum me his, omnia que
vellent, esse facturum. Res agi cepta est. Citatus est scamander reus.
accusabat. P. canutius homo in primis ingeniosus et in dicendo
exercitatus. Accusabat autem ille scamandrum verbis tribus venenum
esse deprehensum. Omnia tela totius accusationis in oppianicum conti- (coniciebantur)
nebantur. Aperiebatur causa insidiarum fabriciorum familiaritas com-
memorabatur hominis vita et audacia proferebatur. denique omnis
accusatio, graviter, varieque tractata, ad extremum manifesta vene-
ni deprehensione conclusa est. Hic ego tum ad respondendum surrexi qua
cura dij immortales, qua sollicitudine animi, quo timore. Semper
equidem magno cum metu incipio dicere. quotienscumque dico, totiens
mihi videor in iudicium venire, non ingenij solum sed etiam virtutis
atque offitij, ne id aut profiteri videar quod non possim implere quod
est impudentie, aut id non efficere quod possim quod est aut perfidie
aut neglegentie. Tum vero ita sum perturbatus, ut omnia timerem. Si
nihil dixissem, ne infantissimus. Si multa in eiusmodi causa dixissem,
ne impudentissimus existimarer. Collegi me aliquando, et ita constitui, for-
titer esse agendum illi etati, qua tum eram solere laudi dari, etiam si in
minus firmis causis hominem periculis non defuissem. Itaque feci
sic pugnavi, sic omni ratione contendi, sic ad omnia confugi
quantum ego assequi potui, remedia ac perfugia causarum, ut hoc
quod timide dicam, consecutus sim: ne quis illi cause patronum
defuisse arbitraretur. Sed ut quicquid ego apprehenderam, statim
accusator extorquebat e manibus. Si quesieram que inimicitie
scamandro cum abito fuissent, fatebatur nullas fuisset, sed oppianicum,
cuius ille minister fuisset, huic inimicissimum fuisse ac esse dicebat.
Sin autem illud egeram, nullum ad scamandrum morte abiti venturum
emolumentum fuisse concedebat. Sed ad uxorem oppianici hominis
in uxoribus necandis exercitati, omnia bona abiti ventura esse
dicebat. Cum illa defensione usus essem, que in libertinorum
causis honestissima semper existimata est, scamandrum patrono

et probari cupiebat. Sed quaerebat cui probatus esset ipse patronus. Cum pluribus verbis in eo commoratus esset, Scamandro factas insidias esse per Diogenem, constitutumque inter eos de alia re fuisse, ut medicamentum, non venenum, Diogenes afferret, hoc cuiusvis ullo negare posse, quaerebat cur in eiusmodi locum tam abditum, cur solus, cur cum obsignata pecunia venisset: denique hoc loco causa testibus honestissimis hominibus premebatur. M. Baebius de suo consilio Diogenem emptum, se praesente Scamandrum cum pecunia venenoque deprehensum esse dicebat. P. Quinctilius Varus, homo summa religione, summa auctoritate praeditus, de insidiis quae fierent Abito et de sollicitatione Diogenis recenti re secum Cleophantum locutum esse dicebat, atque in illo iudicio cum Scamandrum nos defendere videremur, verbo ille reus erat, re quidem vera et periculo tota accusatione Oppianicus, neque id obscure ferebat, nec dissimulare ullo modo poterat. Aderat frequens, advocabat omni studio, gratiaque pugnabat. Postremo id quod maximo malo illi causae fuit, hoc ipso in loco quasi reus ipse esset sedebat, oculi omnium iudicum non in Scamandrum, sed in Oppianicum coniciebantur. Timor eius, perturbatio, suspensus incertusque vultus, crebra colorum mutatio, quae erant antea suspiciosa, haec aperta et manifesta faciebat. Cum in consilium iri oporteret, quaesivit a reo C. Iunius quaesitor ex lege illa Cornelia, quae tum erat, clam an palam de se sententiam ferri vellet. De Oppianici sententia responsum est, et quod is Habiti familiarem summum esse dicebat, clam velle ferri. Itum est in consilium. Omnibus sententiis praeter unam, quam suam Staienus esse dicebat, Scamander prima actione condemnatus est. Quis tum erat omnium qui Scamandro condemnato non iudicium de Oppianico factum esse arbitraretur? Quid est illa damnatione iudicatum nisi venenum id quod Abito daretur esse quaesitum? Quae porro tenuissima suspicio collata in Scamandrum est, aut conferri potuit, ut is sua sponte necare voluisse Abitum putaretur? Atque hoc tum iudicio facto et opinione et existimatione iam lege et pronuntiatione nondum condemnato, tamen Abitus Oppianicum reum statim non fecit. Voluit cognoscere utrum iudices in eos solos essent severi, quos venenum

habuisse ipsos comperissent, an etiam consilia conscientiasque huiusmodi facinorum supplicio dignas iudicarent. Itaque C. Fabricium, quem propter familiaritatem Oppianici conscium illi facinori fuisse arbitrabatur, reum statim fecit, utique ei locus primus constitueretur propter causae coniunctionem impetravit. Hic tum Fabricius non modo a me meos vicinos et amicos Larinates non adduxit, sed ipse his neque defensoribus uti posset neque laudatoribus potuit. Rem integram hominis non alieni quamvis suspiciosam defendere humanitatis esse putabamus, iudicatam labefactare conari impudentiae. Itaque tum illa inopia et necessitate coactus in causa eiusmodi ad Caepasios fratres confugit, homines industrios, atque eo modo, ut quaecumque dicendi potestas esset data in honore atque beneficio ponerent. Iam hoc prope iniquissime comparatum est, quod in morbis corporis, ut quisque est difficillimus, ita medicus nobilissimus atque optimus quaeritur, in periculis capitis, ut quaeque causa difficillima est, ita deterrimus obscurissimusque patronus adhibetur. Nisi forte hoc ita est quod medici nihil praeter artificium, oratores etiam auctoritatem praestare debent.

Citatur reus. Agitur causa. Paucis verbis accusat, ut de re iudicata, Canutius. Incipit longo et alte petito prohoemio respondere maior Caepasius. Primo attente auditur eius oratio. Erigebat animum iam demissum et oppressum Oppianicus, gaudebat ipse Fabricius, non intellegebat animos iudicum non illius eloquentia, sed defensionis impudentia commoveri. Posteaquam de re coepit dicere, ad ea quae erant in causa addebat etiam ipse nova quaedam vulnera, ut, quamquam sedulo faciebat, tamen interdum non defendere, sed praevaricari accusationem videretur. Itaque cum callidissime se dicere putaret, et cum illa verba gravissima ex intimo artificio deprompsisset: respicite, iudices, hominum fortunas, respicite dubios variosque casus, respicite C. Fabricii senectutem, cum hoc respicite ornandae orationis causa saepe dixisset, respexit ipse: at C. Fabricius a subselliis demisso capite discesserat. Hic iudices ridere, stomachari atque acerbe ferre patronus causam sibi eripi, et se cetera de illo loco, respicite iudices, non posse dicere, nec quicquam propius est factum quam ut illum persequeretur et collo obtorto ad subsellia reduceret, ut reliqua posset perorare.

Ita tū fabritius primū suo iudicio quod est grauissimū. deinde
legis vi et sententijs iudicū est condemnatus. Quid est quod iam
de oppianici persona plura dicamus? apud eosdem iudices reus est factus
cū his duobus preiudicijs iam damnatus eet. Ab isdem aūt iu
dicibus, qui fabritiorū damnationes de oppianico iudicarant, lo
cus ei primus est constitutus. Accusatus est criminibus grauissimis
et iis quę a me breuiter dicta sunt, et cū omnia pene dixerit, multa
adhuc sibi reseruasse uideatur; breuiter dicta sunt. preterea multis
quę ego omnia nunc omitto. Accusatus est apud eos, qui et Scama
drū ministrū oppianici, C. fabritiū conscium maleficij cōdemnarant.
Utrū p deos īmortales magis est mirandū, q is condemnatus
e, an q oīo ausus est respondere? Quid enim illi iudices facere
potuerunt. qui si innocentes fabritios condemnassent, tamen in
oppianico sibi constare, et superioribus consentire iudicijs debuerunt.
An uero illi sua p se iudicia rescinderent, cū ceteri soleant in iudicā
do, ne ab aliorū iudicijs discrepent, prouidere. et illi qui fabritij
libertū q minister in maleficio fuerat, patronū q conscius condemp
nassent ipsum principem, atque architectū sceleris absoluerent. Et qui
ceteros nullo preiudicio facto: tamen ex ipsa causa condempnassent.
hūc quē iam bis condempnatū acceperant, liberarent? Tum uero
illa iudicia senatoria, nō falsa inuidia, sed uera atque insigni turpi
tudine notata atque operta dedecore atque infamia defensioni
locū nullū reliquisset. Quid enim tandem illi iudices responderent, si quis ab
his quereret, condempnastis Scamandrū, quo crimine, nempe q
abitū per seruū medici ueneno necare uoluisset. Quid abiti
morte Scamander consequebatur? nihil. Sed et minister erat oppia
nici. Condempnastis. C. fabritiū. quid ita? q cū ipse familiarissime
oppianico usus, libertus aūt eius in maleficio deprehensus eet, illum
expertem eius consilij fuisse nō probabatur. Si igr oppianicū bis suis
iudicijs condempnatū absoluissent. quis tantā turpitudinē iudiciorū,
qui tantā inconstantiā rerū iudicatarū, quis tantam libidinem
iudicū ferre potuisset? Quod si hoc uidetis, quod iam hac iam
omni oratione patefactū est. illo iudicio reū condempnari, p
sertim ab hisdem iudicibus, qui duo preiudicia fecissent, necesse
fuisse, simul illud uideatis necesse est. nullam accusatori cām ee po
tuisse, cur iudiciū uellet corrumpere. Quero. n. abs te. T. acti relictis
iam ceteris argumentis omnibus, nū fabritios quoque innocentes cō
dempnatos existimes. nū etiā iudicia illa pecunia corrupta ee
dicas: quibus iudicijs alter a Staleno solo absolutus est. alter et
se ipse condempnauit. Age si nocentes, cuius malefitij? nūquid
preter uenenū quesitū, quo abitus necaretur obiectū est? nū
quid aliud in illis iudicijs uersatū est, preter has insidias abito ab
oppianico p fabritios factas. Nihil inquā iudices reperietis. Extat
memoria, sunt tabule publice, redargue me si mentior. testiū
dicta recita, doce in illorū iudicijs, quid preter hoc ueneni oppiani
nō modo in criminis sed in maledicti loco sit obiectū. Multa dici
possunt, quare ita necesse fuerit iudicare, sed ego occurrā expecta
tioni uestre iudices. Nam tametsi a uobis sic audior, ut nūque benignius
neque attentius quemque audiri putem, tamen uocat. Quid ergo? negasne
me alio iā dudū tacita urā expectatio. quę mihi obloqui uidetur.
ne iudiciū illud ee corruptū. Opinor primū si incertū fuisset
Nō nego. sed ab hoc corruptū nō ee confirmo. A quo igr ē corruptum?
quisnam exitus illius iudicij futurus eet. uerisimilius tamen eet
eum potius corrupisse qui metuisset, ne ipse condempnaretur
q illū qui ueritus eet, ne alter absolueretur. Deinde cū eet nemini
dubiū q iudicari necesse eet, eum certe potius qui sibi alia ratione
diffideret, q eum qui omni ratione confideret. Postremo certe
potius illū, qui bis apud eos iudices offendisset. q eū qui bis cām
bis probauisset. Unum quid certe, nemo erit tam iniquus Cluē
tio, qui mihi nō concedat, si constet corruptū illud ee iudiciū aut
ē corruptū. Si doceo nō ab Abito.
ab abito, aut ab oppianico, si ostendo ab oppianico. purgo abitum.
Uinco
Quare etsi satis docui rationē nullā huic corrumpendi iudicij fuisse
ex quo intelligitur ab oppianico corruptum ee, tamē de illo ipso
separatim cognoscite. atque ego illa nō ita argumentabor, quę sunt
grauia, cū eū uehementer corrupisse qui in periculo fuerit, eū qui
qui spem salutis in hac rone habuerit. e
fuerit, eum, qui semper singulari fuerit audacia. Multa sunt huius modi.
uerū cū habeamus rem nō dubiam, sed apertam atque manifestā
enumeratio singulorū argumentorū nō est necessaria. dico
C. elio Satageno
C. elio Stateno iudici pecuniam grandem, Statiū albiū ad cor
rūpendū iudiciū dedisse, nū quis negat? Te appello oppianice

te. i. acti. quor alter eloquentia dampnationem illam, alter tacita
pietate deplorat. audete negare ab oppianico staleno iudici pecu
niam datam. negate, negate, inquam, numquam meo loco. quid tacetis?
at negare non potestis: quod repetistis, quod confessi estis, quod
abstulistis. quo tandem igitur ore mentionem corrupti iudicii factis,
cum ab ista parte iudicii, pecuniam ante iudicium datam, post iudicium
ereptam esse fateamini? Quoniam quae haec modo gesta sunt. repetam
paulo altius iudices, et omnia quae in diuturna obscuritate latue
runt, sic aperiam, ut ea cernere oculis videamini. vos quaeso ut adhuc me
attente audistis, ita quae reliqua sunt, audiatis. Profecto nihil
a me dicetur, quod non dignum hoc conventu et silentio dignum vestris studiis
atque auribus esse videatur. Nam ut primum oppianicus ex eo quod sta
mander reus erat factus, quid sibi impenderet, coepit suspicari se stati
ad hominis egentis audacis in iudiciis corrumpendis exercitati tamen iudi
cis staleni familiaritatem se applicavit. Ac primum scamandro reo tan
tum donis datis, muneribusque perfecerat, ut eo auctore arctaretur supe
riore, quam fides iudicis postulabat. Post autem cum esset scamander, unius
Sententia absolutus: staleni, pronus autem scamandri ne sua quidem sententia liberatus, auctoris salutis suae remediis, subveniendum putavit, tamen a staleno sicut
ab homine ad excogitandum acutissimo, ad audiendum impudentissimo
ad efficiendum acerrimo. haec enim ille et aliqua ex parte habebat et ma
iore ex parte se habere simulabat. auxilium capiti et fortunis suis petere coepit.
Iam hoc ignoratis iudices, ut etiam bestiae fame dominante plerumque
ad eum locum ubi pastae aliquando sunt, revertuntur. Stalenus ille
biennio ante qui causam bonorum sassiae atellae recepisset, sexcentis milibus nummum
se iudicium corrupturum dixerat. quae cum accepisset, a pupillo suppressit
iudicioque facto, nec sassiae, nec bonorum emptoribus reddidit. quae cum tamen
pecuniam perfudisset, et sibi nihil non modo ad cupiditates suas, sed ne
ad necessitatem quidem reliquisset: statuit ad easdem esse sibi praedas ac
suppressiones iudiciales revertendum. Itaque cum oppianicum in perditum
et duobus iugulatum praeiudiciis videret: promissis tamen suis eum excita
vit abiectum, et simul saluti desperare vetuit. Oppianicus hominem
orare coepit, ut sibi rationem ostenderet, iudicii corrumpendi. Ille autem
quemadmodum ex ipso oppianico postea est auditum negavit, quemque esse

in civitate praeter se, qui id efficere posset, sed primo gravari coepit.
quod aedilitatem se petere cum hominibus nobilissimis, et invidiam atque
offensionem timere dicebat. Postea exoratus initio permagnam pecu
niam poposcit. deinde ad id pervenit, quod confici potuit, et sex
centa quadraginta milia deferri ad se domum iussit.
quae pecunia simul atque ad eum delata est, homo impurissimus
statim coepit in eiusmodi mente et cogitatione versari: nihil esse
suis rationibus utilius quam oppianicum condempnari, illo absoluto
pecuniam illam aut iudicibus dispartiendam, aut ipsi esse redden
dam, damnato deputato repeturum esse neminem. Itaque rem excogitat sin
gularem. Atque haec iudices, quae vere dicuntur a nobis facilius
credetis, si cum animis vestris longo intervallo recordari c. staleni
vitam et naturam volueritis. Nam proinde ut opinio est de cuiusque
moribus: ita quid ab eo factum et non factum sit, existimari potest. Cum
esset egens, sumptuosus, audax, callidus, perfidiosus, et cum domi suae
t mis i locis ex i anissimis
miserrimus et angustissimus tantum nummorum positum videret ad
omnem malitiam et fraudem versare mentem suam coepit. De me Ego dem Iudicibus
iudices nihil quod ipse praeter periculum et infamiam quid quaerat, nihil
excogitem: quam ob rem oppianico damnatus necesse sit, quid tandem, nihil enim est,
quod fieri non posset, siquis eum forte casus ex periculo eripuerit
nonne reddendum est, praecipitantem igitur impellamus inquit, et perditum
prosternamus, capit consilium ut pecuniam quibusdam iudicibus le
vissimis polliceatur. Deinde eam postea supprimat, ut quoniam graves
homines sua sponte severe iudicaturos putabat, hos eos qui leviores
erant, destitutione iratos oppianico redderet. Itaque ut erat
semper praeposterus atque perversus, initium facit a bulbo et eum quem
iamdiu nihil quaesierat, tristem atque oscitantem leviter im
pellit. Quid tu inquit, et quid me adiuvas bulbe. ne gratis
r. p. serviamus. Ille vero simul atque hoc audivit huius negotii
quo voles inquit sequar, sed quid affers. tum ei quadraginta
milia si esset absolutus oppianicus pollicetur, et eum ut ceteros
appellet, quibuscum loqui consuesset, rogat atque etiam ipse condi
tor totius negotii, guttam aspergit huic bulbo. Itaque minime
amarus iis visus est, qui aliquid ex eius sermone speculae

degustarat. Unus et alter dies intercesserat, cum res parum certa uide
batur, sequester et confirmator pecunie desiderabatur, tum appellat
hylari uultu hominem bulbus [ut] et blandissime potest. quid tu inquit pacie
re? hoc enim sibi stalenus cognomen ex ymaginibus elyorum delegerat,
ne si se ligurem fecisset, nationis magis sue quam generis uti cognomine
uideretur. qua de re mecum locutus es, querunt a me ubi sit pecunia
hic ille planius improbissimus questu iudiciario, pastus qui illa
pecunie, quam considerat [d] spe [ia] atque animo incubarat [e], contrahit frontem
recordamini faciem atque illos eius fictos simulatosque uultus, que
ritur se ab oppianico destitutum, et qui esset totus ex fraude et
mendacio factus, qui que [ea] uitia, que a natura habebat etstudio
atque artificio quodam malitie condonasset [diuisset], pulchre asseuerat
[se] se ab oppianico destitutum, atque hoc addit testimonium [nij], sua illum
sententia quam [cu] palam omnes laturi essent, condempnatum iri. Ma
narat sermo in consilio pecunie quondam [a] mentionem inter iudices
esse uersatam, quam r. p. causa aperiendam, [in] ea obscuritate, ac dubi
tatione omni [omnium]. Cannutio perito homini, qui quodam modo rem [odore], suspicione [Staieni]
corruptum esse sensisset, neque dum rem perfectam arbitraretur, placuit
repente pronuntiare. dixerunt. hic dum [tum] oppianicus non magno pe
primuit rem a staleno perfectam esse arbitrabatur, in consilium
erant ituri iudices [ex], triginta et duo [bus], sententijs decem et sex
absolutio confici poterat: habes quadraginta milium [bus] nummum
in singulos iudices distributa [tis], eum numerum sententiarum conficere de
bebant, ut ad cumulum spe maiorum premiorum ipsius staleni sen
tentia septima decima accederet. atque etiam casu tum [quod] illud repente
erat factum, stalenus ipse non aderat. causam nescio quam apud iu
dicem defendebat, facile hoc abitus patiebatur, facile cannutius.

At non oppianicus, neque patronus eius. L. quintius: qui cum esset
illo tempore. tr. pl. connicium [ictum]. c. iunio iudici questionis maximum
fecit, ut ne sine staleno in consilium iretur. Cumque id eum [a] quatu
res consulto neglegentius [b] uideretur agi: ipse e publico iudicio [a]
[ad] priuatum, staleni iudicium profectum est, et illud preposterstate
dimitti iussit, stalenum ipse ad subsellia adduxit. Consurgi
in consilium cum sententias oppianicus, qui [e] tum erat, praeco palam

[ferri uelle]
fieri dixisset, ut stalenus scire posset, quid cuique deberetur, uario
iudicum genere, nummarij pauci, sed omnes irati. Ut qui accipere in
campo consuerint [u], his candidatis, quorum nummos suppressos esse
putant, inimicissimi esse solent: sic eiusmodi iudices infesti
tum [tum reo] non uenerant, ceteri nocentissimum [mi] esse arbitrabantur, sed
expectabant sententias eorum, quos corruptos putabant, ut ex his co
stituerent, a quo iudicium corruptum uideretur. ecce [tibi eiusmodi] huiusmodi
sortitio [fuit], ut in primis bulbo et staleno et gutte esset iudicandi.
S umma omnium spectatio quid nam sententie ferrent, leues ac nummarij iu
dices. atque illi omnes sine ulla condempnatione [dubitatione] condempnant. hic cum
iniectus est hominibus scrupulus et quedam dubitatio, quid iam [n]
esset actum. Deinde homines sapientes ex uetere illa iudiciorum disciplina
que [i] neque absoluere hominem nocentissimum possent, neque eum de quo
esset orta suspitio pecunia oppugnatum, re illa incognita primo condep
nare uellent, non liquere dixerunt. nonnulli autem seueri homines
hoc statuerunt, quo quisque animo quid faceret spectare oporteret.
et si [alij] aliqua pecunia accepta uerum iudicabant, tamen nihilominus
se superioribus suis iudicijs constare putabant oportere. Itaque
qui dampnarunt, quinque omnino fuerunt, qui illum innocentem oppiani
cum, siue imprudentia, siue misericordia, siue aliqua suspitione
siue ambitione adducti absoluerunt. Condempnato oppianico
statim. L. quintius homo maxime popularis, qui omnes rumorum
et contentionum [contionum] uoces [uentos] colligere consuesset [set], oblatam sibi facultatem
putauit, ut ex inuidia senatoria posset [crescere] crederetur, quod eius ordi
nis iudicia minus iam probari populo arbitrabatur. habetur una
[atque altera] alia contio uehemens et grauis. Accepisse pecuniam iudices ut
innocentem eum condempnarent. tr. pl. clamitabat. Agi fortunas
omnium dicebat, nulla esse iudicia, qui pecuniosum inimicum
haberet, incolumem esse neminem posse, homines totius ignari
negocij qui oppianicum numquam uidissent, uirum optimum et
hominem prudentissimum pecunia oppressum arbitrarentur, inuesti
suspitione, rem in medium uocare ceperunt, et eam [caz] illam totam
[deposcere] die postero atque illo ipso tempore in ede cannij hominis honestis
simi necessarij et amici mei nota [noctu]. Stalenus accersitus ab

Res non tam fuerat occulta: que erat occultanda: non tam erat aperta!

opianico uenit. Iam cetera nota sunt omnibus, ut cum illo opianicus egerit de pecunia ut ille se redditurum esse dixerit, ut eorum sermonem omnem audierit uiri boni qui tum consulto propter in occulto stetissent. Ut res patefacta et in forum prolata, et pecunia omnis a staleno extorta atque erepta, sit. huius staleni persona populo iam nota atque perspecta a nulla turpi suspitione abhorrebat. Suppressam esse ante ab eo pecuniam, quam pro reo promisisset, qui erant in contione non intelligebant. Neque enim dicebatur, uersatam esse in iudicio mentionem pecuniae. [sentiebant] audiebant innocentem reum condemnatum esse, audiebant staleni sententia condemnatum. uidebant non gratis id ab eo factum esse, quod hominem norant, iudicabant. similis in bulbo in gutta, in aliis non nullis suspitio consistebat. Itaque confiteor, licet enim iam impune hoc praesertim in loco confiteri quod opianici non modo uita sed etiam nomen ante illud tempus populo ignotum fuisset. Indignissimum porro uideretur circumuentum esse innocentem pecunia. hanc deinde suspitionem [augeret] staleni improbitas, et non nullorum eius similium iudicum turpitudo. Causam autem ageret L. quintius homo cum summa potestate praeditus, tum ad inflamandos animos multitudinis accommodatus. Summam illi [iudicio] inuidiam, infamiamque esse conflatam: atque in hanc famam recentem [tum] C. iunium qui quaestioni illi praefuerat iniectum esse meministis, et illum [hominem] aedilitium iam praetorem opinionibus constitutum hominum non [disceptatione] discrepatione dicendi, sed clamore hominum de foro atque de ciuitate esse sublatum. Neque me poenitet hoc me potius tempore quam illo causam [A.] cluentii defendere.

Causa enim manet eadem, quae [mutari] inuari nullo modo potest. Temporis iniquitas ac inuidia recessit, ut quod in tempore mali fuit nihil obsit, quod in causa boni prosit. Itaque nunc quemadmodum audiar sentio, non modo ab hiis quorum iudicium atque potestas est, sed etiam ab illis quorum [tum] tanta est existimatio, at [tum] tamen si dicere non audiretur, non quod alia res esset, immo eadem, sed tempus esset aliud. id adeo sic cognoscite. Quis [tum] tam auderet dicere nocentem condemnatum [esse] opianicum. Quis nunc id audet negare. Quis [tum] tam posset arguere ab opianico iudicium temptatum esse pecunia. Quis id hoc tempore infitiari potest. Cui [tum] tam liceret

dicere opianicum reum factum esse, tum denique cum duobus proximis praeiudiciis condemnatus esset. Quis est qui hoc tempore infirmare conetur. Quare inuidia remota [est], quam dies mitigauit, oratio mea deprecata est, uestra fides atque aequitas ab ueritatis disceptatione reiecit. Quid est praeterea quod in causa relinquatur. uersatam esse in iudicio pecuniam constat. [ea] et quaeritur unde profecta sit, an ab accusatore, an a reo. accusator dicit. haec primum grauissimis criminibus accusabam ut nihil opus esset pecunia. Deinde condemnatum adducebam, ut ne eripi quidem pecunia posset. Postremo etiam si absolutus esset, meam tamen omnium fortunarum status incolumis maneret. Quid contra reus. primum ipsam multitudinem et atrocitatem criminum pertimescebam. deinde fabriciis propter conscientiam mei sceleris condemnatis, me esse condemnatum sentiebam. Postremo in eum casum ueneram ut omnis mearum fortunarum status unius iudicii periculo contineretur. Age quoniam corrumpendi iudicii causas ille multas et graues habuit, hic nullam, profectio ipsius pecuniae requiratur. Confecit tabulas diligentissime cluentius: haec autem res habet [hoc certe] ac etate ut nihil possit neque addi neque detrahi de re familiari latere. Anni sunt octo cum ista causa in ista meditatione uersatur, cum omnia quae nunc ad eam rem pertinent, et ex huius et ex aliorum tabulis agitatis tractatis inquisieritis, cum interea cluentianae pecuniae uestigium nullum inueneritis. Quid albiana pecunia. uestigiis ne nobis adornanda est. an ad ipsum cubile nobis ducibus uenire possimus. tenetur uno in loco sextertia dcxl. tenetur apud hominem audacissimum, tenetur apud iudicem. Quid uultis amplius.

At enim stalenus non fuit ab opianico, sed a cluentio ad iudicium corrumpendum constitutus. Cur [eum] enim cum in consilium iretur cluentius et canutius abesse patiebantur. [Cur] cum in consilium mittebant stalenum iudicem, cui pecuniam dederant, non requi[quaerebat]rebant, opianicus requirebatur [quaerebat]. Quintius flagitabat sine staleno ne in consilium iretur tribunitia potestate [ef]profectum est ut condemnaret. hac enim condemnatione dederat obsidem

bulbo et ceteris, ut destitutus ab oppianico uideretur. Quare cum isto
est tanta corrumpendi iudicij pecunia istinc staleno, istinc deinde questionis
fraus et auaricia est, hinc pudor et honesta uita, et nulla suspitio pecu-
nie, nulla corrumpendi iudicij causa patiamini ueritate patefacto
atque omni errore sublato, eo transire illius turpitudinis infamiam
ut cetera maleficia consistant, ab eo inuidiam discedere aliquando,
ad quem numquam accessisse culpam uideretis. At enim pecuniam staleno
dedit oppianicus non corrumpendi iudicij, sed ad conciliationem gratie. Te-
ne hoc acci dicere tali prudentia, etiam usu atque exercitatione preditum?
sapientissimum esse dicunt eum, cui quod opus sit ipsi ueniat in mentem,
proxime accedere illum, qui alterius bene inuentis obtemperet. In stultitia
contra est. Minus enim stultus est is cui nihil in mentem uenit, quam ille
qui quod stulte alteri uenit in mentem comprobat. Istam conciliationem
gratie stalenus tum recenti re, cum faucibus exprimeretur cogitauit,
siue ut homines tum loquebantur a P. Cethego admonitus istam dedit
conciliationis et fabule gratiam. Nam fuisse hunc hominum sermonem
recordari potestis Cethegum quod hominem odisset, et quod eius improbitatem
uersari in re publica nollet, et quod uideret eum qui se ab reo pecuniam
cum iudex esset clam atque extra ordinem accepisset confessum esset, saluum
esse non posse, minus ei fidele consilium dedisse. In hoc si improbus
Cethegus fuit, uidetur ei aduersarium remouere uoluisse, sin erat
huiusmodi causa ut stalenus nummos se accepisse negare non posset.
Nihil autem erat periculosius, nec turpius quam ad quam rem accepisset confi-
teri. Non est consilium Cethegi reprehendendum. Verum alia causa tum
staleni fuit, alia nunc acci tua est. Ille cum reprimeretur quodcumque
diceret, honestius diceret, quam si quod erat factum fateretur. Te uero
illud quod tum expulsum et electum est, nunc retulisse demiror. Qui
enim poterat tum in gratiam redire cum oppianico cluentius, qui cum
matre herebat in tabulis publicis et reus et accusator condemp-
nati erant fabricij nec elabi alio accusatore poterat albius, nec
sine ignominia calumnie relinquere accusationem cluentius. An
ut preuaricaretur? Nam id quoque ad corrumpendum iudicium pertinet.
Sed quid opus erat ad eam rem iudice sequestre? et omnia quam rem
tota ista res per stalenum potius hominem quam utroque alienissimum, sordidissi-

hesiod

habebat simultates

mum, turpissimum, quam per bonum aliquem uirum ageretur et amicum necessa-
rium atque communem? Sed quid ego hoc pluribus quasi de re obscura
disputem? cum ipsa pecunia que staleno data est numero ac summa sua non
modo quanta fuerit, sed ad quam rem fuerit, ostendat. Sex decim dico iudices
ut oppianicus absolueretur corrumpendos fuisse ad stalenum DCXL nummum (DCXL)
milia esse delata. Ut si uidetis gratie conciliande causa quadragena
istorum accessio milium, quid ualet si ut nos dicimus ut CCCC milia (quadragena)
nummum .XVI. iudicibus darentur, non archimenides melius potuisset
describere. At enim iudicia permulta facta sunt a cluentio iudicium esse
corruptum, immo uero non hoc tempus ante omnino ista ipsa res suo nomine
in iudicium numquam uocata est. Ita multum agitata, ita diu iactata ista
est res, ut hodierno die primum causa illa defensa sit. Hodierno die
primum ueritas uocem contra inuidiam his iudicibus freta miserit.
Verumtamen ista multa iudicia que sunt? Ego enim me ad omnia con-
firmaui et sic paraui, ut docerem que facta postea iudicia de illo
iudicio dicerentur, partim ruine similiora atque tempestati quam iudi-
cio et disceptationi fuisse, partim nihil contra abitum ualere, pertinere
etiam pro hoc esse, partim esse huiusmodi, ut neque appellata umquam
iudicia sint, neque existimata. Hic ego magis ut consuetudinem
seruem, quam quo uos uestra hec sponte faciatis, petam a uobis ut me
dum de his singulis disputo iudicijs, attente audiatis. Condemp-
natus est C. Iunius qui huic questioni prefuerat. Adde etiam illud
si placet, tamen est condemnatus, cum esset iudex questionis non
modo cause, sed ne legi quidem quicquam per trib. pl. laxamenti datum est,
quo tempore illum ad questionem ad nullum aliud rei p. munus
adduci licebat, eo tempore ad questionem ipse arreptus est, ad
quam questionem multus enim uiri iudices me mirantur, ut que re-
ticenda putarent, libeant iam libere dicere. Quid illa tandem
questio aut disceptatio, aut iudicium fuit, putabo, fuisse. Dicat qui
uult hodie de illo populo concitato, cui tamen mos gestus est, quo
de re iunius causam dixerit, que cumque rogauerit. Hec respondebit
quod pecuniam receperit, quod innocentem circumuenerit. Hec est opinio. At
si ita esset, hac lege accusatum esse oportuit qua accusatur abitus
at ipse ea lege querebat paucos dies expectasset quintius, at neque

privatus accusare, nec sedata iam invidia volebat. Videtis igitur non in causa, sed in tempore ac potestate spem omnem accusatoris fuisse. ac adulteram multam petivit, qua lege? quod in legem non iurasset. que res umquam nemini fraudi fuit. et quod C. Verres pretor urbanus homo sanctus et diligens sub sortitionem eius in eo codice non erat, qui tum interlitus proferebatur. His de causis. C. Iunius condempnatus est, iudices levissimis et infirmissimis, quas omnino in iudicium afferri non oportuit. Itaque oppressus est, non causa sed tempore. hoc vos iudicium Cluentio putatis obesse oportere. Quam ob causam? si ex lege sub sortitus non erat Iunius, aut si in legem aliquando non iuraverat, idcirco illius dampnatione aliquid de Cluentio iudicabatur non inquit, sed ille idcirco legibus hiis condempnatus est, quod contra aliam legem commiserat. Qui hoc confitentur, possunt illud idem iudicium fuisse defendere? Ergo idcirco inquit infestus tum (tri. pl.) pretor Iunius fuit, quod illud iudicium per eum corruptum putabat.

Num igitur hoc tempore causa mutata est, num alia res, alia ratio illius iudicii, alia natura totius negotii nunc est ac tunc fuit? Non opinor ex his rebus que geste sunt rem illam potuisse mutari. Quid ergo est causae, quod nunc nostra defensio audiatur tanto silentio, tunc Iunio defendendi sui potestas erepta sit? quia tunc in causa nihil erat, preter invidiam, errorem, suspitionem, contiones quotidianas seditiose ac populariter concitatas. Accusabat trib. pl. idem in contionibus, idem ad subsellia ad iudicium non modo de contione, sed etiam cum ipsa contione veniebat; gradus illi Aurelii tum novi quasi pro theatro illi iudicio edificati videbantur, quos ubi accusator concitatis hominibus compleverat non modo dicendi a reo, sed ne surgendi quidem potestas erat.

Nuper apud C. Orchivium collegam meum locus ab iudicibus Fausto Sylle de pecuniis repetundis residuis non est constitutus, non quo illi aut ex lege esset Sylla, aut causa pecunie publice contempta atque abiectam putarent, sed quod accusante tri. pl. cum Quintio an vero tempus cum tempore? Sylla maximis opibus, cognatis, affinibus, necessariis clientibus plurimis. Hec tamen apud Iunium parva et infirma et ipsius labore quesita atque collecta. Hic tri. pl. modestus prudens

Conditione equa disceptari posse publice non putaverunt. Quid conferam Syllamne cum Iunio? An hunc TRibunum Plebis

non modo non seditiosus, sed etiam seditiosis adversarius; ille autem acerrimus, criminosus, popularis homo ac turbulentus. Tempus hoc tranquillum atque pacatum, illud omnibus invidie tempestatibus concitatum. Que cum ita essent in Fausto, tamen illi iudices statuerunt iniqua conditione reum causam dicere. quam quid rationes vos iudices tamen diligenter et nostra sapientia et humanitate cogitare et penitus perspicere debetis, quid mali quantum periculi unicuique nostrum inferre possit vis tribunitia, conflata presertim invidia et contionibus seditiose concitatis. Optimis hercule temporibus tum cum homines se non iactatione populari, sed dignitate atque innocentia tuebantur, tamen nec C. Popilius, nec Quintus Metellus clarissimi atque amplissimi viri vim tribunitiam sustinere potuerunt, nedum his temporibus his moribus his magistratibus sine vestra sapientia ac iudiciorum remediis salvi esse possimus. Non igitur fuit illud iudicium iudicii simile iudices, non fuit in quo non modus ullus est habitus, non mos, consuetudoque servata, non causa defensa. Vis illa fuit, et ut sepe iam dixi ruina quedam atque tempestas, et quidvis potius fuit quam iudicium aut disceptatio aut questio. Quod si quis est qui illud iudicium fuisse arbitraretur, et qui his rebus iudicatis standum putet, is tamen hanc causam ab illa debet seiungere. Ab illo enim sive quod in legem non iurasset, sive quod ex lege sub sortitus iudicem non esset, multa petita esse dicitur. Cluentii autem ratio cum illis legibus quibus ab Iunio multa petita est, nullo pacto potest esse coniuncta. At etiam Bulbus est condempnatus, adde maiestatis, ut intelligas hoc iudicium cum illo non esse coniunctum.

At etiam hoc illi crimen obiectum fateor, sed etiam legionem esse tam ab eo sollicitatam in yllirico. C. Cosconii litteris, et multorum testimonium planum factum est, quod crimen erat proprium illius questionis, et que res lege maiestatis tenebatur. At hoc obfuit ei maxime. Iam ista divinatio est, qua si uti licet, vide ne mea coniectura multo sit verior. Ego enim sic arbitror Bulbum, quod homo nequam, turpis, improbus, multis flagitiis contaminatus in iudicium sit adductus, idcirco facilius esse dampnatum. Tum mihi ex tota causa Bulbi quod tibi commodum est eligis, ut idem esse Staienus iudicare dicas. Quapropter hoc Bulbi iudicium non magis huic obesse causae debet, quam illa que commemorata sunt ab accusatore duo iudicia. P.

Cum adversario eius ad suas accusationes summa vis potestatis accederet.

Qd nos in tota cā egim᷒
Probauerit. Quobrem si Sta-
ienij dānatione Oppianicū iudi-
ciuz corrumpe uoluisse. Oppia-
nicū iudicia ad emendas sniās
dedisse pecuniā iudicatū est.
Cum ita constitutū sit uti in
nulla culpa aut Cluentius sit.
aut Oppianicus. Cluentij numus
nullus iudicii datus ullo uestigio
reperit᷑. Oppianici pecunia post
iudiciū factū a iudice ablata est.
Potest ēē dubiū quin illa dānatio
Staieni nō mō nō sit contra Cluē-
tium. Sz maxīe nrām causam
defensionēq confirmet. Ergo ad
huc iunii iudiciū video ēē eimodi:
ut incursionē poti᷒ seditōis. uim
multitudis. impetū Tribunitium.
q iudicium appellandū putem.
Quod si qui illud iudiciū appellet.
tum h᷒ confiteat᷑ necē ē, nullo m̄
illā mulctam quo ā iunio petita
sit. cū Cluentii cā posse cōiungi.
Illud igr̄ iunianū p uim factū ē,
Bulbi et Popilii et Gutte, cōtra
Cluentiuz nō ē. Staieni et pro
Cluentio ē. Videamus et quod
aliud iudiciuz quod p Cluentio sit,
p Cluē pferre possim᷒. Dixit ne
tandez cām. C. Fidiculani᷒ Falcula.
Qui Oppianicū condēnarat. Ocū
pstum id qd fuit ī illo iudicio
inuidiosissimuz, paucos dies ex
subsortitione sedisse. Dixit et his
quid dixit. In sumaz ē L. Quinti᷒
inuidiam cōcōib᷒ cū quotidianis
seditiosis et turbulētis adduxerat.
Uno iudicio mulcta ē ab eo petita.
Sicut ā iunio, quod nō sue decurie
munere. nz ex lege sedisset.
Paulo sedatiore tpre ē accusatus.
q Iunius. Sed eadez fere lege et
crimine. qz nulla in iudicio sedi-
tio. nz uis. nz turba uersata est.
Prima actione facillime ē abso-
lutus. nō mō hac absolutione.
nōminus .n. pot. ut illā mulctā
nō commisit. Accepisse tandem
ob rē iudicandaz, capta nūq Sta-
ienus eād lege dix̄.

pompilij et T. gutte qui tam de ambitu dixerunt, qui accusati sut
ab his qui erant ipi ambitus condempnati, quos ego nō iderco
arbitror esse in integrū restitutos, quod planū fecerint illos ob rē
iudicandam pecuniam accepisse: sed quod iudicibus probauerunt
quod in eodem genere in quo ipsi offendissent alios reprehendissent
se ad premia legis uenire oportere. Quapp nemine dubitare
existimo, quin illa dampnatio ambitus, nulla ex parte cum
causa cluentij, uroque iudicio coniuncta esse possit. Quid quod stale-
nus est condempnatus. Non dico hoc tempore iudices id qd nescio
an dici oporteat illū maiestatis esse dampnatū. Non recito teste-
monia hominum honestissimorū que in stalenū sunt dicta ab his
qui M. emilio clarissimo uiro legati et prefecti et tribuni mi-
litares fuerunt, quorum testimonijs planū factū est, maxima
eius opa cū questor esset in exercitu seditionē esse conflatam.
Ne illa quidem testimonia recito, que dicta sunt de HS. xl. que
ille cum accepisset nomine iudicij saffiniani, sicut in opianici
iudicio postea retinuit atque suppressit. Omitto et hec et alia
permulta, que illo iudicio in stalenū dicta sunt. hoc dico eande
rem fuisse P. et L. cominiis equitibus ro. honestis hominibus et disertis controuersiam cū
staleno, que accusabant, que mihi nunc est cū actio. cominij
dicebant id quod ego dico, stalenū ab opianico pecuniam acce-
pisse, ut iudicium corrumperet. Stalenus conciliande gratie
causa se accepisse dicebat. irridebatur hec illius reconciliatoris
et pacificatoris uiri boni suscepta, sicut in statuis inauratis, quas
posuit ad iuturne equibus subscripsit, reges a se in gratiam
esse reductos. Exagitabantur omnes eius fraudes atque fallacie
tota uita in eiusmodi uersata ratione aperiebatur. egestas do-
mestica, questus forensis in medium proferebatur, unde nummarius
amarus interpres pacis et concordie nō probabatur. Itaque tum
stalenus, cū id defenderet, quod acturus condempnatus est, cominij
cum hec agerent, tum nos nō queritur qualis uir M. blossius Basilius
C. caudinus, qui omnibus iudicijs publicis iam tum florente
re. p. floruerunt. Ex eodem numero L. cassius et CN. heius
pari et integritate et prudentia quorum nullius sententia est

Propriū crim̄ illud qstiois ei᷒ nō fuit. Fidiculanus qd fecisse dicebat᷑. accepisse ā Cluentio HS. ccc. Cuius erat ordinis. Senatorii: qua
lege ī eo genē ā Senatore ratio repeti solet de pecuniis repetundis. Ea lege accusatus honestissime ē absolutus: Acta ē .n. cā more maiorz. Sine ui. sine motu.
sine periculo. Dicta et exposita et demōstrata sūt oīa: Adducti iud. sūt, nō mō potuisse honeste ab eo reū cōdenari. qui nō ppetuo sedisse. Sed aliud is iudex
nihil scisse. nisi que preiudicia de eo facta ēē constarent. Audire preterea nihil debuisse. Tū et illi quinq, q impitorz hominuz rumusculos aucupati tū illū
absoluerūt: iā suā clemētiam laudari magnope nolebāt. A quib᷒ si qui quereret, sedissent ne iud. ī C. Fabriciū: sedisse se dicerent. Si interrogarent᷑. nūquo
crimīe is ēēt accusatus, preterq ueneni ei᷒: qd quesitū habito diceret᷑. negarent. Si deīn cēnt rogati, qd iudicassent. cōdēnasse se dicerent. Nemo .n. absolut.
Eod mō quesitum si ēēt de Scamandro. certe idē indicassent. Tā etsi ille una snīa ē absolutus: Sz illā unā nemo tūz istorz suā dici uellet. Uter igr̄ facilius
sue snīe rōnem reddet. Is ne q se et sibi et rei iudicate cōstitisse dicat. an ille q se ī principē maleficii lenē. ī adiutorē ei᷒ et cōscios uehemētissimos esse indi
nō reprehendo. eorz q ī iudicando superiora iudicia secuti sūt sua spōte, nō Staieni fraude cōstantiā comprobo. Eorz u᷒ q se nō liqre dixerūt sapiam laudo: q absolue
eū. quē nocentissimū cognorant. et quē ipsi bis iā antea condēnarat: nullo m̄ poterāt condonare: cū tāta cōsilij infamia. et tā atrocis rei suspicio esset
iiecta: paulo posterius patefacta re maluerūt. Ac ne ex facto solū Sapiētes illos iudicetis. Sex et ex homib᷒ ipsis: qd ii fecerūt rectissime ac sapiētissime factum

Probetis. Quis P. Octauio Balbo ingenio prudentior. iure peritior. fide. religione. officio diligentior aut sanctior cōmemorari potest. Nō absolut.
Quis Q. Cōsidio constantior. Quid iudicio rz atq ei᷒ dignitatis. quę ī iudicijs publicis uersari dz peritior. Quis uirtute, cōsilio, auctoritate pstantior.
Ne is qdē absolut. Longum ē de singulorz uirtute ita dicē. Que qz cognita sūt ab omib᷒. uborz ornamēta nō querunt. Qualis uir. M. Iuuentius
Pedo fuit ex uetere illa iudicū disciplina. Qualis. L. Caulius Mergus. M. Basilius. C. Caudinus.

opianicus absolutus. Atque ex his omnibus natu minimus, ingenio, et dili-
gentia et religione par his quos ante commemoraui. P. satrius
in eadem sententia fuit. O innocentiam opianici singularem, quo in reo
ambitiosus, qui absoluit ambitiosus, qui distulit cautus, qui con-
dempnauit constans existimatur. Hec cum agitante quintio, nec
in contione, nec in iudicio demonstrata sunt, neque enim ipse dici
patiebatur, nec per multitudinem concitatam resistere cuiquam in dicendo li-
cebat. Itaque ipse posquam iunium peruertit, causam totam reliquit
etenim paucis diebus illis et ipse priuatus est factus, et hominum
studia deferuisse intelligebat. Quod si per quos dies iunium
accusauit, fidiculanium accusare uoluisset, respondendi fidicu-
lanio potestas facta nō esset. At primo quidem omnibus illis iudi-
cibus qui opianicum condemnauerant, minabatur. Iam insolentiam
noratis hominis, noratis animos eius, ac spiritus tribunitios. Quod
erat odium dij immortales. que superbia, quanta ignorantia sui,
quam grauis atque intollerabilis arrogantia. qui illud etiam acerbe
tulerit, ex quo illa nata sunt omnia, nō sibi ac defensioni sue
condonatum esse opianicum perinde quasi nō satis signi esse de-
buerit, ab omnibus eum fuisse desertum. qui se ad patronum illum
contulisset. Erat enim rome summa copia patronorum hominum eloquentissimorum
atque amplissimorum: quorum certe aliquis defendisset equitem ro. in mu-
nicipio suo nobilem: si honeste putasset eiusmodi causam posse defendi.
Nam quintius quidem quam causam umquam antea dixerat, cum annos ad quinqua-
ginta natus esset. Quis enim umquam nō modo in patroni, sed in laudato-
ris aut aduocati uiderat. Quid qui rostra iam diu uacua, locumque illum
post aduentum L. sylle a tribunitia uoce desertum oppresserat, multitu-
dinemque iam desuefactam a contionibus, ad ueteris consuetudinis si-
militudinem reuocarat. Idcirco cuidam hominum generi paulisper iucun-
dior fuit: atque idem quanto in odio postea suis illis ipsis fuit, per
quos in altiorem locum ascenderat, neque iniuria. Facite enim ut non
solum mores eius arrogantiam, sed etiam uultum atque amictum, atque etiam
illam usque ad talos demissam purpuram recordemini. Is quasi nō
esset ullo modo ferendum se ex iudicio discessisse uictum, rem a subsellijs
ad rostra detulit. Etiam querimur sepe hominibus nouis nō

satis magnos in hac civitate esse fructus. Nego umquam usquam fuisse
maiores: ubi si qui ignobili loco natus ita vivit, ut nobilitatis digni
tatem virtute tueri posse videatur: usque eo pervenit, quoad eum indu
stria cum innocentia prosecuta est. Si quis autem hoc uno nititur, quod sit igno
bilis, procedit saepe longius, quam si idem ille esset cum isdem suis vitiis no
bilissimus: ut Quinctius, nihil enim dicam de ceteris. Si fuisset homo
nobilis, quis eum cum illa superbia atque intollerantia ferre potuisset?
Quod eo loco fuit, ita tulerunt, ut si quid haberet in natura boni, pro
desse putarent oportere. Superbiam autem atque arrogantiam eius
deridendam magis arbitrarentur, propter humilitatem hominis quam pertime
scendam. Sed ut illuc revertar: quo tempore Fidiculanius est absolu
tus, tu qui ea iudicia facta commemoras, quaero quid tum esse existi
mas iudicatum? certe gratis iudicasse. At condemnarat, at causam
totam non audierat: at in contionibus omnibus a L. Quinctio vehemen
ter erat et saepe vexatus. Illa igitur omnia Quinctiana, iniqua, falsa, tur
bulenta, popularia, seditiosa iudicia fuerunt. Esto potuit esse inno
cens Falcula. Iam igitur aliquis Oppianicum gratis condemnavit, iam
non eos Iunius subsortitus est, qui pecunia accepta condemnarent.
putaret iam potuit aliquis ab initio non sedisse, et tamen Oppianicum
condemnasse. Verum si innocens Falcula, quaero quis sit nocens. Si
hic gratis condemnavit, quis accepit? nego rem esse ullam in quemquam
illorum obiectam, quae Fidiculanio obiecta non sit: aliquid fuisse in Fidicu
lani causa, quod idem non esset in ceterorum: aut hoc iudicium reprehendas
tu, cuius accusatio rebus iudicatis niti videbatur, necesse est, aut
si hoc verum esse concedis, Oppianicum gratis condemnatum esse fateare.
Quamquam satis magno argumento esse debet: quod ex tam multis iudicibus
absoluto Falcula nemo reus factus est. Quid enim mihi damnatos am
bitus colligitis alia lege, certis criminibus, plurimis testibus, cum pri
mum illi ipsi debuerint potius accusari de pecuniis repetundis quam
ambitus. Nam si in ambitus iudiciis hoc eis obfuit, cum alia lege cau
sam dicerent: certe si propria lege huius peccati adducti essent, multo
plus obfuisset. Deinde si tanta vis fuit istius criminis, ut qua quisque
lege ex illis iudicibus reus factus esset: tamen hac plaga periret, cur
in tanta multitudine accusatorum tantis praemiis ceteri rei facti

non sunt? Hic profertur id quod iudicium appellari non oportet. P. Septimio Sce
volae litem eo nomine esse aestimatam: cuius rei quae consuetudo sit, quoniam apud
homines peritissimos dico: pluribus verbis dicere non debeo. Numquam enim
ea diligentia, quae solet adhiberi in ceteris iudiciis, eadem reo damnato
adhibenda est in litibus aestimandis. Fere iudices aut quod sibi eum
quem semel condemnarunt, inimicum putant, si quae in eum lis capitis
illata est, non admittunt, aut quod se perfunctos iam esse arbitrantur, cum
de reo iudicarunt, neglegentius attendunt cetera. Itaque et maiestatis
absoluti sunt permulti, quibus damnatis de pecuniis repetundis lites maiestatis essent aestimatae: et hoc quotidie fieri videmus, ut reo damnato de pecuniis repetundis
ad quos pervenisset, pecunias in litibus aestimandis statutum sit. Eos
illi iudices absolvant. quod cum fiat, non iudicia rescinduntur, sed
hoc statuitur aestimationem litium non esse iudicium. Scaevola condem
natus est aliis criminibus frequentissimis Apuliae testibus: omni con
tentione pugnatum est, ut lis haec capitis aestimaretur. quae res
si rei iudicatae pondus habuisset, ille postea vel isdem vel aliis crimi
nibus reus hac lege ipsa factus esset. Sequitur id quod illi iudicium
appellant: maiores autem nostri numquam neque iudicium nominarunt,
neque proinde ut rem iudicatam observarunt animadversionem atque
auctoritatem censoriam. Qua de re antequam dicere incipio: perpauca mihi
de meo officio verba facienda sunt, ut a me cum huiusce periculi
tum ceterorum quoque officiorum et amicitiarum ratio conservata esse
videatur. Nam mihi cum viris fortibus, qui censores proxime fuerunt
ambobus est amicitia: cum altero vero sicuti et plerique vestrum sciunt
magnus usus et summa utriusque officiis constituta necessitudo est. consuetudo
Quare quidquid de subscriptionibus eorum mihi dicendum erit, eo di
cam animo: ut omnem orationem meam, non de illorum facto: sed de ratione
censoria habitam existimari velim. A Lentulo autem familiari meo.
qui a me pro eximia sua virtute, summisque honoribus, quos a p. r.
adeptus est, honoris causa nominatur: facile hoc iudices, impe
trabo, ut quam ipse adhibere consuevit, in amicorum periculis fidem
et diligentiam, tum vim animi, libertatemque dicendi in hac mihi conce
dat: ut tantum mihi sumam: quantum sine huius periculo praeterire
non possum: a me tamen ut aequum est, omnia caute, pedetemptimque
dicentur, ut neque fides huius defensionis relicta, neque cuiusquam

aut dignitas laesa aut amicitia violata esse videatur. Video igitur iudices animadvertisse censores in iudices quosdam illius consilii Iuniani, cum ipsam istam causam subscriberent. Hic primum illud est proponam, numquam animadversionibus censoriis hanc civitatem ita contentam ut rebus iudicatis fuisse, neque in re nota consumam tempus exemplo. Ponam illud unum: C. Geta, cum a L. Metello et Cn. Domitio censoribus ex senatu eiectus esset, censorem ipsum postea esse factum; et cuius mores a censoribus erant reprehensi, hunc postea et populi Romani et eorum qui in ipsum animadverterant moribus praefuisse. Quod si illud iudicium putaretur, ut ceteri turpi iudicio damnati in perpetuum omni honore ac dignitate privantur, sic hominibus ignominia notatis neque ad honorem aditus neque in curiam reditus esset. Nunc si quem Cn. Lentuli aut L. Gellii libertus furti condemnarit, is omnibus ornamentis amissis numquam ullam honestatis suae partem recuperabit. Quos autem ipse L. Gellius et Cn. Lentulus, duo censores, clarissimi viri sapientissimique homines, furti et captarum pecuniarum nomine notaverunt, ii non modo in senatum redierunt, sed etiam illarum ipsarum rerum pecuniarum nomine iudiciis absoluti sunt. Neminem voluerunt maiores nostri non modo de existimatione cuiusquam, sed ne pecuniaria quidem de re minima esse iudicem, nisi qui inter adversarios convenisset. Quapropter in omnibus legibus quibus exceptum est de quibus causis aut magistratum capere non liceat aut iudicem legi aut alterum accusare, haec ignominiae causa praetermissa est. Timoris enim causam, non vitae poenam in illa potestate esse voluerunt. Itaque non solum iudices ostendam quod iam videtis, populi Romani suffragiis saepe numero censores subscriptiones esse deletas, verum etiam iudiciis eorum qui iurati statuere maiore cum religione et diligentia debuerunt. Primum iudices, equites, senatores populi Romani, in compluribus iam reis quos contra leges pecunias accepisse subscriptum est, suae potius religioni quam censorum opinioni paruerunt. Deinde praetores urbani, qui iurati debent optimum quemque in selectos iudices referre, numquam sibi ad eam rem censoriam ignominiam impedimento esse oportere duxerunt. Censores denique ipsi saepe numero superiorum censorum iudiciis, si ista iudicia appellari vultis, non steterunt; atque etiam ipsi inter se censores sua iudicia tanti esse arbitrantur, ut alter alterius iudicium non modo reprehendat, sed etiam rescindat, ut alter de senatu

movere velit, alter retineat et ordine amplissimo dignum existimet, ut alter in aerarios referri aut tribu moveri iubeat, alter vetet. Quae qui vobis in mentem venit haec appellare iudicia, quae a populo Romano rescindi, ab iuratis iudicibus repudiari, a magistratibus neglegi, ab iis qui eandem potestatem adepti sunt commutari, inter collegas discrepare videatis? Quae cum ita sint, videamus quid tandem censores de illo iudicio corrupto subscripserint. Si ideo quia subscripserint, videte quid agatis, ne in unum quemque nostrum censoribus in posterum potestatem regiam permittatis; ne subscriptio censoria non minus calamitatis civibus quam illa acerbissima proscriptio possit afferre; ne censorium stilum, cuius mucronem multis remediis maiores nostri retuderunt, aeque posthac atque illum dictatorium gladium pertimescamus. Sin autem quod subscriptum est, quia verum est, idcirco grave debet esse, hoc quaeramus, verum sit an falsum. Removeantur auctoritates censoriae, tollatur id ex causa quod in causa non est. Doce quam pecuniam Cluentius dederit, quemadmodum dederit; unum denique aliquod a Cluentio profectae pecuniae vestigium ostende. Vince deinde virum bonum fuisse Oppianicum, hominem integrum, nihil de illo umquam secus esse existimatum, nihil denique praeiudicatum. Tum auctoritatem censoriam amplexato, tum illorum iudicium cum re coniunctum esse defendito. Dum vero eum fuisse Oppianicum constabit, qui tabulas publicas municipii sui corrupisse iudicatus sit, qui testamentum interleverit, qui supposita persona falsum testamentum obsignandum curavit, qui eum cuius nomine id obsignatum est interfecerit, qui avunculum filii sui in servitute ac vinculis necarit, qui municipes suos proscribendos occidendosque curarit, qui eius uxorem quam occiderat in matrimonium duxerat, qui pecuniam pro abortione dederit, qui socrum, qui uxorem, qui hoc tempore fratris uxorem speratosque liberos fratremque ipsum, qui denique suos liberos interfecerit, qui cum venenum privigno suo quaereret manifesto sit deprehensus, cuius ministris consciisque damnatis ipse adductus in iudicium pecuniam iudici dederit ad sententias iudicum corrumpendas: dum haec inquam de Oppianico constabunt, nec ullo argumento Cluentianae pecuniae crimen tenebitur, quid est quod te ista censoria sive voluntas sive opinio fuit adiuvari

Margin notes:

iudicasse dicant. Ac primum illud statuam, verumque censores de illo iudicio corrupto

[illegible] sit, an quia ita fuit illi subscripserint

unde dederit

dare vellet

consciis

aut hunc inocentem opprimere posse uideatur. Quid ꝗ censores
secuti sunt? ne ipsi quidem ut grauissime dicam, quicquam aliud dicet
pter sermonē atqꝫ famā. Nihil se testibus, nihil tabulis, nihil gravi · cōmperisse
aliquo argumento, nihil denique causa cognita statuisse dicet.
Quod si ita fecissent, tamen id nō ita fixū esse deberet, ut conuelli
nō liceret. Non utar exemplorum copia, quę summa est, non rem
ueterē, nō hoīem potentem aliquē, aut gratiosum proferam
nup hoīem tenuem, scribam ędilitiū D. matrinū cū defen
dissem apud M. iuniū Q. publiū pretores et M. pletorium
C. flaminiū ędiles curules persuasi ut scribam iurati legerent
eum quē ijdem isti censores ęrariū reliquisse subscripsissent.
Cum n. in hoīe nulla culpa inueniretur, quid ille meruisset nō
quid de eo statutū esset, quęrendū esse duxerunt. Nam hęc quę
quę de iudicio corrupto subscripserint, quis est qui ab illis satis
cognita et diligenter iudicata arbitretur? In M. aquiliū
et in T. guttam uideo esse subscriptū. Quid est hoc? duos esse
corruptos solos pecuniā? dicant ceteri uidelicet gratis condēp
nauerunt. in culpa sunt ac suspitione ponendi. Duos solos in
des aucte censores affines et turpitudini iudicari aut
illud afferant aliquid esse, quod de his duobus habuerint
compertū, de ceteris compisse. Nam illud quidem minime proba
dum est, animaduersionis auctoritatemque censoriam exemplū illos
consuetudine militari transtulisse. Statuerunt enim ita
maiores nostri, ut si a multis esset flagitiū rei militaris ad
missum sortitione, in quosdam animaduerteretur, ut metus
uidelicet ad omnes, pena ad paucos perueniret. quod idem facere
censores in delectu dignitatis et in iudicio ciuiū et in ani
maduersione uitiorū qui conuenit? Nam miles qui locū nō
tenuit, qui hostiū impetū uim primum, potest idem postea et miles esse
melior et uir bonus et ciuis utilis. Quare ne qui in bello propter hostium
metū delinqueret, amplior ei mortis et supplicij metus est
a maioribus constitutus. Ne autem nimiū multi pena capitis subi
rent: idcirco illa sortitio comparata est. hoc tu idem facies censor
in senatu legendo si erunt plures qui ob inocentē condemnandū

Margin notes: Nō est igr circumuentus? nō oppssus pecunia? Nō ut illi Cumitant [?] cōdēnare habebant? Omnes qui oppianicū cōdēna runt — impetum [illegible]

pecuniam

pecuniā acceperint. tu nō animaduertas in omnes, sed carpes ut uelis et
paucos ex multis ad ignominiam sortiere. habebit igitur te sciente et ui
dente curia senatorē, populus romanus iudicē, res p. ciuē sine ignominia quemquam
qui ad perniciem inocentis fidem suā et religionē pecunia commutarit?
et qui pretio adductus eripuerit patriā, fortunas, liberos ciui inocenti
is censorię seueritatis nota nō inuretur? Tu es prefectus moribus
tu magister ueteris disciplinę et seueritatis, si aut retines quemquam
sciens in senatu scelere tanto contaminatū aut statuis qui in eandem
culpam sit, nō eadem pena affici oportere conuenire: ut quā condicionem
supplicij maiores in bello timiditati militis propositam esse uoluerunt
eandem tu in pace constitues improbitati senatoris? Quod si hoc
exemplū ex re militari ad animaduersionē censoriam transferendū
fuit: sortitione id ipsum factum esse oportuit. Sin autem sortiri ad penam
ad hominum delictū fortunę iudicio committere, minime censoriū
est: certe in multorum peccato carpi paucos ad ignominiam et turpi
tudinē nō oportet. Verum omnes intelligimus in istis subscriptionibus
uentū quendam popularē esse quesitū. Iactata res erat in contione
a tribuno seditioso, incognita causa probatū illud erat, multitudi
nem illicitū esse contra dicere. Nemo denique ut defenderet, con
trariā partē laborabat. In inuidiā porro magnā illa iudicia
uenerant. etenim paucis postea mensibus alia uehemens erat in
iudicijs ex notatione tabularum inuidia uersata. Pretermitti animaduer
sionibus et negligi macula iudiciorum posse nō uidebatur. homines
quos ceteris uitijs atque omni dedecore infames uidebant, eos
hac quoque subscriptione notare uoluerunt: et eo magis, quod illo
ipso tempore, illis censoribus erant iudicia cū equestri ordine
communicata, ut uiderentur per hominum idoneorum ignominiam sua
auctē illa iudicia cū equestri ordine reprehendisse. Quod si hoc
apud eos ipsos omnes censores, mihi aut alij copiam agere licuisset:
hominibus tali prudentia certe probauissem. Res. n. indicat nihil
ipsos habuisse cogniti, nihil comperti, ex tota ipsa subscriptione rumo
rem quendam et plausū popularem esse quesitū. Nam in L. po
piliū qui oppianicū condemnarat subscripsit. L. gellius quod is
pecuniā accepisset, quo inocentem condemnaret. Iam id ipsum

quante diuinationis est scire innocentem fuisse reum, quem fortasse
numquam uiderat, cum homines sapientissimi iudices, ut nihil dicam de iis
qui condemnarunt, causa cognita, sibi dixerunt non liquere. Verum
esto condemnarit populium gelius, iudicat accepisse a cluentio pecuniam.
negat hoc lentulus: nam popilium, qui erat libertini filius in senatum non
legit, locum quidem senatorium ludis et cetera ornamenta reliquit, et
eum omni ignominia liberat. Quod cum facit, iudicat eius sententia gratis
esse oppianicum condemnatum, et eundem popilium postea lentulus in
ambitus iudicio pro testimonio diligentissime laudat. Quare si
neque L. gelii iudicio stetit lentulus, neque lentuli existimationi contentus fuit gelius: et si uterque censor censoris opinione standum non putauit, quid est quamobrem quisquam nostrum censorias subscriptiones
omnes fixas et in perpetuum ratas putet esse oportere? At in ipsum
abitum animaduerterunt, nullam quidem ob turpitudinem, nullam ob
totius uitae non dicam uitium, sed erratum. Neque enim hoc homine sanctior
neque probior, neque in omnibus officiis retinendis diligentior (vigilantior) et
quisquam potest: neque illi aliter dicunt, sed eandem illam famam
iudicii corrupti secuti sunt: neque ipsi secus existimant, quam nos
existimare uoluimus, sed de huius pudore integritate uirtute
sed putarunt praetermitti accusatorem non potuisse, cum animaduersum
esset in iudices. Qua de re tota si unum factum ex omni antiquitate
protulero: plura non dicam. Non enim in exemplum summi et clarissimi uiri: P. affricani praetereundum uidetur: qui cum esset censor
et in equitum censu. C. licinius sacerdos prodisset, clara uoce
ut omnis contio audire posset, se scire illum uerbis conceptis peierasse. Siqui contradicere uellet, usurum esse eum suo testimonio
dein cum contra nemo diceret, iussit equum traducere. Itaque is
cuius arbitrio et populus ro. et exterae gentes contente esse consueuerant:
ipse sua scientia ad ignominiam alterius contentus non fuit. Quod
si hoc habito facere licuisset, facile illis ipsis iudicibus et falsae
suspitioni et inuidiae populariter excitatae restitisset. Vnum etiam est
quod me maxime perturbat: cui loco respondere posse uix uideor.
quod elogium recitasti de testamento. CN. egnatii patris hominis honestissimi uidelicet et sapientissimi: idcirco se exheredasse filium quod is

ob (ad) oppianici damnationem pecuniam accepisset: de cuius hominis leuitate et inconstantia plura non dicam. hoc testamentum ipsum quod recitas eiusmodi est, ut ille cum eum filium exheredaret, quem oderat, ei
filio coheredes homines alienissimos adiungeret, quem diligebat. Sed
tu Atti consideres censeo diligenter, utrum censorum iudicium graue
uelis esse, an egnatii. si egnatii leue est, quod censores de ceteris subscripserunt: ipsum enim CN. egnatium, quem tu graue esse uis e senatu
eiecerunt. Sin autem censorum, hunc egnatium, quem pater censoria
subscriptione exheredat, censores in senatu cum patrem eicerent,
retinuerunt. At enim senatus uniuersus iudicauit illud corruptum esse iudicium: quo suscepit causam? an potuit rem delatam eiusmodi repudiare, cum tr. pl. populo concitato rem pene
ad manus reuocauisset? cum uir optimus et homo innocentissimus
pecunia circumuentus esse diceretur? cum inuidia flagraret
ordo senatorius potuit nihil decerni? potuit illa concitatio
multitudinis sine summo periculo rei p. repudiari? Aut quid est
decretum, quam iuste quam sapienter, quam diligenter? Siqui sunt quorum
opera factum sit, ut iudicium publicum corrumperetur, utrum uidetur
senatus id factum iudicare, an si factum sit moleste grauiterque
ferre? Si ipse A. cluentius sententiam de iudiciis rogaretur, aliam
non diceret, atque hi dixerunt, quorum sententiis cluentium condemnatum esse dicitis. Sed quaero ab uobis num istam legem ex isto
senatus consulto. L. lucullus consul homo sapientissimus tulerit? Num anno post. M. lucullus et CN. cassius in quos tum
consules designatos idem illud senatus decreuerit, non tulerunt.
et quod tu habiti pecunia factum esse arguis, neque id ulla tenuissima suspitione confirmas, factum est primo illorum equitate et
sapientia consulum, ut id quod senatus decreuerat, ad illud
inuidiae praesens incendium restinguendum id postea referendum
ad populum non arbitrarentur. Ipse deinde populus ro. qui L. quintii
tr. pl. fictis querimoniis antea concitatus, rem illam et rogationem flagitarat. Idem. C. iunii filii pueri paruuli lachrimis
commotus maximo clamore et concursu totam illam legem et
quaestionem repudiauit. Ex quo intelligi potest (potuit) id quod saepe dixi me

ut mare quod sua natura tranquillum sit ventorum vi agitari atque
turbari: sic et populum romanum sua sponte esse paratum, hominum seditiosorum voci
bus, ut violentissimis tempestatibus concitari. Est et reliqua permagna
auctoritas, quam ego turpiter pene preterii: mea enim esse dicitur. Re
citavit ex oratione nescio qua attius, quam meam esse dicebat, cohortationem
quandam iudicum ad honeste iudicandum, et commemorationem cum illorum
iudiciorum que probata non essent, tum illius ipsius iudicii iuniani; proinde
quasi ego non ab initio huius defensionis dixerim, invidiosum illud
fuisse iudicium, aut cum de infamia iudiciorum disputarem, potuerim
illud: quod tam populare esset, in illo tempore preterire. Ego vero siquid
eiusmodi dixi, neque cognitum commemoravi, neque pro testimonio dixi:
et illa oratio potius temporis mei quam iudicii et auctoritatis fuit. Cum
enim accusarem et mihi initio proposuissem, ut animos et populi romani et
iudicum commoverem, cumque omnes offensiones iudiciorum non ex mea
opinione, sed ex hominum rumore proferrem: istam rem que tam po
pulariter esset agitata, preterire non potui. Sed errat vehementer
siquis in orationibus nostris, quas in iudiciis habuimus, auctoritates
nostras consignatas se habere arbitratur. Omnes enim ille orationes causarum
et temporum sunt non hominum ipsorum ac patronorum: nam si cause ipse
pro se loqui possent, nemo adhiberet oratorem. Nunc adhibemur
ut ea dicamus, non que nostra auctoritate constituantur, sed que ex
re ipsa causaque ducantur. Hominem ingeniosum. M. antonium aiunt
solitum esse dicere, idcirco se nullam umquam orationem scripsisse,
ut siquid aliquando non opus esset ab se esse dictum, posset se negare dixisse.
Proinde quasi siquid a nobis dictum aut actum sit, id nisi litteris mandaverimus,
hominum memoria non comprehendatur. Ego vero in isto genere libentius
cum multorum hominum, tum eloquentissimi et sapientissimi L. crassi
auctoritatem sequor: qui cum Cn. plancum defenderet, accusante M. bruto
homine in dicendo vehementi et callido, cum brutus duobus recitatori
bus constitutis, ex duabus eius orationibus capita alterna inter
se contraria recitanda curasset, quod in dissuasione rogationis
eius: que contra coloniam narbonensem ferebatur, quantum
potest de auctoritate senatus detrahit: in suasione legis serviliae, sum
mis ornat senatum laudibus: et multa in equites romanos cum ex ea

oratione asperius dicta recitasset: quo animi illorum iudicum in crassum
incenderentur, aliquantum esse commotus dicitur. Itaque in respondendo
primum exposuit utriusque rationem temporis, ut oratio ex re et
ex causa habita videretur: deinde ut intelligere posset brutus, quem
hominem et non solum qua eloquentia verum etiam quo lepore et
quibus facetiis preditum lacessisset: tres et ipse excitavit
recitatores cum singulis libellis, quos M. brutus pater illius
accusatoris de iure civili reliquit. Eorum initia cum recitarentur,
ea que vobis nota esse arbitror: forte evenit ut ruri in pri
vernate essemus ego et brutus filius, albanum poscebat: in
tiburti forte cum assedissemus, tiburtem fundum requirebat.
brutum autem hominem sapientem, quod filii nequitiam videret, que
predia ei relinqueret, testificari voluisse. Quod si
potuisset honeste scribere, se in balneis cum id etatis filio
fuisse, non preterisset; eas se tamen ab eo balneas non ex libris
patris, sed ex tabulis et ex censu quaerere. Crassus tum ita
brutum ultus est, ut illum recitationis sue peniteret. Moleste
enim fortasse tulerat se in his orationibus reprehensum quas
de re publica habuisset, in quibus forsitan magis requiratur con
stantia: ego autem illa recitata non moleste fero: neque enim ab
illo tempore quod tum erat, neque ab ea causa que tum agebatur
aliena fuerunt; neque mihi quicquam oneris suscepi, cum ista
dixi, quo minus honeste hanc causam et libere possem de
fendere. Quod si velim confiteri me causam A. cluentii nunc
cognosse . . . . antea fuisse in alia illa opinione populari: quis tan
dem id possit reprehendere? presertim iudices cum a vobis quoque
ipsis hoc impetrari sit equissimum, quod ego et ab initio pe
tivi et nunc peto: ut siqua huc graviorem de illo iudicio
opinionem attulistis, hanc causa perspecta atque omni veritate
cognita deponatis. Nunc quoniam ad omnia que abs te dicta sunt. T.
atti, de oppianici damnatione respondi, confiteare necesse
est, te opinionem multum fefellisse, quod existimaris me causam
A. cluentii non facto eius, sed lege defensurum. Nam hoc persepe
dixisti tibi sic renuntiari me habere in animo causam hanc presidio

Fundum privernatem flagitabat. In albano eramus ego et Brutus filius

legis defendere. Ita ne est? ab amicis videlicet imprudentes prodi
mur. et est nescio quis de iis quos amicos nostros nobis arbitramur, qui
nostra consilia ad adversarios deferat: quis nam tibi hoc renun
tiavit? quis tam improbus fuit? cui ego autem narravi? nemo
ut opinor in culpa est, sed nimirum tibi istuc lex ipsa renuntiavit.
Sed num tibi ita defendisse videor, ut tota in causa mentionem ullam
fecerim legis? num secus hanc causam defendissem, ac si lege ha
bitus teneretur? Certe ut hominem confirmare oportet, nullus
est locus a me purgandi istius invidiosi criminis pretermissus.
Quid igitur est? queret fortasse quispiam displiceatne mihi legum
presidio a capite periculum propulsare. mihi vero iudices non displi
cet, sed utor instituto meo in bonis honestis prudentibusque iu
dicio, non solum meo consilio uti consuevi, sed multum etiam eius quem
defendo et consilio et voluntati obtempero. Nam ut hec ad me
causa delata est: qui leges eas ad quas adhibemur et in quibus
versamur nosse deberem. Dixi habito statim de eo qui coisset
quo quis condempnaretur illum esse liberum, teneri autem nostrum
ordinem. atque ille me orare ac obsecrare cepit, ut ne sese lege
defenderem. Cum ego que mihi videbantur dicerem, traduxit
me ad suam sententiam. affirmabat enim lachrimans non se cupidio
rem esse civitatis retinende, quam existimationis. Morem homini
gessi, et tamen idcirco feci? neque enim id semper facere debemus;
quod videbam per se ipsam causam copiosissime sine lege posse de
fendi. Videbam in hac defensione, qua iam sum usus plus
dignitatis, in illa qua me hic uti noluit, minus laboris futurum.
quod si nihil aliud esset actum, nisi ut hanc causam optinerem, lege
recitata peroravissem. neque me illa oratio commoveret, quod ait
Accius indignum esse facinus, si senator iudicio quempiam cir

Si eques Romanus hoc idem fecerit non teneri.

cumvenerit, legibus eum teneri; ut tibi concedam hoc indignum
esse, quod cuiusmodi sit, iam videro. Tu mihi concedas necesse
est multo esse indignius in ea civitate que legibus teneatur discedi
a legibus, hoc enim vinculum est dignitatis huius, qua fruimur
in re publica. hoc fundamentum libertatis, hic fons equitatis.
mens et animus et consilium et sententia civitatis posita est in legibus.

ut corpora nostra sine mente, sic civitas sine lege suis partibus
ut nervis ac sanguine et membris uti non potest. Legum ministri
magistratus, legum interpretes iudices, legum denique idcirco omnes
servi sumus, ut liberi esse possimus. Quid est? Q. Naso cur tu
in isto loco sedeas? que vis est qua abs te hi iudices tali digni
tate prediti coerceantur? Vos autem iudices quamobrem ex tanta
multitudine civium tam pauci de hominum fortunis sententiam
fertis? quo iure Accius que voluit dixit? cur mihi tam diu
potestas dicendi datur? Quid sibi autem illi scribe, quid lictores
quid ceteri quos apparere huic questioni video, volunt? opi
nor hec omnia lege fieri. totumque hoc iudicium, ut ante dixi quasi
mente quadam regi legis et administrari. Quid ergo est?
hec questio sola ita gubernatur? Quid M. plectorii et C.
Flaminii inter sicarios? quid C. orchinii peculatus? Quid
mea de pecuniis repetundis? quid C. aquilii apud quem
nunc de ambitu causa dicitur? Quid relique questiones?
circumspicite omnes rei publice partes omnia legum imperio et presidio perscripto
fieri videbitis. Siqui apud me te T. Atti reum velit facere:
clames te lege pecuniarum repetundarum non teneri. neque hec
tua recusatio confessio sit capte pecunie, sed laboris sed
periculi non legiptimi declinatio. Nunc quid agatur et quid abs te
iuris constituatur, vide. iubet lex ea qua lege hec questio

Iudices questionis hoc est

constituta est, hoc est Q. Voconium, cum inventum cum iis iudicibus qui ei obvenerit
vos appellat iudices: querere de veneno, in quem querere?
infinitum est: quicumque fecerit, vendiderit, emerit, habuerit,
dederit. Quid eadem lex statim adiungit? recita: de eiusque capite
querito. cuius? qui coierit, convenerit, non ita est. Quid igitur
est? dic. Qui tribunus militum legionibus quatuor primis, queve
questores, tribuni plebis deinceps omnis magistratus nominavit, qui ut in
senatu sententiam diceret, dixerit: qui eorum qui eorum coit coierit, convenit
convenerit, quo quis iudicio publico condempnaretur. Qui eorum
quorum videlicet, qui suprascripti sunt. quid interest sit, utro modo
scriptum sit, etsi est aptius comptum, tamen ipsa lex nos docet. Ubi enim omnes mor
tales alligat, ita loquitur. Qui venenum malum fecit, fecit omnes

uiri mulieres, liberi, serui in iudicium uocantur. Si item de contione
noluisset, adiunxisset, qui ue coierit. Nunc ita est, deque eius capite
quęrito qui magistratum habuerit, in ue senatu sententiam dixerit, q(ui)
eorum coit coierit, num is est cluentius? certe non est. Quis ergo e(st)
cluentius? qui tamen defendi causam suam lege nolit, itaque abiurio
legem, morem cluentio gero: tibi tamen atti pauca, quę ab huius
causa seiuncta sunt, respondebo. Est .n. quiddam in hac causa quod
cluentius ad se(se), aliquid quod ego ad me putem pertinere, hic sua

se re ipsa et gesto negocio, non lege defendi. Ego autem mea existimo interesse

putat interesse, me nulla in disputatione ab attio uideri esse
superatum: non enim mihi hec causa sola dicenda est: omnibus hic
labor meus propositus est. Quiuis hac facultate defensionis
contenti esse possint: nolo quemquam eorum qui adsunt existimare
me quę de lege ab attio dicta sunt, si reticuerim comprobare.

Q uobrem cluenti de te tibi obsequor, neque ego legem recito, neque
hoc loco pro te dico, sed ea quę a me (te) desiderari arbitror, non
relinquam. Iniquum tibi uidetur atti esse, non iisdem legibus
omnis teneri, primum ut id iniquissimum esse confitear, huius-
modi est, ut commutatis eis opus sit legibus, non ut iis quę sunt
pareamus. Deinde quis umquam hoc senator accusauit? ut cum
altiorem gradum dignitatis beneficio populi ro. esset consecutus, eo
se putaret durioribus legum conditionibus uti oportere? Quam multa
sunt commoda quibus caremus? quam multa molesta ac difficilia
quę subimus? atque hec omnia tantum honoris et amplitudinis
commodo compensantur. Conuerte nunc ad equestrem ordinem
(at) neque in cęteros ordines easdem uitę conditiones non perferent.

P utant enim minus multos sibi laqueos legum et conditionum ac
iudiciorum propositos esse oportere: qui summum locum ciuitatis aut
non potuerunt ascendere, aut non (etiam) petiuerunt. Atque ut obmittam
leges alias omnes: quibus nos tenemur: cęteri autem sunt ordines
liberati: hanc ipsam legem ne quis iudicio circumueniretur. C.
gracchus tulit. Eam legem pro plebe non in plebem tulit. Postea
L. sylla homo a populi causa remotissimus: tamen cum eius rei quę-
stionem hac ipsa lege constitueret, qua nos hoc tempore iudicamus,
populum ro. quem ab hoc genere liberum acceperat, alligare nouo questio-

nis genere ausus non est. Quod si fieri posse existimasset pro illo
odio, quod habuit in equestrem ordinem, nihil fecisset libentius
quam omnem illam acerbitatem proscriptionis suę qua est usus in ueteres
iudices in hanc unam questionem obtulisset: nec nunc quicquam
agitur mihi credite iud. et prospicite id quod prouidendum
est: nisi ut eques(ter ordo) ro. in huiusce legis periculum includatur.
H neque hoc agitur ab omnibus, sed a paucis: nam ii senatores qui
se facile tuentur integritate et innocentia: quales ut uere
dicam uos estis: et cęteri qui sine cupiditate uixerunt, equi-
tes ordini senatorio dignitate proximos, concordia con-
iunctissimos esse cupiunt. Sed hi qui se(se) uolunt posse omnia,
neque preterea quicquam esse aut in homine ullo aut in ordine,
hoc uno metu se putant equites ro. in potestate sua redactu-
ros, si constitutum est, ut de his qui rem iudicarent, huiuscem-
modi iudicia fieri possint. Vident .n. auctem huius ordinis
confirmari, uident iudicia comprobari: hoc metu proposito
euellere se aculeum seueritatis uestrę posse confidunt. Quis
enim de homine audeat paulo maioribus opibus predito uere
et fortiter iudicare, cum uideat sibi de eo quod coierit aut con-
senserit, causam esse dicendam? O uiros fortes equites ro. qui
homini clarissimo ac potentissimo. M. druso. tr. pl. restiterunt:
cum ille nihil aliud ageret: quam cum illa cuncta quę tum erant
nobilitatis, nisi utique (qui) rem iudicassent, huiuscemodi questionibus
in iudicium uocarentur. Tunc. C. flauius pusio. CN. titini-
us. C. mecenas illa robora populi. ro. cęterique huiuscemodi or-
dinis non fecerunt idem, quod nunc cluentius, ut aliquid culpę
suscipere se putarent recusando, sed apertissime repugnarunt.

C um hec recusarent et palam fortissime atque honestissime
dicerent se potuisse iudicio populi ro. in amplissimum locum
peruenire, si sua studia ad honores petendos conferre uo-
luissent. sese uidisse in ea uita qualis splendor inesset,
quanta ornamenta, quę dignitas, quę se non contempsisse
sed ordine suo, patrumque suorum contentos fuisse, et uitam
illam tranquillam et quietam et remotam a procellis

invidiarum et huiusce modi iudiciorum sequi maluisse, aut sibi ad
honores petendos etatem integram restitui oportere: aut cum
id non posset, eam conditionem vite quam secuti petitionem reli-
quissent, manere. Iniquum esse eos qui honorum ornamenta propter peri-
culorum multitudinem pretermisissent, populi beneficiis esse priva-
tos, iudiciorum novorum periculis non carere. Senatorem hoc queri
non posse: propterea quod ea conditione proposita petere cepisset, quodque per-
multa essent ornamenta: quibus eam mitigare molestiam posset:
locus, auctoritas, domi splendor, apud exteras nationes nomen et gratia,
toga et pretexta, sella curulis, insignia, fasces, exercitus, impe-
provincie: quibus in rebus cum summa recte factis maiores nostri
premium summus — al. premium — premia, tum plura peccatis pericula proposita esse voluerunt. Illi non hoc re-
cusabant, ne lege accusarentur qua nunc Habitus accusatur, que
tum erat Sempronia, nunc est Cornelia. Intelligebant enim ea lege
equestrem ordinem non teneri, sed ne nova lege alligarentur
laborabant. Habitus ne hoc quidem umquam recusavit: quominus
vel ea lege rationem vite sue redderet qua non teneretur. Que si
nobis conditio placet, omnes id agamus, ut hec quamprimum in omnes
ordines questio perferatur. Interea quidem per deos immortales, quoniam
omnia commoda nostra, iura, libertatem, salutem denique legibus obtinemus,
a legibus non recedamus. Simul et illud quam sit iniquum
cogitemus, populum Romanum aliud nunc agere vobis r. p. et fortunas suas
commisisse, sine cura et non metuere, ne lege ea quam numquam
ipse iusserit, et questione qua se solutum liberumque esse arbitraretur
per paucos iudices astringatur. Agit enim sic causam T. Attius adolescens
bonus et disertus, omnes cives legibus teneri omnibus. Vos attendi-
tis et auditis silentio sicut facere debetis. A. Cluentius eques
Romanus causam dicit ea lege, qua lege senatores et ii qui magistratum ha-
buerunt, soli tenentur, mihi per eum recusare, et in arte legis
presidia constituere defensionis mee non licet. Si optinuerit
causam Cluentius, sicuti vestra equitate nixi confidimus, omnes
existimabunt id quod erit, optinuisse propter innocentiam, quoniam ita
defensus sit. In lege autem quam attingere noluerit, presidii nihil
fuisse. Hic nunc est quiddam, quod ad me pertineat, de quo ante

dicam quod ego p. r. prestare debeam: quoniam is mee vite status est ut
omnis mihi cura atque opera posita sit in omnium periculis defendendis.
Video quanta et quam periculosa et quam infinita questio temptetur ab
accusatoribus, cum eam legem que in nostrum ordinem scripta sit in
populum Romanum transferre conentur. Qua in lege est, qui coierit: quod
quam late pateat videtis. Convenerit eque infinitum et incertum est,
consenserit: hoc vero cum infinitum, tum obscurum et occultum est,
falsumve testimonium dixerit. Quis de plebe Romana testimonium
dixit umquam, cui non hoc periculum T. Attio auctore paratum esse vide-
atis? Nam dicturum quidem certe, si hoc iudicium plebi Romane propositum
sit, neminem umquam esse confirmo. Sed hoc polliceor omnibus, si cui
forte hac lege negotium facesseretur, qui lege non teneretur, si is uti
me defensore voluerit, me eius causam legis presidio defensurum:
et vel his iudicibus vel eorum similibus facile probaturum, et omni me
defensione usurum esse legis, qua nunc ut utar, ab eo cuius volun-
tati mihi obtemperandum est, non conceditur. Non enim debeo du-
bitare iudices, quin si qua ad vos causa huiusmodi delata sit, eius
qui lege non teneatur, etiam si is invidiosus, aut multis offensus
esse videatur, etiam si eum oderitis, et si inviti absolvendum putetis,
tamen absolvatis et religioni potius vestre quam odio pareatis. Est meminisse se hominem
enim sapientis iudicis, cogitare tantum sibi a populo Romano esse permissum,
quantum commissum et creditum sit, et non solum sibi potestatem datam,
verum et fidem habitam esse meminisse. Posse quem oderit absolvere,
quem non oderit condemnare: et semper non quid ipse velit, sed
quid lex et religio cogat, cogitare. Animadvertere qua lege
reus citetur, de quo reo cognoscat, que res in questione versetur.
Cum hec sunt videnda, tum vero illud est hominis magni iudices atque
sapientis, cum illam iudicandi causa tabellam sumpserit, non se
putare esse solum, nec sibi quodcumque concupierit licere, sed
habere in consilio legem, religionem, equitatem, fidem, libidi-
nem autem, odium, invidiam, metum, cupiditatesque omnes amovere,
maximique existimare conscientiam mentis sue, quam a diis immor-
talibus accepimus, que a nobis divelli non potest, que si optimorum
consiliorum atque factorum testis in omni vita nobis erit, sine ullo

metu, et summa cum honestate uiuemus. hec si. T. attius aut cogno
uisset, aut cogitasset: profecto ne conaretur quidem esse dicere id quod
multis uerbis egit: iudicem quod ei uideatur statuere et non deuinc
tum esse legibus oportere. Quibus de rebus mihi pro cluentij uolun
tate nimium, pro rei. p. dignitate parum: pro uestra prudentia satis
dixisse uideor: reliqua perpauca sunt, que quia uestre questionis erant
idcirco illi statuerunt sibi fugienda [fingenda] et esse proferenda, ne omnium
turpissimi reperirentur [marg.: reperirent]: si in iudicium nihil preter inuidiam attu
lissent: atque ut existimetis necessario me de his rebus de quibus ea
iam dixerim pluribus egisse uerbis attendite reliqua, profecto
intelligetis ea que paucis demonstrari potuerint, breuissime
esse defensa. Cn. decidio samniti ei qui proscriptus est iniuriam
in calamitatem eius ab huius familia factam esse dixisti. a nullo
ille liberalius quam a cluentio tractatus est. huius illum opes in rebus
eius incommodissimis subleuarunt, atque hoc cum ipse, tum omnes
eius amici, necessarijque cognorunt. Ancharij et Paceni pasto
ribus huius uillicum uim et manus attulisse, cum quedam in
collibus ut solet controuersia pastorum esset orta: habiti uillici
rem domini et priuatam possessionem defenderunt, cum esset expostu
latio facta causa illis demonstrata sine iudicio sine controuer
sia discessum est. P. helij testamento propinquus exheredatus cum
esset, heres hic alienior institutus est. P. helius habiti multo fecit
neque hic in testamento faciendo interfuit, idque testamentum ab huius
inimico oppianico est obsignatum. Florio legatum ex testamento
infitiatum esse, non est ita. Sed cum [HS] .XXX. scripta essent pro trecentis
neque ei satis cautum esse uideretur: noluit enim aliquid acceptum
referre liberalitati sue. Primo deberi negauit, post sine contro
uersia soluit. Cn. cuiusdam samnitis uxorem post bellum ab
hoc esse repetitam, mulierem cum emisset de sectoribus, quo tempore
eam primum liberam esse audiuit sine iudicio reddit. ceium
esse quendam, cuius bona teneat habitus. Est hic ennius egens
quidam calumpniator mercenarius oppianici: qui per multos
annos quieuit: deinde aliquando cum seruo habiti furti egit. Nuper
ab ipso habito petere cepit. hic illo priuato iudicio in credite.

nobis ijsdem fortasse patronis calumpniam non effugiet, atque etiam
ut nobis renuntiatur hominem multorum hospitum. A. binnium quendam co
ponem de uia latina subornatis, qui sibi a cluentio, seruisque eius
in taberna sua manus allatas esse dicat. Quo de homine nihil etiam
nunc dicere nobis est necesse: si [eum] inuitauerit id quod solet, sic
hominem accipiemus: ut moleste ferat, se de uia decessisse. habe
tis iud. que in totam [cum] uitam de moribus. A. cluentij que illi inuidio
sum [esse] reum [et rumi] uoluit esse annos octo meditati accusatores college
runt. quam leui genere ipso, quam falsa re, quam breuia responsa cogno
stis. nunc id quod ad uestrum ius iurandum pertinet. quod uestri
iudicij est: quod uobis oneris imposuit ea lex, qua coacti huc con
uenistis de criminibus ueneni, ut omnes intelligant quam paucis
uerbis hec causa perorari potuerit, et quam multa a me dicta sint.
que ad huius uoluntatem maxime ad uestrum iudicium minime
pertinerent. Obiectum est. C. uibium cappadocem ab hoc. A. cluentio
ueneno esse sublatum: oportune adest homo summa fide et omni
uirtute preditus. L. pletorius senator, qui illius [Vibii] cappacis
hospes fuit et familiaris. Apud hunc ille rome habitauit,
apud hunc egrotauit: huius domi est mortuus. Intestatum
dico esse mortuum, possessionemque eius bonorum pretoris edicto
[marg.: huic] illius sororis filio adolescenti pudentissimo et in primis
honesto equiti. ro. datam. numerio cluentio quem uidetis.
alterum ueneficij crimen oppianico huic adolescenti, cum eius
in nuptijs more larinatium multitudo hominum pranderet.
uenenum habiti consilio paratum. id cum daretur in mulso balbu
tium quendam eius familiarem intercepisse, bibisse, statimque
esse mortuum. hoc ego [si] sic agerem, tamquam mihi crimen esset dilu
endum: hec pluribus uerbis dicerem, que nunc paucis percurrit
oratio mea. Quid unquam habitus in se admisit, ut hoc tantum
ab eo facinus non abhorrere uideatur. Quid autem magnopere
oppianicum metuebat: cum ille uerbum omnino in hac ipsa re nullum
facere potuerit. huic autem accusatores matre uiua deesse
non possent, quod iam intelligetis: an ut de causa eius periculi
nihil decederet ad eam nouum crimen accederet. Quod autem

tempus ueneni dandi illo die in illa frequentia? per quem porro datum? unde sumptum? que deinde interceptio poculi? cur non de integro autem datum? multa sunt que dici possunt, sed non committam ut uidear non dicendo uoluisse dicere. res enim iam se ipsa defendit: nego illum adolescentem, quem statim epoto poculo mortuum esse dixistis, omnino illo die esse mortuum. magnum crimen et impudens mendacium: perspicite et cetera. Dico illum cum ad illud prandium crudior uenisset, et ut etas illa fert, sibi tum non pepercisset, aliquot dies egrotasse, et ita esse mortuum. Quis huic rei testis est? idem qui sui luctus pater: pater inquam illius adolescentis, quem propter animi dolorem pertenuis suspicio potuisset ex illo loco testem in A. Cluentium constituere, is hunc suo testimonio subleuat. quod recita: tu autem nisi molestum est, paulisper exurge, perfer hunc dolorem commemorationis necessarie, in qua ego diutius non morabor: quoniam quod fuit uiri optimi fecisti ut ne cui innocenti meror tuus calamitatem et falsum crimen afferret. Unum etiam mihi reliquum eiusmodi crimen est iudices. ex quo illud perspicere possitis, quod a me initio orationis mee dictum est. Quicquid mali per hos annos A. Cluentius uiderit, quicquid hoc tempore habeat sollicitudinis ac negocii, id omne a matre esse conflatum. Oppianicum ueneno necatum esse, quod ei datum est in pane per M. Asellium quendam familiarem illius, idque Habiti consilio factum esse dicitis: in quo primum illud quero, que causa Habito fuerit, cur interficere Oppianicum uellet: inimicitias enim inter ipsos fuisse confiteor: sed homines inimicos suos morte affici uolunt, aut quod metuunt, aut quod oderunt. Quo tandem igitur Habitus metu adductus tantum in se facinus suscipere conatus est? Quid erat quod iam Oppianicum pena affectum, pro maleficiis eiectum e ciuitate quisquam timeret? Quid metuebat ne oppugnaretur a perdito? an ne accusaretur a condemnato, an ne exulis testimonio lederetur? Sin autem quod oderat Habitus inimicum, eo diutius illum uita frui noluit, adeone erat stultus, ut illam quam tum ille uiuebat, uitam esse arbitraretur: damnati, exulis, deserti ab omnibus, quem propter animi importunitatem nemo recipere tecto, nemo audire, nemo

alloqui, nemo respicere uellet. huius igitur uite Habitus inuidebat? hunc si acerbe et penitus oderat, non eum quam diutissime uiuere uelle debebat? huic mortem maturabat inimicus: que illi unum in malis perfugium erat calamitatis. Qui siquid animi ac uirtutis habuisset, ut multi sepe fortes uiri in eiusmodi dolore, mortem sibi ipse conscisset. huic quamobrem id uellet inimicus offerre, quod ipse sibi optare deberet? Nam nunc quidem quid tandem illi mali mors attulit? nisi forte ineptiis atque fabulis ducimur, ut existimemus illum apud inferos impiorum supplicia perferre, ac plures illic offendisse inimicos, quam hic reliquisse? An socrus, uxoris, fratris, liberum penis actum esse precipitem in sceleratorum sedem atque regionem? que si falsa sunt: id quod omnes intelligunt, quid ei tandem mors eripuit, preter sensum doloris? Age uero, uenenum per quem datum? per M. Asellium. Quid huic cum Habito? nihil, potius etiam simultas, atque adeo quod ille Oppianico familiarissime est usus. Ei ne igitur quem sibi offensiorem, Oppianico familiarissimum sciebat esse potissimum et suum scelus, et illius periculum committebat? cur deinde tu, qui pietate ad accusandum excitatus es, hunc Asellium esse inultum iam diu sinis? cur non Habiti exemplo usus es? ut per illum qui attulisset uenenum, de hoc iudicaretur? Iam uero illud quam non probabile, quam inusitatum iudices, quam nouum in pane datum uenenum? facilius ne potuit, quam in poculo? latius potuit abditum aliqua in parte panis, quam si totum colliquefactum in potione esset? celerius potuit comesum, quam epotum in uenas atque in omnes partes corporis permanare? facilius fallere in pane si esset animaduersum, quam in poculo, cum ita confusum esset, ut secerni nullo modo posset? At repentina morte periit: quod si esset ita factum, tamen ea res propter multorum eiusmodi mortem satis firmam ueneni suspicionem non haberet. Si esset suspiciosum, tamen ad alios potius quam ad Habitum pertineret. Verum in eo ipso homines impudentissime mentiuntur. id ut intelligatis et mortem eius et quemadmodum post mortem in Habitum sit crimen a matre quesitum cognoscite. Cum namque et exul erraret atque undique exclusus Oppianicus in Falernum se ad C. Quintium

contulisset, ibi primū in morbū incidit, ac satis uehementer
diuque egrotauit, cū eēt unā Sassia et [eq. Sex. Abbio] Statio albio quodā colono
hoīe ualente qui simul eē solebat, familiarius uteret, quiuir dis
solutissimus incolumi fortuna pati posset: et ius illud matrimo
nij castū atque legitimū damnatione uiri sublatū arbitraret.
Nicostratus quidam fidelis oppianici seruulus perniciosus, et mi
nime mendax multa dicitur renuntiare dño solitus eē. ptulit
oppianicus cum iam conualesceret, neque in falerno improbitate
coloni ferre diutius posset, et huc adurbem profectus eēt
solebat. N. extra portā aliquid hre conducti, cecidisse ex equo
dicitur, et homo infirma ualitudine latus offendisse uehe
menter, et posteaque adurbem cū febri uenerit paucis diebus
eē mortuus. Mortis ratio eiusmodi est, ut aut nihil
habeat suspitionis, aut siquid ht, id intra parietes in dome
stico scelere uersetur. Post mortē eius Sassia statim moliri
nepharia mulier cepit insidias filio questionem habere de
uiri morte constituit. Emit de .A. rupilio, quo erat usus op
pianicus medico, stratonē quendā, quasi ut idē faceret quod
habitus in emendo diogenē fecerat. De hoc stratone et de
ascla quodam seruo suo quesituram eē dixit. preterea seruū
illū nicostratū, quē nimiū loquacē fuisse, ac nimiū dño fi
delem arbitrabatur, ab hoc adolescente oppianico inquestione
postulauit. Hic cū eēt illo tempore puer: et illa questio de pris
sui morte constitui diceretur: etsi illū seruū et sibi beniuolū
et pri fuisse arbitrabatur, nihil tamē est ausus recusare.
Aduocantur amici et hospites oppianici, et ipsius mulieris multi
hoīes honesti atque omnibus rebus ornati tormentis omnibus ue
hementissimis queritur: cū eēnt ai seruorū et spe et metu temp
tati, ut aliquid inquestione dicerent, tamē ut arbitror auctē
aduocatorū et ui tormentorū adducti in ueritate manserūt
neque se quicquā scire dixerunt. Questio illo die de amicorum
sntīa dimissa ē. satis longo interuallo post, iterū aduocant
betur de integro questio, nulla uis tormentorū acerrimorū
pretermittitur. aduersarij aduocati et uix ferre posse. Furere

crudelis atque importuna mulier sibi nequaquā ut sperasset ea que
cogitasset procedere, cū iam tortor atque eēnt tormenta ipa defessa
neque tamē illa finem facere uellet. Quidam ex aduocatis homo
et honoribus ppli ornatus et summa uirtute preditus, intelligē
se dixit, nō id agi ut uerū inueniretur, sed ut aliquid falsi dicē
cogeretur. hoc postquā ceteri comprobarunt, et ex omnium sntīa consti
tutū est, satis uideri eē quesitū. Redditur oppianico nicostratus,
larinū ipa proficiscitur cū suis merens: qd iam certe incolumem filiū
fore putabat, ad quē nō mō uerū crimen, sed ne ficta quidē suspitio
pūeniret: et cui nō mō aptē inimicorū oppugnatio: sed ne occultē
quidē matris insidie nocere potuissent. Larinū postquā uenit, que
[p Stratone] ā stratone illo uenenū antea uiro suo datū sibi psuasum eē simu
lasset. instructā ei continuo et ornatā larini medicine exercen
de causa tabernam dedit. Unū alterū tertiū annū Sassia quiesce
bat, ut uelle atque optare aliquid calamitatis filio potius quā id
struere et moliri uideretur. Tum interim hortensio. Q. me
tello. cons. ut hunc oppianicū aliquid agentem ac nihil eiusmōi
cogitantē adhanc accusationem detraheret, inuito despondit
ei filiā suā illam quā ex genero susceperat, ut eū nuptijs alli
gatū, simul et testamenti spe deuictū posset hre in ptate.
Hoc ipō fere tempore strato ille medicus domi furtū fecit et
cedem eiusmōi, cū eēt in edibus armariū in quo sciret eē
nummorū aliquantū et auri, noctu duos conseruos dormien
tes occidit: in piscinamque deiecit. ipē armarij fundū exse
cuit et sestertiorū et auri quinque pondo abstulit. uno ex suis
puero nō grandi conscio, furto postridie cognito, omnis suspi
tio in eos seruos, qui nō comparebant, cōmouebatur. Cum
exectio illa fundi in armario animaduerteretur, hoīes querebant
quō fieri potuisset, quidam ex amicis Sassie recordatus ē
se nuper in auctione quadā uidisse in rebus minutis
aduncam ex omni parte dentatam et tortuosam uenire serrulam
qua illud potuisse ita circumsecari uideretur. Ne multa
pquiritur a coactoribus. inuenitur ea serrula ad stratonem per
uenisse. hoc initio suspitionis orto, et aperte insimulato

Stratone, puer ille conscius perimunt. Rem omnem dominae indica-
uit: homines in pistrina inuenti sunt: Strato in uincula coniectus
est, atque etiam in taberna eius nummi, nequaquam omnes repperiuntur.
Constituitur quaestio de furto: nam quid quisquam suspicari aliud
potest? an hoc dicitis, armario expilato, pecunia ablata, non omni
recuperata, occisis hominibus institutam esse quaestionem de morte
Oppianici? cui probatis? Quid est quod minus uerisimile pro-
ferre potuistis? deinde ut omittam cetera, triennio post mortem
Oppianici de eius morte quaerebatur? atque etiam incensa odio
pristino Nicostratum eundem illum tum sine causa quaestionem
postulauit. Oppianicus primo recusauit, postea quam illa addu-
cturam se filium, mutaturam se testamentum minaretur, mu-
lieri crudelissimae seruum fidelissimum non in quaestionem tulit,
sed plane ad supplicium dedit. Post triennium igitur agitata denique
quaestio de uiri morte habebatur: et de quibus seruis habebatur?
Noua credo res obiecta, noui quidam homines in suspicionem uocati
sunt. De Stratone et de Nicostrato quid Romae quaesitum est? illis
hominibus non erat? Ita ne tandem mulier iam non morbo, sed sce-
lere furiosa, cum quaestionem habuisses Romae, cum de (T. Annij) titiani L. Ru-
tilij P. Saturij et ceterorum honestissimorum uirorum sententia consti-
tutum esset, satis quaesitum uideri, eadem de re triennio post iisdem
hominibus adhibito, non dicam uiro, ne colonorum (nummi) forte affuisse dicatis,
sed bono uiro in filij caput quaestionem habere conata est. An hoc di-
citis? mihi enim uenit in mentem quid dici posset, tametsi
(ab hoc) adhuc non esset dictum. Memento te cum haberetur de furto quaestio
Stratonem aliquid de ueneno esse confessum. Hoc uno modo uidetis
saepe multorum improbitate depressa ueritas emergit, et inno-
centiae defensio interclusa respirat: quod aut (ij) qui ad fraudem
callidi sunt, non tantum audent quantum excogitant, aut hi
quorum eminet audacia atque proiecta est, a consilijs malitiae
deseruntur. Quod si aut confidens astutia, aut callida esset
audacia, uix ullo obsisti modo posset. Verum furtum factum non est?
at nihil clarius Larini fuit. an ad Stratonem suspicio non
pertinuit? At is et ex serula insimulatus et a puero conscio

est indicatus. An id actum non est in quaerendo? quae fuit alia igitur
causa quaerendi? an id quod dicendum nobis est, et quod tum Sassia dic-
titauit, cum de furto quaereretur, tum Stratonem iisdem in tormentis
dixisse de ueneno? (Item) En hoc illud est quod ante dixi: mulier abun-
dat audacia, consilio et ratione deficitur. Nam tabellae quae-
stionis plures proferuntur: quae recitatae nobisque editae sunt.
illae ipsae quas tum obsignatas esse dixit: de quibus tabellis de furto
littera nulla inuenitur. Non uenit in mentem primam orationem Stra-
tonis conscribere: de furto post aliquid adiungere (dicere) de ueneno:
quod non percontatione quaesitum, sed dolore expressum uideretur.
Quaestio de furto est, ueneni iam suspicione superiore quaestione
sublata: quod ipsum haec eadem mulier iudicarat: quae ut Romae de
amicorum sententia statuerat satis esse quaesitum: postea per triennium
maxime ex omnibus seruis Stratonem illum dilexerat, in honore
habuerat, commodis omnibus affecerat. Cum igitur de furto quaereretur,
et eo furto quod ille sine controuersia fecerat: tum ille de eo quod
quaerebatur, uerbum nullum fecit. De ueneno statim dixit, de furto
si non eo loco quo debuit, ne in extrema quidem aut media aut
in aliqua denique parte quaestionis uerbum fecit ullum. Iam uide-
tis illam nefariam (mulierem) quaestionem sed eadem manu qua si det
potestas interficere illum cupiat, hanc fictam quaestionem conscrip-
sisse, atque ipsam istam quaestionem conscripsisse (cat), atque ipsam istam
quaestionem dicite quis obsignarit. Unum aliquem nominate, neminem
reperietis: nisi forte eiusmodi hominem, quem ego proferri mali
quam neminem nominari. Quid ais T. Atti? tu periculum capitis, tu
iudicium sceleris, tu fortunas alterius litteris conscriptas in iudi-
cium afferas, neque earum auctorem litterarum, neque obsignatorem, neque
testem ullum nominabis? et quam tu pestem innocentissimo filio
de matris sinu depromseris, hanc hi tales uiri comprobabunt?
Esto. in tabellis nihil est auctoritatis: quid ipsa quaestio iudicibus
quid amicis hospitibusque Oppianici, quos adhibuerat antea
quid huic tandem ipsi tempori cur non reseruata est? Quid istis
hominibus factum est Stratone et Nicostrato? Quid factum est duabus
quae tu cum huc breui tempore accusaturus esses Romam deduce- Quero abs te Oppianice, seruo tuo Nicostrato

dire preteri iudicandi, incolumē denique seruare questionē, seruare
his iudicibus, seruare huic tempori debuisti. Nam stratonē quidē
iud. in cruce actū esse exsecta scitote lingua, quod nemo ē larinatiū
qui nesciat. Timuit mulier amens nō suā conscientiā, nō odiū
municipū, nō famā omniū, sed quasi nō omnes eius sceleris testes
essent futuri sic metuit ne condemnaretur extrema seruili
[uoce] morte morientis. Quod hoc portentū dij immortales? quod
tantū monstrū in ullis locis? quod tam infestū scelus et imma-
ne, aut unde natū esse dicamus? Iam n. uidetis profecto iud.
nō sine necessarijs me ac maximis causis principio orationis meę
de matre dixisse. Nihil enim est mali, nihil sceleris, quod illa nō
ab initio filio uoluerit, optauerit, cogitauit, effecerit. Mitto illā
primā libidinis iniuriam, mitto nepharias generi nuptias,
mitto cupiditate matris expulsam ex matrimonio filiam, quę
nō dum adhuc huius uitę periculum, sed ad cōe familię dedecus
ptinebant. Nihil de alterius oppianici nuptijs queror, quarum illa
cū obsides filios ab eo mortuos accepisset: tū denique in familię
luctū atque in priuignorum funus nupsit. Pretereo quod auriū, cuius
illa quondam socrus paulo ante uxor fuisset, cū oppianici esse
opera proscriptū, occisumque cognosset, eam sibi domū, sedemque de-
legit, in qua quotidie superioris uiri mortis indicia et spolia
fortunarum uideret. Illud primū queror ab illo scelere, quod
nunc denique patefactū est fabriciani ueneni, quod iam tū re-
cens suspitiosum ceteris huic incredibile, nunc uero apertū iam
omnibus ac manifestum uidetur. Non est profecto de illo uene-
no celata mater: nihil est ab oppianico sine consilio mulieris
cogitatū: quod nisi esset certe. postea depprehensa re nō illa aut ab imp-
robo uiro discessisset, sed ut a crudelissimo hoste fugisset domumque
illam in ppetuū scelere omni affluentem reliquisset: nō modo id
nō fecit, sed ab illo tempore nullū locū pretermisit, in quo non *tota mēte*
instrueret insidias aliquas, ac dies omnes ac noctes totas mater
de perniciē filij cogitaret: quę primū ut illū confirmaret oppi-
anicū accusatorem filio suo donis, muneribus collocatione filię spe
hereditatis obstrinxit: ita quod apud ceteros nouis inter ppinquos

susceptis

susceptis inimicitijs saepe fieri diuortia atque affinitatū discidia
uidimus. Hęc mulier satis firmū accusatorem filio suo fore ne-
minem putauit: nisi qui in matrimoniū sororē eius ante du-
xisset: ceteri nouis affinitatibus adducti, ueteres inimicitias
saepe deponunt. Illa sibi ad cōfirmandas inimicitias affinita-
tis coniunctionē pignori fore putauit: neque in eo solū diligēs
fuit: ut accusatorem filio suo compararet, sed etiā cogitauit quibus
eum rebus armaret. hinc .n. illę sollicitationes seruorum et
minis et promissis: hinc illę infinitę, crudelissimeque de morte
oppianici questiones, quibus finē aliquē nō mulieris modus,
sed amicorum auctoritas fecit. Ab eodem scelere illę triēnio post
habitę larini questiones, eiusdē amentię falsę conscriptiones
questionū: ex eodem furore etiā illa conscelerata exsectio linguę
totius denique huius ab illa est et inuenta et adornata comparatio
criminis: atque his rebus cum instructū accusatorē filio suo
romā ipsa misisset: paulisper conquirendorum et conducendorum
testiū causa larini est commorata. Postea aūt cū appropinquare
huius iudiciū ei nunciatū esset: confestim huc aduolauit, ne aut
accusatoribus diligentia, aut pecunia testibus deesset: aut ne
forte mater hoc sibi optatissimū spectaculū huius sordiū atque
luctus et tanti squaloris amitteret. Iam uero quod iter romā eius
mulieris fuisse existimatis? quod ego ppter uicinitatē aquinatiū
et afraternorum ex multis audiui, et comperi, quos concursus
in his oppidis? quantos et uirorum et mulierum gemitus esse factos?
mulierem quandā larino, atque illam usque a mari supero romā
proficisci cū magno comitatu et pecunia quo facilius circumuenire
iudicio [capitis] atque opprimere filiū posset. Nemo erat illorum pene dicā
quin expiandū illū locū esse arbitraretur: quacunque illa iter fe-
cisset: nemo quin terram ipsam uiolari, quę mater est omniū
uestigijs consceleratę matris putaret. Itaque nullo in oppido
consistendi ei ptas fuit: nemo ex tot hospitibus inuentus ē qui
nō contagionem aspectus fugeret: nocti se potius ac solitu-
dini, quam ulli aut urbi, aut hospiti committebat. Nunc uero quod agat,
quid moliatur, quid denique quotidie cogitet, quem ignorare

nrorum putat? quos appellarit, quibus pecuniam promiserit, quorum fidem
pretio labefactare conata sit tenemus. Quin etiam nocturna sacrifi-
cia, quae putat occultiora esse, sceleratasque eius preces, et nefaria vota
cognovimus: quibus illa etiam deos immortales de suo scelere testatur.
Neque intelligit pietate et religione et iustis precibus deorum men-
tes non contaminata superstitione, neque ad scelus perficiendum
caesis hostiis posse placari. Cuius ego furorem atque crudelitatem deos
immortales a suis aris atque templis aspernatos esse confido. Vos
iud. quos huic A. Cluentio alios deos ad omne vitae tempus fortuna
esse voluit: huius importunitatem matris a filii capite depellite.
Multi saepe in iudicando peccata liberum parentum misericordiae con-
cesserunt. vos ne huius honestissimam actam vitam matris crudelitati
condonetis, rogamus: praesertim cum ex altera parte totum muni-
cipium videre possitis. Omnes scitote iudices incredibile dictu est
sed a me verissime dicetur: omnes Larinates qui valuerunt venisse
Romam, ut hunc studio, frequentiaque sua quantum possent in tanto
eius periculo sublevarent. Pueris illud hoc tempore et mulieribus
oppidum scitote esse traditum, idque in praesentia communi Italiae pace dome-
sticis copiis esse tutum. quos tamen ipsos eque et eos quos praesentes
videtis huius expectatio iudicii dies noctesque sollicitat. Non
illi vos de unius municipis fortunis arbitrantur, sed de totius
municipii statu, dignitate, commodisque omnibus sententias esse laturos.
Summa est enim iudices hominis in communem municipii rem diligentia, in singulos
municipes benignitas, in omnes homines iustitia et fides. Praeterea
nobilitatem illam inter suos, locumque a maioribus traditum sic tuetur:
ut maiorum gravitatem, constantiam, gratiam, liberalitatem assequatur.
Itaque iis eum verbis publice laudant: ut non solum testimonium suum
iudiciumque significent, verum etiam curam animi ac dolorem. Quae dum
laudatio [recitatur], omnes hec decuriones decrevisse lachrimantes. Age vero
vicinorum quantum studium, non illi in libellis laudationem decreta mise-
runt, sed homines honestissimos quos nossemus omnes huc frequen-
tes adesse, et hunc praesentes laudare voluerunt. Adsunt Fre-
tani homines nobilissimi, Marrucini item pari dignitate; Teano Apulo
atque Luceria equites Ro. honestissimos homines laudatores videtis.

[Margin:] y. recitatur. Vos quaeso qui iam decuriones assurgite. et lachrimis horum iudices existimare potestis
[Margin:] quam incredibilis benivolentia: quanta cura est. non

Boviano totoque ex Samnio cum laudationes honestissimae missae sunt [margin: ac summo splendore praedita]
tum homines amplissimi, nobilissimique venerunt. Iam qui in agro
Larinati praedia, qui negotia, qui res pecuarias habent honesti ho-
mines et summo splendore praediti difficile dictu est quam sint solliciti
quam laborent. Non multi mihi ab uno sic diligi videntur, ut hic
ab his universis quam doleo abesse ab huius iudicio L. Volusienum
summo splendore hominem ac virtute praeditum. vellem praesentem possem
P. Helvidium Rufum equitem Ro. omnium ornatissimum nominare. qui cum
huius causa noctes, diesque vigilaret, et cum me hanc causam
doceret: in morbum gravem, periculosumque incidit, in quo tamen
non minus de capite huius quam de sua vita laborat. Cn. Tudicii
senatoris viri optimi et honestissimi par studium et testimonium
et laudatione cognoscetis. Eadem spe, sed maiore verecun-
dia de te P. Volumni quoniam iudex es in A. Cluentium dicimus.
et ne longum sit omnium vicinorum summam esse in hunc benivolen-
tiam confirmamus. horum omnium studium, curam, diligentiam
meumque una laborem: qui totam hanc causam vetere instituto solus
peroravi, vestramque simul iud. equitatem et mansuetudinem una
mater oppugnat. At quae mater? quam caecam crudelitate et
scelere ferri videtis: cuius cupiditatem nulla umquam turpitu-
do retardavit, quae vitiis animi in deterrimas partes iura
hominum convertit omnia, cuius ea stultitia est, ut eam nemo
hominem, ea vis, ut nemo feminam, ea crudelitas, ut nemo
matrem appellare possit: atque etiam nomina necessitudinum non
solum naturae nomen et iura mutavit. uxor generi, noverca
filii, filiae pellex, eo iam denique adducta est, ut sibi praeter formam
nihil ad similitudinem hominis reservarit. Quare iudices si
scelus odistis, prohibete aditum matris a filii sanguine. date
parenti hunc incredibilem dolorem et salute et victoria liberum.
patimini matrem ne orbata filio laetetur, victa potius vestra
equitate discedat. Sin autem id quod vestra natura postulat
pudorem, bonitatem, virtutemque diligitis, levate hunc aliquando
supplicem vestrum. iud. tot annos in falsa invidia periculisque
versatum. Qui nunc primum post illam flammam aliorum facto

et cupiditate excitatam esse uire equitatus dirigere animum, et paulu(m) respirare a metu cepit: cui posita sunt in nobis omnia que seruatu(m) esse plurimi cupiunt, seruare soli nos possumus. Orat nos habitus uidi. et flens obsecrat, ne se inimicis, que in iudicijs ualere non debet, ne matri, cuius nota et preces ab istius mentibus repudia re debetis, ne oppianico homini nephario condemnato iam et mortuo condonetis. Ex si qua calamitas hunc in hoc iudicio afflixerit innocentem, ne iste miser. iud. sed quod difficile fru(m) est, in uita remanebit sepe et multu(m) queritur deprehensum esse illud quodda(m) fabritiani uenenu(m): quod si secu(m) iudicatu(m) no(n) esset, non huic erumnosissimo uenenu(m) illud fuisset, sed multorum medicame(n)tum laborum. Postremo etia(m) fortassis mater exequias illius funeris prosecuta: morte se filij lugere simulasset. Hunc uero quid erit profecto, nisi ut huius ex medijs mortis insidijs [uita] ad luctum co(n)seruata, mors sepulchro patris priuata [esse] uideatur. Satis diu fuit in miserijs. iud. Satis multos annos ex inuidia laborauit. Nemo huic tam iniquus preter parentem fuit, cuius animu(m) no(n) iam et placatu(m) esse putemus: uos quia equi estis omnibus, qui ut quisque cru delissime oppugnatur, eum leuissime sublenatis. conseruate clue(n)tiu(m), restituite incolume(m) municipio, amicis, uicinis, hospitibus quorum studia uidetis. reddite nobis in perpetuu(m), liberisque uestris obstringite. Uestru(m) est hoc. iud. uestre dignitatis, uestre clementie.

R ecte hoc repetitur ab nobis, ut uiru(m) optimu(m) atque innocentissimu(m) plurimisque mortalibus carum atque iocundissimu(m), his aliquando cala mitatibus liberetis: ut omnes intelligant in contionibus esse in uidie locu(m) in iudicijs ueritati.

M. T. C. PRO REGE DEIOTARO ORATIO INCIPIT.

C um in omnibus causis grauioribus. C. cesar ini tio dicendi commoueri soleam uehementius q(uam) [him] uidetur, uel usus uel etas mea postulare: tam in hac causa ita me multa perturbant ut q(uan)tu(m)

mea fides studij mihi afferat ad salutem regis deiotari defenden dam, tantu(m) facultatis timor detrahat. Primu(m) dico pro capite fortunisque regis deiotari: quod ipsu(m) etsi no(n) iniquu(m) est in tuo dum taxat periculo: tame(n) est ita inusitatu(m), regem capitis reu(m) esse, ut ante hoc tempus no(n) sit auditu(m): deinde eum rege(m), que(m) ornare antea, cuncto cu(m) senatu solebamus [pro] perpetuis eius in rem(publicam) rei p. meritis: nunc contra atrocissimu(m) crimen cogor defendere: Ac cedit ut accusatorum alterius crudelitate, alterius indignitate

[Castore(m)] perturber. Crudelem castorem ne dicam sceleratu(m) et impiu(m) qui nepos auu(m) in discrimen capitis adduxerit, adolescentieque sue terrorem [at]intulerit cuius senectute(m) tueri et [t]regere debe[b]at commendationemque ineuntis etatis ab impietate et [a] scelere du xerit: ac [aui] etia(m) seruu(m) corruptu(m) premijs ad accusandu(m) domi nu(m) impulerit, et a legatorum pedibus abduxerit: fugitiuos [uei] aut dominu(m) accusantes et dominu(m) absentem, et dominu(m) amicissi mu(m) nostre rei p. cu(m) hos uidebam, cu(m) uerba audiebam, no(n) tam afflictam regia(m) conditionem dolebam, q(uam) de fortunis comunibus extimescebam. Nam cu(m) more maiorum de seruo in dominu(m) ne tormentis quide(m) queri liceat, in qua questione [dolor] elicere uera(m) uoce(m) posset, [eum] accusset solutus. Perturbat me. C. cesar et illud interdu(m), quod tame(n) cu(m) te penitus recognoui timere desino. [et ab inuito excoreus e seruus q(uia) que i caleo appellare no(n) posse.]

R e enim iniquu(m) est, sed tua patientia sit equissimu(m). nam dicere apud eum de facinore contra [cu] cuius uita(m), consiliu(m), facinoris in simulare [a] arguere; si [cu] p(er) se ipsu(m) dicere considere(s) graue est. Nemo enim fere est, qui sui periculi iudex, no(n) sibi se equiore(m) q(uam) reo pre beat, sed tua cesar prestans singularisque natura, hunc mihi metu(m) minuit, no(n) enim tam timeo quid tu de rege deiotaro q(uam) intelligo, quid de te ceteros uelis iudicare. Moueor etia(m) loci ipsius insolentia, quod tantam causam quanta nulla umquam in dis ceptatione uersata est, [dico] intra domesticos parietes dico, extra conuentu(m), et eam frequentia(m), in qua oratoru(m) studia niti solet in tuis oculis, in tuo ore, uultuque acquiesco. Te unu(m) intueor ad te unu(m) [omnis mea] nostra spectat oratio, que mihi ad spem [obtine(n)de] q(ue) ueritatis grauissima sunt, ad motu(m) a(n)i(m)i, ad omnem impetu(m) dicendi, con

contentione quam leviora. Hanc enim C. Caesar causam si in foro dicerem, eodem
audiente et disceptante te, quantam mihi alacritatem populi Romani
concursus afferret? Quis enim civis ei regi non faveret, cuius aetatem
omnem in rei publicae bellis consumptam esse meminisset? Spectarem
curiam, intuerer forum, caelum denique testarer ipsum. Sic cum deorum im-
mortalium et populi Romani et senatus beneficia in rege Deiotaro recorda-
rer, nullo modo mihi deesse posset oratio: quae quoniam angustiora pa-
rietes faciunt, actioque causae maxime debilitatur loco: tuum Caesar est,
qui pro multis saepe dixisti, quid mihi nunc animi sit ad te ipsum
referre, quo facilius, tum aequitas tua, tum audiendi diligen-
tia minuat hanc perturbationem meam. Sed antequam de accusa-
tione ipsa dicam, de accusatorum spe pauca dicam, qui cum videan-
tur neque ingenio, neque usu, neque exercitatione rerum valere,
tamen ad hanc causam non sine aliqua spe et cogitatione venerunt.
Iratum te regi Deiotaro fuisse non erant nescii. Affectum illum
quibusdam incommodis et detrimentis propter offensionem animi tui
meminerant, teque cum huic iratum, tum sibi amicum esse cognoverant,
quodque cum apud ipsum te de tuo periculo dicerent, fore putabant, ut
in exulcerato animo facile fictum crimen insideret. Quamobrem hoc nos
metu primum Caesar per fidem et constantiam tuam libera: ne residere in te
ullam partem iracundiae suspicemur. Per dexteram istam te oro, quam
regi Deiotaro hospes hospiti porrexisti: istam inquam dexteram, non tam
in bellis, neque in proeliis, quam in promissis et fide firmiorem. Te
eius dii penates acceperunt: te amicum et placatum Deiotari regis arae
focique viderunt: cum facile exorari Caesar, tum semel exorari so-
les. Nemo umquam te placavit inimicus, qui ullas resedisse in te
simultatis reliquias senserit. Quamquam cui sunt inauditae cum Deiotaro
querelae tuae? Numquam illum tu accusavisti ut hostem, sed ut amicum
officio parum functum, quod propensior in Cn. Pompeii amicitiam fuisset,
quam in tuam, cui tamen ipsi regi veniam te daturum fuisse dicebas, si
cum auxilia Pompeio, vel si etiam filium misisset, ipse aetatis excusa-
tione usus esset. Itaque cum maximis eum rebus liberares, perparvam
amicitiae culpam relinquebas. Itaque non solum in eum non animadvertisti,
sed omni metu liberavisti, hospitem agnovisti, regem reliquisti.

Tu illius domum inire: Tu vetus hospitium renovare voluisti.

neque enim ille odio tui progressus, sed errore communi lapsus est. Is rex,
quem senatus hoc nomine saepe honorificentissimis decretis appella-
visset, quique illum ordinem ab adolescentia sanctissimum gravissi-
mumque duxisset: iisdem rebus est perturbatus homo longinquus
et alienigena: quibus nos in media re publica nati semperque versati.
Cum audiret senatus consentientis auctoritate arma sumpta esse,
consulibus, praetoribus, tribunis plebis, nobis imperatoribus rem publicam defendendam
datam, movebatur animo et vir huic imperio amicissimus de sa-
lute rei publicae populi Romani extimescebat, in qua suam etiam esse inclusam videbat.
In summo tamen timore quiescendum sibi esse arbitrabatur. Maxime
vero perturbatus est, ut audivit consules ex Italia profugisse, et
consulares omnes (sic enim ei nuntiabatur), cunctum senatum, totam
Italiam effusam. Talibus enim nuntiis et rumoribus patebat
ad orientem via: nulli veri nuntii subsequebantur, nihil ille
de conditionibus tuis, nihil de studio concordiae et pacis, nihil
de conspiratione audiebat certorum hominum contra dignitatem tuam.
Quae cum ita essent: tamen usque eo se tenuit, quoad a Cn. Pompeio
ad eum legati litteraeque venerunt. Ignosce, ignosce Caesar, si eius
viri auctoritati rex Deiotarus cessit: quem nos omnes secuti sumus,
ad quem cum dii atque homines omnia ornamenta congessissent, tum tu
ipse plurima et maxima. Nec enim si tuae res gestae ceterorum laudibus
obscuritatem attulerunt: idcirco Cn. Pompeii memoriam amisi-
mus. Quantum nomen illius fuerit, quantae opes, quanta in
omni bellorum genere gloria, quanti honores populi Romani, quanti se-
natus, quanti tui, quis ignorat? Tanto ille superiores vicerat
gloria, quanto tu omnibus praestitisti. Itaque Cn. Pompeii bella, vic-
torias, triumphos, consulatus ~~vel~~ mirantes admiramur. numerabamus.
tuos aut enumerare non possumus. Ad eum igitur rex Deiotarus
venit hoc misero fatalique bello, quem antea iustis hostilibusque
bellis adiuverat, quocum erat non hospitio solum, verum etiam
familiaritate coniunctus, et venit vel rogatus ut amicus, vel
arcessitus ut socius, vel evocatus, ut is qui senatui parere
didicisset. Postremo venit ut ad fugientem, non ut ad insequentem,
id est ad periculi non ad victoriae societatem. Itaque Pharsalico bello proelio

facto a pompeio discessit. Spem infinitam persequi noluit, vel officio
si quid debuerat, vel errori si quid nescierat, satisfactum esse duxit.
Domum se contulit: teque alexandrinum bellum gerente, utilitatibus tuis
paruit. Ille exercitum cn. domitii amplissimi viri suis tectis et co-
piis sustentavit. Ille ephesum ad eum, quem tu ex tuis cunctis fidelissimum et probatissimum
omnibus delegisti, pecuniam misit. Ille iterum, ille tertio auctionibus factis
pecuniam dedit, qua ad bellum uteremini. Ille corpus suum periculo
obiecit, tecumque in acie contra pharnacem fuit, tuumque hostem esse duxit
suum: quae quidem a te in eam partem accepta sunt cesar, ut eum am-
plissimo regis honore et nomine affeceris. Is igitur non modo a te periculo
liberatus, sed etiam honore amplissimo ornatus arguitur te domi
suae interficere voluisse. Quod tu nisi eum furiosissimum iudicas, profecto
suspicari non potes. Ut enim omittam cuius tanti sceleris fuerit,
in conspectu deorum penatium, necare hospitem: cuius tantae importu-
nitatis omnium gentium atque omnis memoriae clarissimum lumen
extinguere: cuius ferocitatis victorem orbis terrarum non extime-
scere: cuius tam inhumani et ingrati animi: a quo rex appellatus
esset, in eum tirannum inveniri. Ut hoc omittam cuius tanti
furoris fuerit omnes reges, quorum multi erant finitimi omnes socios
omnes liberos populos, omnes provincias, omnia denique omnium arma contra se
unum excitare. Quonam ille modo cum regno, cum domo, cum coniuge, cum clarissimo
filio distractus esset, tanto scelere non modo perfecto, sed etiam cogitato.
At credo haec homo inconsultus ac temerarius non videbat, quis
consideratior illo? quis rectior? quis prudentior? quamquam hoc loco
deiotarum non tam ingenio et prudentia, quam fide et religione vitae de-
fendendum puto. Nota est tibi hominis probitas. C. cesar noti mores,
nota constantia, cui porro, qui modo populi romani nomen audivit deio-
tari integritas, gravitas, virtus, fides non audita est? Quod
igitur facinus nec in hominem imprudentem caderet, propter metum
praesentis exitii, nec in facinorosum, nisi esset idem amentissimus.
Id vos et ab viro optimo et ab homine minime stulto cogitatum esse
confinguntis: atque non modo non credibiliter, sed nec suspiciose quidem.
Cum inquit in castellum luceium venisses ad domum regis hospitis
tui devertisses, locus erat quidam: in quo erant ea composita

quibus te rex munerari constituerat. huc te a balneo prius quam ac-
cumberes ducere volebat. Erant enim ibi armati qui te interficerent
in eo ipso loco collocati. En crimen, en causa, cur regem fugitivus do-
minum servus accuset. Ego me hercule cesar initio cum esset ad
me ista causa delata, philippum medicum regium servum qui cum lega-
tis missus esset, ab isto adolescente existimavi esse corruptum. hac
sum suspitione percussus. Medicum indicem subornavit, finget vi-
delicet aliquod crimen veneni: et si ab veritate longe, tamen a con-
suetudine criminandi non multum res abhorrebat. Quid ait
medicus? nihil de veneno, at id fieri potuit primum occultius
in potione vel cibo: deinde etiam impunius fit, quod cum est factum
est, negari potest. Si palam te interemisset, omnium iste gentium
non solum odia, sed et arma convertisset. Si veneno numen
Iovis quidem illius hospitalis numquam celare potuisset, homines
fortasse celavisset. Quod igitur et conari occultius et efficere
cautius potuit: id tibi et medico callido et servo ut putabat
fideli non credidit? de armis, de ferro, de insidiis celare
te noluit, at quam festive crimen contexitur. Tua te inquit eadem
quae semper alias fortuna servavit: negasti tum te inspicere velle.
quid postea? an deiotarus rex illo tempore, non perfecta re con-
tinuo dimisit exercitum? nullus erat alius insidiandi locus.
At eodem te cum cenavisses, rediturum dixeras. Itaque fecisti horam
unam aut duas eodem loco armatos, ut collocati fuerant, re-
tinere magnum fuit. Cum in convivio comiter et iocunde fu-
isses, tum illuc ivisti ut dixeras, quo in loco deiotarum talem
erga te cognovisti, qualis rex attalus in P. affricanum fuit.
cui magnificentissima dona ut scriptum legimus usque ad nu-
mantiam misit ex asia: quae affricanus inspectante exercitu
accepit. Quae cum praesens deiotarus, regio animo et more fecisset,
tu in cubiculum discessisti. obsecro cesar repete illius temporis
memoriam: pone ante oculos illum diem: vultus hominum te intuen-
tium atque admirantium recordare. Num quae trepidatio, num qui
tumultus, num quid nisi moderate, nisi quiete inquisite, nisi ex hominis
gravissimi et sanctissimi disciplina? Quid igitur causae excogitari

post, cum te lotum voluerit, cenatum noluerit occidere. In posterum diem inquit
distulit: ut cum in castellum Luceium ventum esset, ibi cogitata perficeret.
N on video causam loci mutandi, sed tamen acta res criminose est. Cum
inquit te post cenam vomere velle dixisses, in balneum te ducere
ceperunt: ibi enim erant insidie. At te eadem tua illa fortuna ser
vavit. In cubiculo malle te dixisti. Dii te perdant fugitive, ita
non modo nequam et improbus, sed fatuus et amens es. Quid? ille signa
enea in insidiis posuerat, que e balneo in cubiculum transire non
possent. Habes crimina insidiarum: nihil enim dixit amplius. Horum
inquit eram conscius. Quid tum? ita ille demens erat, ut eum quem
conscium tanti sceleris haberet, a se dimitteret, Romam etiam mitteret:
ubi et inimicissimum sciret esse nepotem suum et C. Caesarem, cui fe
cisset insidias, presertim cum is unus esset, de absente se iudicare?
Et fratres meos inquit: quod erant conscii, in vincula coniecit.
C um igitur eos vinciret, quos secum habebat, te solum Romam mittebat, qui
eadem sciret etiam, que illos scire dicis? Reliqua pars accusationis
fuit duplex, una regem in speculis fuisse semper, cum a te animo esset
alieno: altera exercitum eum contra te magnum comparasse. De exer
citu dicam breviter ut cetera. Numquam eas copias rex Deiotarus ha
buit, quibus inferre bellum populo Romano posset: sed quibus fines suos ab
excursionibus et latrociniis hostium tueretur: et imperatoribus nostris
auxilia mitteret: atque antea quidem maiores copias alere poterat, nunc
exiguas vix tueri potest. At misit ad nescio quem Cecilium, sed eos quos
misit: quod ire noluerunt, in vincula coniecit. Non quero quam veri si
mile non sit, aut non habuisse regem quos mitteret, aut quos misisset
non paruisse: aut qui dicto audientes in tanta re non fuissent:
eos vinctos potiusque necatos. Sed tamen cum ad Cecilium mittebat, utrum
causam illam victam esse nesciebat, an Cecilium istum magnum hominem
putabat, quem profecto rex is, qui optime nostros homines novit, quia non
nosset, aut quia nosset, contemneret. Addidit etiam illud equi
tes non optimos misisse, credo Caesar, nihil ad tuum equitatum, sed mi
sit ex his quos habuit electos. Ait nescio quem ex eo numero servum iudicatum,
non arbitror non audivi: sed in eo etsi accidisset, culpam regis
nullam fuisse arbitrarer. Alieno autem a te animo fuit, quomodo? speravit

credo difficiles tibi Alexandrie fore exitus propter regionum naturam et flu
minis. At eo tempore ipso pecuniam dedit: exercitum aluit, ei quem Asie
prefeceras, nulla in re defuit. Tibi victori non solum ad hospitium sed ad
periculum etiam atque ad aciem presto fuit. Secutum est bellum Africanum,
graves de te rumores sparsi, qui etiam furiosum illum Cecilium excita
verunt. Quo tum rex animo fuit erga te, qui auctionatus sit, et se ac (margin: seseque spoliare maluit)
filium suum spoliare maluerit, quam tibi pecuniam non subministrare.
A t eo inquit tempore ipso Niceam Ephesumque mittebat, qui rumores
Africanos exciperent, et celeriter ad se deferrent. Itaque cum esset ei nun
ciatum Domitium naufragio perisse, te in castello circumsederi, de
Domitio dixit versum grecum eadem sententia, quam etiam nos habemus latinam
(margin: Intereant) P ereant amici, dum inimici una intercidant. Quod ille si esset
inimicissimus, numquam tamen edidisset. Ipse enim mansuetus, versus
immanis. Qui autem Domitio poterat esse amicus: qui tibi esset ini
micus? Tibi porro inimicus cur esset: a quo cum interfici belli
lege potuisset, regem se et filium suum constitutos esse meminisset?
Q uid deinde furcifer? quo progreditur? Ait hac letitia Deiotarum elatum
vino se obruisse: in convivioque nudum saltavisse. Que crux
huic fugitivo potest satis supplicii afferre? Deiotarum saltantem
quisquam aut ebrium umquam vidit? Omnes sunt in illo rege virtutes.
quod te Caesar ignorare non arbitror, sed precipue singularis et
admiranda frugalitas: et si hoc verbo scio reges non laudari
solere: frugi hominem dici non multum habet laudis, illa privata est. (margin: sci. rege. forte iustum severum gravem magnanimum largum beneficum liberalem: he sunt regie laudes.)
ut volet quisque accipiat. Ego tamen frugalitatem, id est modestiam et temperan
tiam, virtutem maximam iudico. Hec in illo est ab ineunte etate
cum a cuncta Asia, cum a magistratibus legatisque nostris, cum ab equitibus
Romanis qui in Asia negotiati sunt perspecta et cognita. Multis ille
quidem gradibus officiorum erga rem publicam nostram ad hoc regium nomen
ascendit: sed etiam quicquid a bellis populi Romani vacabat, cum hominibus nostris
consuetudines, amicitias, res, rationesque iungebat, ut non solum
tetrarcha nobilis, sed etiam optimus agricola, et diligentissimus pa
terfamilias et pecuarius haberetur. Quid qui adolescens non tanto
gloria preditus nihil umquam nisi severissime et gravissime
fecerit: is ea existimatione atque etate saltavit? Imitari castos

potius avi tui mores disciplinamque [debebas], quod optimo et clarissimo viro fugi-
tivi ore maledicere. Ac si saltatorem avum tuum [habuisset] scivisses, neque eum
virum unde pudoris pudicitieque exempla peterentur. et tamen hoc
maledictum minime in illam etatem conveniret. Quibus ille studiis
ab ineunte etate se imbuerat, non saltandi, sed bene ut armis optime
ut equis uteretur: ea tamen [illum] cuncta iam exacta etate defecerant.
Itaque cum plures in equum Deiotarum sustulissent, herere in eo quod senex
posset admirari solebamus. hic vero adolescens, qui meus in [Cilicia] Cilicia
miles, in Grecia commilito fuit, cum in illo nostro exercitu equitaret
cum suis delectis equitibus, quos una cum eo ad Pompeium [pater] miserat,
quos concursus facere solebat, quam se iactare, quam ostentare, quam nemini
in illa causa studio [et cupiditate] cedere. ipsius belli et patri satisfaciendum
esse arbitrabatur. Felix ista domus Castoris que non impunitatem
solum adepta sit, sed etiam accusandi licentiam. Calamitosus De-
iotarus, qui ab eodem qui in [eisdem] castris fuerit, non modo apud peregrinos [apud te]
sed etiam a suis accusetur. Vos vestra secunda fortuna Castor non pote-
stis sine propinquorum calamitate esse contenti. Sint sane inimi-
citie, que esse non debebant. Rex enim Deiotarus vestram familiam
[ab] deiectam et obscuram e tenebris in lucem evocavit. Quis tuum
patrem antea quis esset? quam cuius gener esset audivit. Sed quamvis
ingrate et impie necessitudinis nomen repudiavimus [retis], tamen inimi-
citias hominum more [grece] gerere poteratis, non ficto crimine insectari,
non expetere vitam, non capitis arcessere. Esto concedatur hec
quoque [acerbitas] et odii magnitudo. adeo ne ut omnia vite salutisque com-
munis atque etiam humanitatis iura violentur? Servum sollicitare verbis,
spe promissisque corrumpere, abducere domum, contra dominum ar-
mare: hoc est non [uni] propinquo, sed omnibus familiis nefarium bellum
indicere. Nam ista corruptela servi, si non modo impunita fuerit,
sed etiam a tanta auctoritate approbata, nulli parietes nostram salutem,
nulle leges, nulla iura custodient. Ubi enim id quod [intus] intus est atque
nostrum impune evolare potest, contraque nos pugnare, fit in dominatu
servitus, in servitute dominatus. O tempora, o mores. Cn. Domi-
tius ille, quem nos pueri consulem, censorem, pontificem maximum vidimus,
cum tr. pl. M. Scaurum principem civitatis in iudicium populi vocavisset,

Cum vero exercitu amisso ego qui pacis semper auctor fui post Pharsalicum bellum suasor fuissem armorum non deponendorum sed abiciendorum, hunc ad meam auctoritatem non potui revocare, quod ipse ardebat studio

quoque acerbitas

Scaurique servus ad eum

servum Scauri, quia eius clam domum venisset, et crimina [crimina in dominum] delaturum se
esse dixisset, apprehendi hominem iussit. Sed tamen ille inimico servum
remisit: tu ab avo abduxisti, ille incorruptum audire noluit, tu
corrupisti, ille adiutorem servum contra dominum repudiavit, tu
etiam accusatorem adhibuisti. At semel iste est corruptus a vobis.
nonne, [cum] esset productus et [cum] tecum fuisset, refugit ad legatos, nonne
etiam ad hunc Cn. Domitium venit? nonne audiente hoc Cn. Sul-
picio, qui tum casu apud Domitium cenabat, et hoc T. Torquato
optimo adolescente se a te corruptum tuis promissis in fraudem
impulsum esse confessus est? Que est ista tam [impudens] potens, tam
crudelis, tam immoderata inhumanitas? Idcirco in hanc urbem
venisti ut [huius] urbis iura et exempla corrumperes, ac domestica tua
immanitate nostre civitatis humanitatem inquinares? Atqui
quam acute collecta crimina! Blesamius, inquit, eius enim nomine
viri optimi nec tibi ignoti male [dicebat] dicebant tibi. Ad regem inquit scribere
solebat, te in invidia [esse] tyrannum existimari, statua inter reges posita
[animos] animos hominum vehementer offensos, plaudi tibi non solere. Nonne in-
telligis Cesar ex urbanis malivolorum sermunculis hec ab istis
esse collecta? Blesamius tyrannum Cesarem scriberet? multorum enim
capita civium viderat, multos iussu Cesaris vexatos, verberatos,
necatos, [multas] afflictas et eversas domos, armatis militibus refertum
forum, que semper in civili victoria sensimus, ea te victore non
vidimus. Solus inquam [es] C. Cesar, cuius in victoria ceciderit nemo
nisi armatus. Et quem nos liberi in summa [populi Romani] rei publice libertate nati non
modo non tyrannum, sed clementissimum in victoria ducem [vidimus], is Blesa-
mio qui vivit in regno tyrannus videri potest? Nam de statua quis
queritur, una presertim, cum tam multas videat? Valde enim invi-
dendum est eius statuis, cuius tropheis non invidemus. Nam si
locus affert invidiam, nullus est ad statuam quidem rostris cla-
rior. De plausu enim quid respondeam? qui nec desideratus umquam
est a te, et nonnumquam obstupefactis omnibus ipsa admiratione com-
pressus, et fortasse eo pretermissus quia nihil vulgare te dignum
videri potest. Nihil autem arbitror preteritum [missum], sed aliquid ad extremum
cause partem reservatum. Id autem aliquid est, [te] ut plane reconciliet

studiose

[illegible]

ad Scaurumque deduci. Vide quid intersit etsi impar Castorem cum Domitio comparo.

deiotaro regi oratio mea. Non .n. iam metuo, ut [ne] illi tu succenseas,
illud uereor, ne tibi illum succensere aliquid suspicere [re], qd abest
longissime mihi crede cesar. Quid .n. retineat per te meminit,
nõ quid amiserit, nõ [m] se a te multatum arbitratur, sed cum
existimaret [a] multis [t] sibi multa ẽẽ tribuenda, quominus a te qui
in altera parte [pro] fuisset, ea [ut] [al' sume] sumeres, nõ recusauit. Etenim si
antiochus magnus ille rex asie: qui postea [cu] quã a P. Scipione
deuictus tauro tenus regnare iussus est, omnemque hanc asiam
quã nũc nr̃i prouinciam fecerunt, amisisset, dicere e solitus
benigne sibi a P. R. et factum, qd nimis magna procuratione
liberatus, modicis regni terminis uteretur. Potest multo se fa-
cilius deiotarus consolari: ille enim furoris [poena] multam subierat, [l' sustinuerat]
hic erroris. Omnia tu deiotaro cesar tribuisti: cum et ipsi et filio
nomẽ regium concessisti: hoc nomine retento [ac] et reseruato, nullum
beneficium P. R. nullum iudicium de se senatus imminutum putat.
Magno aĩo et erecto est, nec umquam succumbet inimicis, nec fortu-
ne quidem. Multa [se] arbitratur et peperisse ante factis et habere
in aĩo atque uirtute, que nullo mõ possit amittere. Que .n.
fortuna aut quis casus, aut etiam [que] tanta [posset] iniuria omnium impera-
torum [de] deiotaro potuerunt decreta delere? ab omnibus .n. his or-
natus est, qui postea quam in castris esse potuit, per etatem in asia
et capadocia, ponto, cilicia [Syria] bella gesserunt [rit]. Senatus uero
iudicia tam multa de illo, tamque honorifica, que publicis
rei. p. [po. r.] litteris, monumentisque consignata sunt, que umquam
uetustas obruet? aut que tanta delebit obliuio? Quid de
uirtute eius dicam? de magnitudine aĩ, grauitate, constantia?
que oms docti atque sapientes summum: quidam [e] etiam solum [sola] bonum
esse dixerunt, hisque nõ mõ ad bene, sed etiam ad beate uiuen-
dum contentam esse uirtutem. Hec ille reputans et dies et
noctes cogitans nõ mõ [tibi] nõ succenseret. esset .n. nõ solum ingra-
tus, sed etiam amens: uerum omnem tranquillitatem et quietem se-
nectutis refert acceptam clementie tue. Quo quidem aĩo cum antea
fuerit: tam nõ dubito, quin tuis litteris, quarum exemplum legi:
quas ad eum tarracone huic blesamio dedisti: [se] magis etiam

al' que nunc e nr̃a prouincia

erexerit, ab omnique sollicitudine abstraxerit. Jubes .n. eum bene sperare, et
bono esse aĩo: quod scio te nõ frustra scribere solere. Memini enim
iisdem fere uerbis ad me te scribere, meque tuis litteris bene sperare
nõ frustra [esse] est uisum. Laboro equidem regis deiotari causa quo cum
mihi amicitiã res. p. conciliauit, hospitium uoluntas utriusque con-
iunxit, familiaritatem consuetudo attulit: summam uero coniunctio-
nem, necessitudinemque magna [eius] officia, et in me, et in exercitum
meum effecerunt. Sed cum de illo laboro, tum de multis amplissimis
uiris, quibus semel ignotum [ad te] a te esse oportet, nec beneficium tuum
in dubium uocari, nec herere in aĩs hominum sollicitudinem sempi-
ternam, nec accidere, ut quisquam te timere incipiat eorum, qui
semel a te sunt timore liberati. Non debeo. C. cesar. qd solet
fieri in tantis periculis temptare, quonam mõ dicendo mise-
ricordiam tuam commouere possim. Nihil est opus, occurrere
solet ipsa supplicibus et calamitosis nullius orõe euocata.
Propone tibi duos reges, et id aĩo contemplare, qd oculis non
potes: dabis profecto [id] misericordie: quod iracundie denegasti.
multa sunt monumenta misericordie tue, sed maxime eorum incolu-
mitates, quibus salutem dedisti: que si in priuatis gloriose
sunt: multo magis commemorabuntur in regibus. Semper enim
regium nomen in hac ciuitate sanctum fuit: sociorum uero [regum] atque ami-
corum sanctissimum. qd nomen hi ne amitterent te rege timue-
runt [te] uictore: a te retentum uero a te et confirmatum, posteris et
suis tradituros [do] esse confidunt. Corpora uero sua pro salute regum
suorum hi legati tibi regii tradunt hieras, et blesamius et anti-
gonus tibi nobisque omnibus iam diu noti, eademque fide et uirtu-
te preditus Dorilaus, qui nuper cum hiera legatus est ad [te] missus
cum regum amicissimi, tum tibi etiam ut spero probati. Exquire de
blesamio numquid ad regem contra dignitatem tuam scripserit. hie-
ras quidem omnem causam suscepit: et criminibus illis pro rege
se supponit reum: memoriam tuam implorat, qua uales plurimum.
Negat umquam [se] a te in deiotari tetrarchia pedem discessisse. In pri-
mis finibus tibi se presto fuisse dicit: usque ad ultimos prosecutum.
cum e balneo exisses tecum [se] fuisse, cum illa munera inspexisses

l' quẽ cũ m̃ amicitia res p.

hic demẽtur

generatus cum in cubiculo recubuisses, tandemque assiduitatem te
prebuisse postridie. Quo obrem siquid eorum que obiecta sunt cogi
tatum sit, non recusat, quin faciamus id sibi videres. Quocirca C.
Cesar velim existimes hodierno die sententiam tuam, aut cum summo
dedecore miserrimam pestem importaturam et regibus aut cum
lumine famam cum salute: quorum alterum optare illorum crudelita
tis est, alterum conservare clementie tue.

M. Tullii Ciceronis In C. L. Catilinam Oratio
Prima foeliciter incipit.

Quousque tandem abutere Catilina patientia nostra?
quamdiu nos etiam furor iste tuus eludet? Quem
ad finem sese effrenata iactabit audacia? nihil
ne te nocturnum presidium palatii, nihil ne ur
bis vigilie, nihil timor populi, nihil concursus bonorum omnium, nihil hic
munitissimus habendi senatus locus, nihil horum ora vultusque moverunt?
Patere tua consilia non sentis? constrictam iam omnium horum conscientia
teneri coniurationem tuam non vides? Quid proxima quid supe
riore nocte egeris, ubi fueris, quos vocaveris, quid consilii
ceperis, quem nostrum ignorare arbitraris? O tempora, o mores
senatus hec intelligit, consul videt, hic tamen vivit. vivit?
immo vero etiam in senatum venit. fit publici consilii particeps, no
tat animo et designat oculis ad cedem unumquemque nostrum. Nos autem
viri fortes satisfacere rei p. videmur, si istius furorem ac
tela vitemus. Ad mortem te Catilina duci iussu consulis iam
pridem oportebat: in te conferri pestem istam, quam tu in nos
omnes iamdiu machinaris. An vero vir amplissimus P. Sci
pio pontifex maximus Ti. Gracchum mediocriter labefactantem
statum rei p. privatus interfecit: Catilinam vero orbem terre cede
atque incendiis vastare cupientem nos consules perferemus?
nam illa nimis antiqua pretereo vel repeto, quod C. Servilius Ahala Sp.
Helium novis rebus studentem manu sua occidit. Fuit fuit ista
quondam in hac re p. virtus ut viri fortes acrioribus sup

pliciis civem perniciosum quam acerbissimum hostem coercerent. Habemus
enim senatus consultum in te Catilina vehemens et grave. Non
deest rei p. consilium neque auctoritas huius ordinis: nos nos dico
aperte consules desumus. Decrevit quondam senatus ut L. Opimius
consul videret ne quid res p. detrimenti caperet, nox nulla inter
cessit: mox interfectus est propter quasdam seditionum suspitiones C. Grac
cus clarissimo patre natus avis maioribus. occisus est cum liberis
M. Fulvius consularis. Simili senatusque consulto C. Mario et
L. Valerio consulibus permissa est res p. Num unum diem postea
L. Saturninum tr. pl. et C. Servilium mors ac rei p. pena remo
rata est? At vero nos vigesimum iam diem patimur hebescere aciem
horum auctoritatis, habemus enim huiusmodi senatus consultum, verumtamen reconditum
inclusum in tabulis tanquam in vagina repositum. Quo ex senatus
consulto confestim interfectum te esse convenit: vivis et vivis
non ad deponendam, sed ad confirmandam audaciam. Cupio p. c.
me esse clementem, cupio in tantis rei p. periculis me non
dissolutum videri. Sed iam me ipsum inertie, nequitieque condem faucibus
no: castra sunt in ytalia contra rem p. in Etrurie partibus
collocata: crescit in dies singulos hostium numerus. eorum autem imperatorem
castrorum ducemque hostium intra menia atque adeo in senatu vide
mus: intestinam aliquam quotidie L. Catilinam perniciem rei p. molientem.
Si te iam Catilina comprehendi, si interfici iussero, credo erit ve
rendum mihi, ne non hoc potius omnes boni serius a me quam quisquam crude
lius factum esse dicant. Verum ego hoc quod iam pridem factum esse
oportuit, certa de causa non dum adducor ut faciam. Tum de
nique interficiam te, cum iam nemo tam improbus tam perditus tam
tui similis inveniri poterit, qui id non iure factum esse fateatur.
Quamdiu quisquam erit, qui te defendere audeat, vives. et vives ita
ut nunc vivis multis meis et firmis presidiis oppressus
ne commovere te contra rem p. possis. Multorum etiam oculi et
aures non sentientem sicut adhuc fecerunt, speculabuntur atque
custodient. Etenim quid est Catilina quod iam amplius expectes:
si neque nox tenebris obscurare ceptus nepharios, nec pri
vata domus parietibus continere vocem coniurationis tue potest.

si illustrantur, si erumpunt omnia, muta iam istam mentem, mihi crede, obliviscere caedis atque incendiorum: teneris undique. Luce sunt clariora nobis tua consilia omnia, que etiam mecum licet recognoscas. Meministi ne me ante diem .xij. kl. novemb. dicere in senatu certo die fore in armis, qui dies futurus esset in ante diem. kl. no. C. mallium audacie satellitem atque administrum tue. Num me fefellit catilina non modo res tanta, tam atrox, tamque incredibilis, verum id quod multo magis est admirandum dies. Dixi ego idem in senatu caedem te optimatum contulisse in ante diem .v. kl. no. Tum cum multi principes civitatis rome non tam sui conservandi quam tuorum consiliorum reprimendorum causa profugerunt. Num infitiari potes te illo ipso die meis presidiis, mea diligentia circumclusum commovere te contra rem p. non potuisse: cum tu discessu ceterorum nostra tamen qui remansissemus caede te contentum esse dicebas. Quid cum tu te preneste kl. ipsis novembribus occupaturum nocturno impetu esse confideres. Sensistine illam coloniam meo iussu, meis presidiis, custodiis, meis vigilijs esse munitam? nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas, quod ego non modo non audiam, sed etiam videam, planeque sentiam. Recognosce mecum tandem illam superiorem noctem, iam intelliges multo me vigilare acrius ad salutem quam te ad perniciem rei p. Dico te priori nocte venisse inter falcarios in domum M. lecce convenisse eodem complures eiusdem amentie, scelerisque socios. Num negare audes? Quid taces? convincam si negas. Video enim esse hic in senatu quosdam qui tecum una fuerunt. O dij immortales ubi nam gentium sumus, quam rem p. habemus? in qua urbe vivimus? hic hic sunt in nostro numero p. c. in hoc orbis terre sanctissimo, gravissimoque consilio, qui de meo nostrorumque omnium interitu qui de huius urbis atque adeo orbis terrarum exitio cogitent. Hos ego video consul et de re p. sententiam rogo et quos ferro trucidari oportebat, eos non dum voce vulnero. Fuisti igitur apud lecam catilina illa nocte, distribuisti partes italie, statuisti quo quemque proficisci placeret, delegisti quos rome relinqueres, quos tecum educeres, descripsisti urbis partes

i Senatu

ad incendia, confirmasti te ipsum iam esse exiturum, dixisti paululum tibi esse etiam nunc more, quod ego viverem. Reperti sunt duo equites ro. qui te ista cura liberarent, et sese illa ipsa nocte paulo ante lucem me in meo lectulo interfecturos pollicerentur. Hec ego omnia vix dum etiam coetu vestro dimisso comperi, domum meam maioribus presidiis munivi, atque firmavi. Exclusi eos quos tu mane ad me salutandum miseras: cum illi ipsi venissent, quos ego iam multis ac summis viris ad me id temporis venturos esse predixeram. Que cum ita sint catilina perge quo cepisti egredere aliquando ex urbe, patent porte, proficiscere, nimium diu te imperatorem illa tua castra malliana desiderant. Educ tecum etiam omnes tuos si minus quamplurimos. Purga urbem, magno me metu liberabis, dum modo inter me atque te murus intersit. Nobiscum versari iam diutius non potes, non feram, non patiar, non sinam. Magna dijs immortalibus habenda est gratia: atque huic ipsi Iovi statori antiquissimo custodi huius urbis, quod hanc tam tetram, tam horribilem, tamque infestam rei p. pestem totiens iam effugimus. Non est sepius in uno homine salus summa periclitanda rei p. quamdiu mihi consuli designato catilina insidiatus es, non publico me presidio, sed privata diligentia defendi. Cum proximis comitijs consularibus me consulem in campo et competitores tuos interficere voluisti, compressi tuos nepharios conatus amicorum presidio et copijs, nullo tumultu publice concitato. Denique quotienscumque petisti per me tibi obstiti. quamquam videbam perniciem meam cum magna calamitate rei p. esse coniunctam. Nunc iam aperte rem p. universam petis, templa deorum immortalium, tecta urbis, vitam omnium civium, italiam denique totam ad exitium ac vastitatem vocas. Quare quoniam id quod est primum, et quod huius imperij disciplineque maiorum proprium est, facere non dum audeo, faciam id quod est ad severitatem lenius ad communem salutem utilius. Nam si te interfici iussero: residebit in re p. reliqua coniuratorum manus. Sin tu quod te iam dudum hortor, exieris, exhaurietur ex urbe tuorum comitum magna et perniciosa sentina rei p. Quid est catilina? num dubitas id me imperante facere, quod iam tua sponte faciebas? Exire ex

urbe hostem consul iubet. Interrogas me, num in exilium? non iubeo, sed
si me consulis suadeo. Quid est enim, Catilina, quod te iam in hac urbe
delectare possit? in qua nemo est extra istam coniurationem perditorum
hominum qui te non metuat, nemo qui te non oderit. Que nota do-
mestice turpitudinis non inusta vite tue est? Quod privatarum
rerum dedecus non heret infamie? Cui tu adolescentulo quem corrup-
telarum illecebris irretisses, non aut ad audaciam ferrum aut ad libidinem
facem pretulisti? Quid vero nuper cum morte superioris uxoris
novis nuptiis domum tuam vacuefecisses, nonne etiam alio incredibili scelere hoc
scelus cumulasti? quod ego pretermitto et facile patior sileri, ne in hac
civitate tanti facinoris immanitas aut extitisse aut non vindi-
cata esse videatur. Pretermitto ruinas fortunarum tuarum, quas
omnes impendere tibi proximis Idibus senties. Ad illa venio, que
non ad privatam ignominiam vitiorum tuorum, non ad domesticam
tuam difficultatem ac turpitudinem, sed ad summam rei publice et ad
omnium nostrum vitam salutemque pertinent. Potest ne tibi huius vite
hec lux, Catilina, aut huius spiritus celi esse iocundus, cum scias
esse horum neminem, qui nesciat te pridie Kalendas Ianuarias Lepido et Tullo con-
sulibus stetisse in comitio cum telo, manum consulum et principum civi-
tatis interficiendorum causa paravisse, sceleri ac furori tuo non
aliquam mentem aut timorem tuum, sed fortunam rei publice obsti-
tisse? Ac iam illa omitto: neque enim sunt aut obscura aut non
postea multa commissa. Quotiens tu me designatum, quotiens
me consulem interficere voluisti! Quot ego tuas petitiones
ita coniectas, ut vitari non posse viderentur, parva quadam de-
clinatione et, ut aiunt, corpore effugi! Nihil agis, nihil assequeris,
nihil moliris, quod mihi latere valeat in tempore, neque tamen
conari ac velle desistis. Quotiens iam tibi extorta est sica ista
de manibus! quotiens non excidit casu aliquo et elapsa est!
tamen ea carere diutius non potes. Que quidem quibus abs te ini-
tiata sacris ac devota sit, nescio, quod eam necesse putas con-
sulis in corpore defigere. Nunc vero que tua est ista vita? Sic
enim iam tecum loquar, non ut odio permotus esse videar, quo
debeo, sed ut misericordia, que tibi nulla debetur. Venisti paulo

que libido ab oculis, quod facinus a manibus tuis umquam, quod flagitium a toto corpore abfuit?

ante in senatum, quis te ex hac tanta frequentia, ex tot tuis ami-
cis ac necessariis salutavit? Si hoc post hominum memoriam con-
tigit nemini, vocis expectas contumeliam, cum sis gravissimo
iudicio taciturnitatis oppressus? Quid? quod adventu tuo ista
subsellia vacuefacta sunt? Quid quod omnes consulares, qui tibi
persepe ad cedem constituti fuerunt, simul atque assedisti, par-
tem istam subselliorum nudam atque inanem reliquerunt? Quo
tandem animo hoc tibi ferendum putas? Servi me hercle mei si me
isto pacto metuerent, ut te metuunt omnes cives tui, domum
meam relinquendam putarem. Tu tibi urbem non arbitraris?
Et si me meis civibus iniuria suspectum tam graviter atque in
fensum viderem, carere me aspectu civium quam infestis oculis omnium
conspici mallem. Tu cum conscientia scelerum tuorum agnoscas
odium omnium iustum et iam tibi diu debitum, dubitas quorum mentes
sensusque vulneras, eorum aspectum presentiamque vitare? Si te pa-
rentes timerent atque odissent tui, neque eos ulla ratione placare
posses, ut opinor ab eorum oculis aliquo concederes. Nunc te patria,
que communis est omnium nostrum parens, odit atque metuit, et iam diu
de te nihil iudicat, nisi de parricidio suo cogitare. Huius
tu neque auctoritatem verebere, neque iudicium sequere, nec vim per-
timesces? Que tecum, Catilina, sic agit et quodammodo tacita
loquitur: Nullum iam tot annis facinus extitit, nisi per te; nullum
flagitium sine te. Tibi uni multorum civium neces, tibi vexatio
direptioque sociorum impunita fuit ac libera. Tu non solum
ad negligendas leges et questiones, verum etiam ad evertendas
perfringendasque valuisti. Superiora illa, quamquam ferenda non fuerunt,
tamen ut potui, tuli: nunc vero me totam esse in metu propter unum te, quicquid
increpuerit, Catilinam timeri, nullum videri contra me
consilium iniri posse, quod a tuo scelere abhorreat, non est
ferendum. Quamobrem discede atque hunc mihi timorem eripe:
si verus, ne opprimar; sin autem falsus, ut tandem aliquando
timere desinam. Hec si tecum, ut dixi, patria
loquatur, nonne impetrare debeat, etiam si vim adhibere non
possit? Quid, quod tu te ipse in custodiam dedisti? quod vitande

suspicionis causa apud M. Lepidum te habitare velle dixisti. a quo
non receptus etiam ad me venire ausus es: atque ut domi meae te asser-
vare velle rogasti. cum a me quoque id responsum tulisses me nullo
modo posse hisdem parietibus tuto esse tecum: qui magno in periculo essem,
quod isdem moenibus contineremur. Ad Q. Metellum praetorem
venisti: a quo repudiatus ad sodalem tuum virum optimum M. Mar-
cellum demigrasti: quem tu videlicet et ad custodiendum te diligentis-
simum, et ad suspicandum sagacissimum, et ad vindicandum fortissimum
fore putasti. Sed quam longe videtur a carcere atque a vinculis abesse
debere, qui se ipse iam dignum custodia iudicaverit? Quae cum ita sint
Catilina, dubitas: si hic morari aequo animo non potes, abire in ali-
quas terras, et vitam istam multis suppliciis iustis debitisque erep-
tam, fugae solitudinique mandare? Refer inquis ad senatum,
id enim postulas. et si hic ordo sibi placere decreverit te ire in exilium
obtemperaturum te esse dicis. Non referam id quod abhorret a meis
moribus, sed tamen faciam ut intelligas, quid hi de te sentiant.
Egredere ex urbe Catilina, libera rem p. metu, in exilium si hanc
vocem expectas, proficiscere. Quid est Catilina? quid attendis?
quid animadvertis horum silentium? patiuntur, tacent. Quid expectas aucto-
ritatem loquentium: quorum voluntatem tacitorum perspicis. At si hoc
idem huic adolescenti optimo P. Sestio, si fortissimo viro M.
Marcello dixissem, iam mihi consuli hoc ipso in templo iure

De te autem Catilina cum quiescunt probant. cum patiuntur decernunt.

optimo senatus vim et manus intulisset. Cum tacent, clamant,
neque hi solum quorum auctoritas est vobis cara vita vilissima, sed et illi
equites Ro. honestissimi atque optimi viri, ceterique fortissimi
cives, qui circumstant senatum, quorum tu et frequentiam videre
et studia perspicere, et voces paulo ante exaudire potuisti quorum
ego vix abs te iam diu manus ac tela contineo. Eosdem facile
adducam: ut te haec quae iampridem vastare studes relinquentem
usque ad portas prosequantur. Quamquam quid est quod loquar, te ut ulla res
frangat? tu ut umquam te corrigas? tu ut ullam fugam meditere?
tu ut ullum exilium cogites? utinam tibi istam mentem dii immortales
donarent. tametsi video si mea voce perterritus ire in exilium animum
induxeris, quanta tempestas invidiae nobis, si minus in praesens

tempus, recenti memoria scelerum tuorum, at in posteritatem impen-
deat. Sed est mihi tanti, dummodo ista tua privata sit calamitas
et a rei p. periculis seiungatur. Sed tu ut vitiis tuis commoveare, ut
poenas legum pertimescas, ut rei p. concedas, non est postulandum.
N Neque enim is es Catilina, ut te aut pudor a turpitudine, aut metus
a periculo, aut ratio a furore revocaverit. Quam ob rem ut saepe iam dixi
iam proficiscere, ac si mihi inimico ut praedicas tuo conflare vis
invidiam, recta via perge in exilium. Vix feram sermones hominum
si id feceris: vix molem istius invidiae, si in exilium iussu consulis
ieris, sustinebo. Sin autem servire meae laudi et gloriae mavis.
egredere cum importuna sceleratorum manu confer te ad Mallium,
concita perditos cives, secerne te a bonis, infer patriae bellum,
exulta impio latrocinio, ut a me non eiectus ad alienos, sed in-
vitatus ad tuos isse videaris. Quamquam quid ego te invitem a quo
iam sciam esse praemissos, qui te ad forum Aurelium praestolarentur
armati: cum sciam pactam et constitutam cum Mallio diem: a quo etiam
illam aquilam argenteam, quam tibi ac tuis omnibus perniciosam
esse confido: et funestam futuram, cui domi tuae sacrarium scelerum
tuorum constitutum fuit: sciam esse praemissam. Tu ut diutius
illa carere possis: quam venerari ad caedem proficiscens sole-
bas, a cuius altaribus saepe istam dexteram impiam ad necem
civium transtulisti. Ibis tandem aliquando: quo te iampridem ista

Neque enim tibi haec res affert dolorem: sed quandam incredibilem voluptatem.

tua effrenata cupiditas ac furiosa rapiebat. Ad hanc te
amentiam natura peperit: voluntas exercuit, fortuna ser-
vavit. Numquam tu non modo otium, sed ne bellum quidem nisi nepha-
rium concupisti. Nactus es ex perditis atque ab omni non modo
fortuna, verum etiam spe derelictis conflatam improborum ma-
num. hic tu qua laetitia perfruere? quibus gaudiis exultabis?
quanta in voluptate bacchabere, cum in tanto numero tuorum neque
audies virum bonum quemquam, neque videbis. Ad huius vitae
studium meditati illi sunt, qui feruntur labores tui, iacere
humi non modo ad obsidendum stuprum, verum etiam ad facinus obe-
undum, vigilare non solum ad insidiandum somno maritorum,
verum etiam bonis otiosorum. Habes ubi ostentes illam tuam praeclaram

[patientiam]
abstinentiam famis et frigoris, et inopie rerum omnium quibus
te brevi tempore confectum senties esse. Tantum profeci, tum te
a consulatu reppuli, ut exul potius temptare, quam consul vexa-
re rem. p. posses: atque ut id quod esset [abs te] scelerate susceptum
latrocinium potius, quam bellum nominaretur. Nunc ut a me
P. C. quandam prope iustam patrie querimoniam detester
[ac] deprecer, percipite queso diligenter que dicam, et ea pe-
nitus animis vestris, mentibusque mandate. Etenim si mecum
patria, que mihi vita mea multo est carior, si cuncta ytalia
si omnis res. p. loquatur. M. tulli quid agis? tu ne eum quem
esse hostem comperisti, quem ducem belli futurum vides, quem expec-
tari imperatorem in castris hostium sentis, auctorem sceleris, prin-
cipem coniurationis, evocatorem servorum et civium perditorum
exire patieris: ut abs te non emissus ex urbe, sed immissus
in urbem esse videatur? non [ne] hunc invidia [vincla] duci? non ad mor-
tem rapi, non summo supplicio mactari imperabis? Quid tandem
impedit te? mos ne maiorum? At persepe etiam privati in hac
re. p. perniciosos cives morte multarunt, an leges que de ci-
vium regum [romanorum] supplicio rogate sunt? atqui numquam [in hac urbe ii] qui a re. p.
defecerunt, civium iura tenuerunt. An invidiam posteritatis
times? preclaram [vero] [po. r.] rei. p. refers gratiam: qui te hominem per te
cognitum nulla commendatione maiorum tam mature ad
summum imperium per omnes honorum gradus extulit, si propter invidiam
aut alicuius periculi metum, salutem civium tuorum negligis. Sed
siquis [est] invidie metus non est vehementius [tior] severitatis ac for-
titudinis invidia, quam nequitie ac inertie pertimescenda. an
cum bello vastabitur ytalia, vexabuntur urbes, tecta ardebunt:
Tum te non existimas invidie incendio conflagraturum. His ego
sanctissimis rei. p. vocibus et eorum hominum qui [hoc] idem sentiunt
mentibus, pauca respondebo. Ego si [hoc] optimum factu iudicarem
P. C. catilinam morte multari, unius usuram hore gladiatori
isti ad vivendum non dedissem, etenim si summi viri et clarissi-
mi cives, saturnini & gracchorum et flacci et superiorum san-
guine complurium non modo se, non contaminaverunt, sed etiam

honestaverunt: certe verendum mihi non erat, ne quid [hoc] parricida
civium interfecto invidie mihi in posteritatem redundaret. Quod
si ea mihi maxime impenderet, tamen hoc animo semper fui ut in-
vidiam virtute partam, gloriam non invidiam putarem. Quamquam non
nulli sunt in hoc ordine, qui aut ea que imminent, non vi-
deant, aut ea que ~~vident~~, dissimulent, qui spem catiline
cum mollibus sententiis aluerunt: coniurationemque nascentem
non credendo comprobaverunt [corroboraverunt]: quorum auctoritate multi non
solum improbi, sed etiam imperiti, si in hunc animadvertissem, crude-
liter non regie factum esse dicerent. Nunc intelligo si iste quo
intendit in manliana castra pervenerit: neminem tam stultum
fore: qui non videat coniurationem esse patefactam, neminem
tam improbum qui non fateatur. hoc autem uno interfecto, intelli-
go hanc rei. p. pestem paulisper reprimi, non in perpetuum com-
primi posse. Quod si se eiecerit, secumque suos eduxerit, et
eodem ceteros undique collectos naufragos aggregaverit,
extinguetur ac delebitur, non modo hec tam adulta rei. p. pestis,
verum etiam stirps ac semen malorum omnium. Etenim iamdiu P. C.
in his periculis coniurationis et insidiis versamur, sed nescio
quo pacto omnium scelerum ac veteris furoris ac audacie ma-
turitas in nostri consulatus tempus erupit. Quod si ex tanto nau-
fragio iste unus tolletur, videbimur fortasse ad breve quod-
dam tempus cura et metu esse relevati. Periculum autem
residebit, et erit inclusum penitus in venis atque in visceribus
rei. p. ut sepe homines egri morbo gravi cum estu, febrique iac-
tantur, si aquam gelidam biberint prius [primo] relevari videntur,
deinde multo gravius, vehementiusque ~~reliquis ingravescet~~
afflictantur. Sic hic morbus qui est in re. p. relevatus istius
pena: vehementius virtus [vivis] reliquis ingravescet. Quare
secedant improbi, secernant se a bonis, unum in locum congre-
gentur, muro ~~denique~~ id quod sepe ~~iam~~ dixi secernantur
a bonis [nobis], desinant insidiari domi sue, consuli circumstare
tribunal pretoris urbani, obsidere cum gladiis curiam,
malleolos ad ~~incendendam~~ urbem faces comparare.
[inflamandam]

S it deniq; scriptū in fronte uniuscuiusq; quid de re p. sentiat. Polliceor nobis hoc. P. C. tantā in nobis consulibus fore diligentiā, tantā i nobis auctem, tantā in equitibus. ro. uirtutē, tantā in bonis omnibus cōsensionem: ut catilinę pfectione omnia patefacta, illustrata, oppressa, uindicata esse uideatis. hisce ominibus catilina cū summa rei. p. salute, et cū tua peste, atque pnitie, cūq; eorū exitio, qui se tecū omni scelere parricidioq; iunxerunt. Proficiscere ad impiū bellū ac nepharium. Tū tu iupiter, q̄ hisdem quibus hec urbs auspitiis a romulo es constitutus, quē statorē huius urbis atq; imperij uere noīamus. hūc et huius socios a tuis aris cęterisq; templis ac tectis urbis ac menibus, a uita, fortunisq; ciuium ciuiū arcebis et omnes inimicos bonorū, hostes patrię, latrones ytalię scelerū federe inter se ac nefaria societate coniunctos eternis suppliciis uiuos, mortuosq; mactabis.

M. TULII CICERONIS. IN. L. CATILINĀ ORATIO INCIPIT AD QUIRITES, SCDA.

T Andem aliquā quirites catilinā furentē audacia scelus anhelantē, pestē patrię nepharie molientē, nobis atq; huic urbi ferrū, flamamq; minitantem ex urbe uel eiecimus, uel emisimus, uel ipsum egredientē urbe & ([margin: ūorbis]) prosecuti sumus. Abiit, excessit, euasit, erupit.

N ulla iam pernities a monstro illo atq; prodigio menibus ipsis intra menia comparabitur: atq; hūc quidē unū huius belli domestici ducē sine cōtrouersia uicimus. Non ē iam inter latera nr̄a sica illa uersabitur, nō in foro, nō in campo, nō in curia. Nō. n. deniq; intra domesticos parietes ptimescendus, loco ille motus est: cū ex urbe depulsus. palā iam cum hoste nullo impediente, bellū iustū geremus: sine dubio pdidimus hostem, magnifice uicimus, cum illū ex occultis insidiis in aptū latrocinium coniecimus. Quod uō nō cruentū mucronē ut uoluit extulit, q minus nobis egressus est: q ei ferrū de manibus extorsimus: q incolumes ciues, q stantem urbē reliquit, quanto tand illū merore afflictū & profligatū esse putatis. Iacet ille nūc prostratus quirites, et se pculsum atq; abiectū esse sentit. et retorquet

oculos profecto sępe ad hanc urbē, quā ex suis faucibus ereptam esse luget: quę quidē lętari mihi uidetur: qd tantā pestē euomuerit, forasq; proiecerit. At siquis est talis, qualis oms esse oportebat, qui hoc ipso in quo exultat et triumphat oratio mea me uehementer accuset: q tam capitalem hostem nō cōprehenderim potius q emiserim.

N on est ista mea culpa, sed temporū. Interfectū esse L. catilinam et grauissimo supplitio affectū iampridē oportebat. Id a me et mos maiorū et huius imperij seueritas, et res. rei p. postulabat. Sed q multos fuisse putatis, qui quę ego deferrem nō crederent: q multos qui etiā defenderent: q multos qui pp stultitiā non putarent: q multos qui etiā pp improbitatem fauerent: ac si sublato illo depelli a nobis omne piculū iudicarem. Iam pridē ego. L. catilinā nō mō inimicitiis meis: sed etiā piculo uitę uex sustulissem. Sed cū uiderem ne quidē uobis omnibus re etiā tū probata, si illū ut erat meritus morte multassem: fore ut eius socios inuidia oppressus persequi nō possem. Rem huc deduxi: ut tū palam pugnare possetis, cū hostē apte uideretis: quē quidē ego hostem quirites q uehementer foris esse timendū putē: licet hinc intelligatis, qui etiā moleste fero, q ex urbe parū comitatus exierit. Utinam ille oms suas secū copias eduxisset: Tongillū mihi eduxit, quē amare in pretexta in calumpnia cęperat. Publiū et Minutiū, quorū es alienum contractū in popinarū nullū rei. p. motū afferre poterat, reliquit quos uiros quāto alieno ęre, q ualentes, q nobiles. ([margin: uos uidetis]) Itaque ego illū exercitū ex gallicanis legionibus et cū hoc delectu, quē in agro piceno et gallico. Q. metellus habuit, ex his copiis, quę a nobis quotidie comparantur, magnopere contempno collectū ex senibus desperatis, agresti luxuria, ex rusticis mediculis, ex decoctoribus, ex his qui uadimonia deserere q illū exercitū maluerunt. Quibus ego nō mō si aciē exercitus nr̄i, uerū etiā si edictū pretoris ostendero: concident. hos quos uideo uolitare in foro, quos stare ad curiā, quos etiā in senatū uenire, qui nitent unguentis, qui fulgent purpura: mallem secū eduxisset suos uiros milites. Qui si hic pmanent, mementote, nō tam exercitū illū esse nobis, q hos qui exercitū deseruerunt, ptimescendos. Atq; hoc etiam

Atq;

magis sunt timendi: quod quid cogitent, me scire sentiunt, neque tamen
permovetur. Video cui apulia sit attributa, quis habeat etruriam, qui
agrum picenum, qui gallicum, qui sibi has urbanas insidias cedis atque
incendiorum depoposcerit. Omnia superioris noctis consilia ad me perlata esse
sentiunt, patefeci in senatu hesterno die. In senatu catilina ipse per-
timuit, profugit. hi quid expectant? Nonne illi vehementer errant,
si illam meam pristinam lenitatem perpetuam sperant futuram. Quod
expectavi iam sum assecutus, ut vos omnes factam esse aperte coniura-
tionem contra rem publicam videretis. Nisi vero siquis est qui catiline similes
cum catilina sentire non putet, non est iam lenitatis locus. Severitatem
res ipsa flagitat. Unum etiam nunc concedam, exeant, proficiscantur, ne
patiantur desiderio sui catilinam miserum tabescere. Demonstrabo iter.
aurelia via profectus est. Si accelerare volent, ad vesperam consequen-
tur. O fortunatam rem publicam siquidem hanc sentinam huius urbis eiecerit.
Uno me hercle catilina exhausto recreata et revelata res publica vide-
tur. Quid enim mali aut sceleris fingi aut cogitari potest, quod non ille con-
cepit? Quis tota italia veneficus, quis gladiator, quis latro,
quis sicarius, quis parricida, quis testamentorum subiector, quis cir-
cumscriptor, quis ganeo, quis nepos, quis adulter, que mulier in-
famis, quis corruptor iuventutis, quis corruptus, quis perditus,
inveniri potest, qui se cum catilina non familiarissime vixisse fateatur?
Que cedes per hosce annos sine illo facta est? Quod nepharium stuprum
non per illum? Iam vero que tanta in ullo umquam homine iuventutis
illecebra fuit, quanta in illo, qui alios ipse amabat turpissime,
aliorum amori flagitiosissime serviebat. Aliis fructum libidinum,
aliis mortem parentum non modo impellendo, verum etiam adiuvando
pollicebatur. Nunc vero quam subito non solum ex urbe, verum etiam ex
agris ingentem numerum perditorum hominum collegerat: nemo non modo
rome, sed ne ullo in angulo totius ytalie oppressus ere alieno
fuit: quem non ad hoc incredibile sceleris fedus asciverit. Atque
ut eius diversa studia in dissimili re perspicere possitis: nemo est
in ludo gladiatorio paulo ad facinus audacior: qui se non intimum
catiline esse fateatur. Nemo in scena levior et nequior, qui se non
eiusdem prope sodalem fuisse commemoret: atque idem tamen stuprorum

et scelerum exercitatione assuefactus, frigore et fame et siti, ac
vigiliis perferendis, fortis ab istis predicabatur. Cum
industrie subsidia atque instrumenta virtutis in libidine, auda-
ciaque consumeret. Hunc vero si sui comites secuti fuerint, si ex
urbe exierint desperatorum hominum flagitiosi greges, o nos beatos, o
rem publicam fortunatam: o preclaram laudem consulatus mei. Iam enim
non sunt mediocres hominum libidines, non humane audacie ac
tollerande. Nihil cogitant nisi cedes, nisi incendia, nisi rapi-
nas. patrimonia sua profuderunt: fortunas suas obligaverunt.
res eos iampridem, fides deficere nuper cepit. Eadem tamen illa, que
erat in abundantia libido permanet. Quod si in vino et alea
commessationes solum et scorta quererent: essent quidem illi desperandi:
sed tamen non essent ferendi. Hos vero quis ferre posset? inhertes homines
fortissimis viris insidiari? stultissimos prudentissimis? ebrios
sobriis? dormientes vigilantibus? Qui mihi accubantes in convi-
viis complexi mulieres impudicas, vino languidi, confecti
cibo, sertis redimiti, unguentis obliti, debilitati stupris eruc-
tant sermonibus suis, cedem bonorum atque urbis incendia. Quibus
ego confido impendere fatum aliquod, et penam iamdiu impro-
bitati, nequitie, sceleri, libidini debitam aut instare iam plane,
aut certe iam appropinquare, quos si meus consulatus, quoniam
sanare non potest, sustulerit: non breve nescio quod tempus, sed
multa secula propagarit rem publicam. Nulla est enim natio, quam pertime-
scamus, nullus rex qui bellum rei publice facere possit. Omnia
sunt externa unius virtute, terra, marique pacata. Domesticum
bellum manet: intus insidie sunt. intus inclusum periculum est.
intus est hostis, cum luxuria nobis, cum amentia, cum scelere cer-
tandum est. Huic ego me bello ducem profiteor o quirites. suscipio
inimicitias hominum perditorum. Que sanari poterunt, quacunque
ratione sanabo. Que resecanda erunt, non patiar ad perniciem
civitatis manere. Proinde aut exeant, aut quiescant, aut si
in urbe et in eadem mente permanent, ea que merentur expec-
tent. At sunt et quirites qui dicant a me in exilium eiectum
esse catilinam, quod ego si verbo assequi possem, istos ipsos eicerem.

qui hec loquuntur. homo .n. uidelicet timidus et permodestus uocem
consulis ferre non potuit. simulatque ire in exilium iussus est, paruit.
Qui cum ut hesterno die cum domi mee pene interfectus essem, senatum in
edem Iouis statoris uocaui: rem omnem ad p. con. detuli. Quo cum
catilina uenisset. quis eum senator appellauit? quis salutauit? quis
denique ita aspexit, ut perditum ciuem, ac non potius importunissimum hostem?
Quin et principes eius ordinis partem illam subselliorum ad quam
ille accesserat: nudam atque inanem reliquerunt. hic ego uehemens ille con
sul. qui uerbo ciues in exilium eiicio: quesiui a catilina an in noctur
no conuentu apud. M. leccam fuisset, nec ne. cum ille homo audacissi
mus conscientia conuictus (motus) primo reticuisset. patefeci cetera quid
ea nocte egisset, ubi fuisset. quid in proximam constituisset: quemadmo
dum esset ei ratio totius belli descripta edocui. Cum hesitaret, cum
teneretur, quesiui quid dubitaret proficisci eo quo iampridem pa
raret (sset): cum arma cum secures cum dignitates, cum fasces, cum tubas, cum
signa illa militaria, cum aquilam illam argenteam, cui etiam sacrarium
scelerum domi sue fecerat, scirem esse premissam, in exilium eiiciebam
quem iam ingressum in bellum esse uidebam. Etenim credo manlius iste centurio
qui in agro fesulano castra posuit, bellum rei p. (po. ro.) suo nomine indixerat.
et illa castra nunc non catilinam duce expectant, et ille eiectus in exilium
se in massiliam ut aiunt, non in hec castra conferret. O conditionem mi
seram non modo administrande, uerum etiam conseruande rei. p. Nunc si
L. catilina consiliis, laboribus, periculis meis circumclusus ac debili
tatus subito pertimuerit, sententiam permutauerit, deseruerit suos, con
silium belli faciundi abiecerit, ex hoc cursu sceleris et belli iter ad
fugam atque in exilium conuerterit. non ille a me spoliatus armis
audacie, non obstupefactus ac perterritus mea diligentia, non de spe
conatuque depulsus, sed indemnatus, innocens in exilium eiectus
a consule ui et minis esse dicetur. Et erunt qui illum si hoc fe
cerit, non improbum, sed timidum me (miserum) non diligentissimum consulem, sed
crudelissimum tyrannum existimari uelint. Est mihi tanti o
quirites huius inuidie false atque inique tempestatem subire.
dum modo a uobis huius horribilis belli ac nepharii periculum depella
tur: dicatur sane eiectus esse a me, dum modo eat in exilium

Sed mihi credite non est iturus. nunquam ego a diis immortalibus opta
bo quirites inuidie mee leuande causa ut L. catilinam ducere exercitum
hostium atque in armis uolitare audiatis. Sed triduo tamen audie
tis: multoque magis illud timeo, ne sit mihi inuidiosum aliquando
quod illum emiserim, potius quam quod eiecerim. Sed cum sint homines qui illum cum
profectus sit, eiectum esse dicant. idem si interfectus esset, quid dice
rent? Quanquam isti qui catilinam in massiliam ire dictitant, non
tam hoc queruntur, quam uerentur. Nemo est istorum tam misericors
qui illum non ad manlium, quam ad massilienses ire malit. Ille autem
si me hercule hoc quod agit, nunquam ante cogitasset. tamen latroci
nantem se interfici mallet, quam exulem uiuere. Nunc uero cum ei
nihil adhuc preter ipsius uoluntatem, cogitationemque acciderit, nisi
quod uiuus nobis roma profectus est: optemus potius ut eat in
exilium, quam queramur. Sed cur tamdiu de uno hoste loquimur?
et de eo hoste, qui iam se fatetur esse hostem? et quia quod semper
uolui murus interest: non timeo: de his qui dissimulant qui rome
remanent, qui nobiscum sunt, nihil dicimus: quos quidem ego si
ullo modo fieri posset, non tam ulcisci studeo quam sanare, sibi ipsos; at
placare rem. p. neque id quare fieri non possit, si me audire
uoluerint intelligo. Exponam .n. uobis quirites ex quibus generibus
hominum iste copie comparentur: deinde singulis medicinam con
silii atque orationis mee si quam potero, afferam. Primum genus est eorum
qui magno in ere alieno, maiores etiam possessiones habent, quarum amore
adducti, dissolui nullo modo possunt. horum hominum species est hone
stissima. Sunt .n. locupletes; uoluntas uero et causa est impuden
tissima. Tu agris, tu hedificiis, tu argento, tu familia, tu rebus
omnibus ornatus et copiosus sis: et dubites aliquid de possessione
detrahere ac fidem acquirere. Quid .n. expectas bellum? Quid
ergo in uastatione omnium tuas possessiones sacrosanctas futuras
putas: an tabulas nouas. Errant qui ista a catilina expectant.
meo beneficio tabule noue proferuntur. uerum auctionarie.
neque .n. isti qui possessiones habent, alia ratione ulla salui esse possunt. Quod
si maturius facere uoluissent, neque id quod stultissimum est, certare
cum usuris ac fructibus prediorum et locupletioribus his et melioribus

Si me audire uoluerint: placare rei. p. neque id quare fieri non possit, intelligo

cinibus uteremur. Sed hosce homines minime puto pertimescendos: qui
aut deduci de sententia possunt, aut si permanebunt, magis mihi uide
tur uota facturi contra rem p. quam arma laturi. Alterum genus est eorum,
qui quamquam premuntur ere alieno, dominationem non tamen expectant: rerum po
tiri uolunt, honores quos quieta re p. desperant, perturbata consequi se posse
arbitrantur. Quibus hoc precipiendum uidetur unum scilicet et idem, quod ceteris
omnibus ut desperent se id quod conantur consequi posse. Primum omnium
me ipsum uigilare adesse, prouidere rei p. deinde magnos animos esse in
bonis uiris, magnam concordiam, maximam multitudinem: preterea
magnas copias militum. Deos denique immortales huic inuicto populo
clarissimo imperio, pulcherrime urbi contra tantam uim sceleris pre
sentes et auxilium laturos. Nam si iam sint, id quod cum summo fu
rore cupiunt adepti: num illi in cinere urbis, & in sanguine
ciuium, que mente scelerata atque nefaria concupierunt, se consules aut
dictatores aut etiam reges sperant futuros? Non uident se
cupere id quod si adepti sint, fugitiuo alicui, aut gladiatori concedi
necesse sit. Tertium genus est etate iam confectum, sed tamen exercitatione ro
bustum: quo ex genere est ipse Manlius, cui nunc Catilina succes
sit. hi sunt homines ex his coloniis, quas Fesulis Sylla constituit, quas ego
uniuersas ciuium et optimorum et fortissimorum uirorum sentio. Sed
tamen hi sunt coloni, qui se in insperatis, ac repentinis pecuniis
sumptuosius, insolentiusque iactarunt. hi dum edificant quasi tamquam
beatitudinem presidiis lectis familiis magnis, conuiuiis apparatis
delectantur, in tantum es alienum inciderunt, ut si salui esse uelint
Sylla sit his ab inferis excitandus: qui etiam nonnullos homines
agrestes tenues atque egentes in eandem spem rapinarum ueterum
impulerunt. quos ego utrosque quirites, in eodem genere predatorum di
reptorumque pono. Sed eos hoc moneo, desinant furere, et proscrip
tiones, et dictaturas querere. Tantus enim illorum temporum dolor
inustus est ciuitati: ut iam ista non modo homines, sed ne pecudes quidem
mihi passure esse uideantur. Quartum genus est sane uarium et
mixtum, et turbulentum, qui iam pridem premuntur, qui numquam
emergent, qui partim inertia, partim male gerendo negotio, partim
etiam sumptibus in uetere ere alieno uacillant, qui uadimoniis

iudiciis, proscriptionibus bonorum defatigati: permulti et ex urbe, et ex agris
se in illa castra conferre dicuntur. hosce ego non tam milites acres quam
infitiatores lentos esse arbitror. qui homines primum, si stare non possunt,
corruant, sed ita ut non modo ciuitas, sed ne uicini quidem proximi sen
tiant. Nam illud non intelligo quamobrem si uiuere honeste non possunt,
perire turpiter uelint. Aut cur minore dolore perituros se cum
multis, quam si soli pereant, arbitrantur. Quintum genus est parricidarum,
sicariorum, denique omnium facinorosorum, quos ego a Catilina non reuoco.
Nam neque ab eo diuelli possunt, et pereant sane in latrocinio quoniam
sunt ita multi ut eos capere carcer non possit. Postremum autem genus
est non solum numero, uerum etiam genere ipso atque uita, quod proprium est Catiline
de eius delectu, immo uero de complexu eius ac sinu, quos pexo ca
pillo nitidos aut imberbes, aut bene barbatos uidetis. Manica
tis et talaribus ac tritis tunicis uelis amictos non togis, quorum omnis
industria uite, et uigilandi labor in antelucanis cenis expromitur.
In his gregibus aleatores omnes, adulteri omnes, impuri, impudicique
uersantur. hi pueri tam lepidi ac delicati, qui non solum amare et
amari, neque cantare et psallere saltare: sed etiam sicas uibrare et spar
gere uenena didicerunt. Qui nisi exeunt, nisi pereunt etiam si Cati
lina perierit, scitote in re p. seminarium Catilinarium futurum. Verum
quid sibi isti miseri uolunt? Num secum suas mulierculas sunt
in castra ducturi? quemadmodum illis carere poterunt, his presertim et illis
iam noctibus? Quo non autem pacto illi Apenninum, atque illas pruinas
ac niues preferent: nisi idcirco se facilius hiemem toleraturos
putant: quod in conuiuiis nudi saltare didicerunt? O bellum magno
pere pertimescendum, cum hanc sit habiturus Catilina scortatorum cohor
tem pretoriam. Instruite nunc quirites contra has tam preclaras
Catiline copias, uestra presidia, uestrosque exercitus. Et primum gladiatori
illi confecto, & saucio consules, imperatoresque uestros opponite. Deinde
contra illam naufragorum eiectam, ac debilitatam manum, flo
rem totius Ytalie, ac robur educite. Iam uero urbes coloniarum
ac municipiorum, respondebunt Catiline tumulis siluestribus.
neque uero ceteras copias, ornamenta, uestra presidia cum illius latronis
inopia atque egestate debeo conferre. Sed si omissis his rebus

Si hi qui rebus omissis ipsas causas que inter se confligunt contendere volumus, ex eo ipso quam valde illi iaceant intelligere possumus.

omnibus, quibus nos suppeditamur, eget ille senatu, equitibus, romano populo, urbe, erario, vectigalibus, cuncta ytalia, provinciis omnibus, exteris nationibus. Ex hac enim parte pudor pugnat, illinc petulantia, hic pudicitia, illinc stuprum, hic fides, illinc fraudatio, hic pietas, illinc scelus, hic constantia, illinc furor, hic honestas, illinc turpitudo, hic continentia, illinc libido, denique equitas, temperantia, fortitudo, prudentia, virtutes omnes certant cum iniquitate, cum luxuria, cum ignavia, cum temeritate, cum vitiis omnibus. Postremo copia cum egestate, bona ratio cum perdita, mens sana cum amentia, bona denique spes cum omnium rerum desperatione confligit (gunt). In huiusmodi certamine ac prelio nonne etiam si hominum studia deficiant, dii ipsi immortales cogant ab his preclarissimis virtutibus tot et tanta vitia superari. Que cum ita sint quirites, vos quemadmodum iam antea dixi, vestra tecta custodiis vigiliisque defendite. Mihi ut urbi sine vestro motu ac sine ullo tumultu satis esset presidii consultum ac provisum est. Coloni omnes municipesque vestri certiores a me facti de hac nocturna excursione Catiline facile urbes suas, finesque defendunt. Gladiatores, quam sibi ille manum certissimam fore putavit, quamquam meliore animo sunt quam pars patriciorum, potestate tamen nostra continebuntur.

Q. Metellus quem ego prospiciens in agrum gallicum premisi, Picenumque aut opprimet hominem, aut omnes eius motus, conatusque prohibebit. Reliquis autem de rebus constituendis, maturandis, agendis iam ad senatum referemus, quem vocari videtis. Nunc illos qui in urbe permanserunt, atque adeo qui contra urbis salutem omniumque vestrum in urbe a Catilina relicti sunt, quamquam sunt hostes, tamen quia nati sunt cives, monitos eos etiam atque etiam volo. Mea lenitas adhuc si cui solutior visa est, hoc expectavit, ut id quod latebat erumperet. Quod reliquum est iam non possum oblivisci meam hanc esse patriam, meque horum esse consulem: mihi aut cum his vivendum, aut cum probis moriendum. pro his esse

N ullus est porte custos, nullus insidiator vie. Si qui exire volunt consulere sibi possunt. Qui vero in urbe se commoverit, cuius ego non modo factum, sed inceptum ullum, conatum vel contra patriam deprehendero, sentiet in hac urbe esse consules vigilantes, esse egregios magistratus, esse fortem senatum, esse arma, esse carcerem, quem vindicem nephariorum

ac manifestorum scelerum maiores nostri esse voluerunt. Atque hec omnia sic agentur quirites, ut res maxime minimo motu, pericula summa nullo tumultu, bellum intestinum ac domesticum post hominum memoriam crudelissimum et maximum, me uno togato duce et imperatore dicetur (sedetur). Quod ego sic administrabo quirites, ut si ullo modo fieri poterit, ne improbus quidem quisquam in hac urbe penam sui sceleris sufferat. Sed si vis manifeste audacie, si impendens patrie periculum me necessario de hac animi lenitate deduxerit, illud profecto perficiam, quod in tanto ac tam seditioso bello vix optandum videtur, ut neque bonus quisquam intereat, paucorumque pena vos omnes iam salvi esse possitis. Que quidem ego neque mea prudentia, neque humanis consiliis fretus polliceor vobis quirites. Sed multis et non dubiis deorum immortalium significationibus, quibus ego ducibus in hanc spem sententiamque sum ingressus, qui iam non procul ut quondam solebant, ab extero hoste atque longinquo, sed hic presentes suo numine, atque auxilio sua templa atque urbis tecta defendunt. Quos vos quirites precari, venerari atque implorare debetis, ut quam urbem pulcherrimam, florentissimamque esse voluerunt, hanc omnibus hostium copiis, terra marique superatis a perditissimorum civium nephario scelere defendant.

M. T. CICERONIS IN L. CATILINAM ORATIO AD POPULUM incipit.

Rem p. quirites, vitamque omnium vestrum, bona, fortunas, coniuges, liberosque vestros, atque hoc domicilium clarissimi imperii, fortunatissimam pulcherrimamque urbem hodierno die deorum immortalium erga vos summo amore, laboribus, consiliis, periculis meis ex flamma atque ferro ac pene ex faucibus fati ereptam et vobis conservatam ac restitutam videtis. Et si non minus nobis iucundi atque illustres sunt hi dies, quibus conservamur, quam illi quibus nascimur, et cum voluptate conservamur, profecto quoniam illum qui hanc urbem condidit Romulum ad deos immortales benivolentia famaque sustulimus, esse apud vos posterosque vestros in

quod salutis certa letitia est, nascendi incerta conditio. et quod sine sensu nascimur.

honore debet dies is, qui eandem hanc urbem conditam, amplificatamque servavit. Nam toti urbi templis, delubris, tectis (al' ac moenibus) omnibus subiectos prope iam ignes, circumdatosque extinximus. Idem gladios in rem p. districtos retudimus, mucronesque eorum a iugulis vestris deiecimus.

districtos

Quae quoniam in senatu illustrata patefacta comperta sunt per me, vobis iam exponam breviter quirites, ut et quanta, et quam manifesta et qua ratione investigata et comprehensa sint, vos qui ignoratis expectatis scire possitis. Principio ut catilina paucis ante diebus erupit ex urbe, cum sceleris sui socios, et huiusce nefarii belli acerrimos duces romae reliquisset, semper vigilavi et (providi) quaesivi quirites quemadmodum in tantis et tam absconditis periculis et insidiis salvi esse possemus. Nam tum cum ex urbe catilinam eiciebam, non enim iam vereor huius verbi invidiam cum illa magis sit timenda, quod vivus (exierit) egressus est. Sed tum cum illum exterminari volebam, aut reliquam coniuratorum manum simul exituram, aut eos qui remansissent, infirmos sine illo ac debiles fore putabam. Atque ego ut vidi quos maximo furore, et scelere esse inflammatos sciebam: eos esse nobiscum, et romae remansisse, in eo omnes dies, noctesque consumpsi: et (ut) quid agerent, quid molirentur sentirem, ac viderem: ut quoniam auribus vestris propter incredibilem magnitudinem sceleris: minorem fidem faceret oratio mea: rem ita comprehenderem, ut tum demum animis saluti vestrae provideretis: cum oculis maleficium videretis. Itaque ut comperi legatos allobrogum belli transalpini et tumultus gallici excitandi causa a P. lentulo esse sollicitatos, eosque in galliam ad suos cives eodem itinere, cum litteris, mandatisque ad catilinam missos: comitemque his adiunctum (esse) vulturcium, atque huic esse datas ad catilinam litteras: facultatem mihi oblatam putavi, ut quod erat difficillimum, quodque ego semper optabam a diis immortalibus tota res non solum a me, sed etiam a senatu et a vobis facillime deprehenderetur. Itaque hesterno die L. flaccum et CN. pomptinum praetores fortissimos atque amantissimos rei p. viros ad me vocavi: rem omnem exposui, quid fieri placeret, ostendi. Illi autem qui omnia de re p. praeclara atque egregia sentirent, sine re-

a Catilina

vel manifeste

cusatione, ac sine ulla mora negotium susceperunt. Et cum advesperasceret occulte ad pontem milvium pervenerunt: atque ibi in proximis villis ita bipartiti fuerunt, ut tiberis inter eos et pontem interesset. Eodem autem et ipsi sine cuiusquam suspicione, multos fortes viros eduxerant, et ego ex praefectura reatina complures delectos adolescentes, quorum opera utor assidue in rei p. praesidio, cum gladiis miseram. Interim tertia fere vigilia exacta cum iam pontem milvium magno comitatu legati allobrogum ingredi inciperent, unaque vulturcius fit in eos impetus. Educuntur et ab illis gladii et a nostris: res erat praetoribus nota solis, ignorabatur a ceteris. Tum interventu pomptini et flacci, pugna quae erat commissa sedatur. Litterae quaecumque erant in eo comitatu integris signis praetoribus traduntur: ipsi comprehensi ad me cum iam dilucesceret, deducuntur. Atque horum omnium scelerum improbissimum machinatorem

Cymbrum

A. gabinium statim ad me nihil dum suspicantem vocavi. Deinde item accersitur P. statilius et post eum cethegus: tardissime autem lentulus venit

Credo quod in litteris dandis praeter consuetudinem proxima nocte vigilarat: cum vero summis ac clarissimis huius civitatis viris: qui audita re (frequentes) mane ad me convenerant, litteras prius a me aperiri, quam ad senatum deferri placeret. ne si nihil inventum esset a me, temere tantus tumultus iniectus civitati videretur. Negavi me esse facturum ut de periculo publico, non ad consilium publicum rem integram deferrem.

vel referri

Etenim quirites, si ea quae erant ad me delata, reperta non essent, tamen ego non arbitrabar in tantis rei p. periculis esse mihi nimiam diligentiam pertimescendam. Senatum frequentem celeriter ut vidistis coegi. atque interea statim admonitu allobrogum. C. sulpitium praetorem fortem virum misi: qui ex aedibus cethegi, siquid telorum esset, efferret. e quibus ille maximum sicarum numerum (et gladiorum) extulit. Introduxi vulturcium sine gallis, fidem ei publicam iussu senatus dedi, hortatus sum, ut ea quae sciret, sine timore indicaret. Tum ille dixit cum vix se ex magno timore recreasset: a P. lentulo se habere ad catilinam mandata et litteras, ut servorum praesidio uteretur, et (ut) ad urbem quam primum accederet cum exercitu (veniret), id autem eo consilio, ut cum urbem omnibus ex partibus quemadmodum descriptum, distributumque erat, incendissent: caedemque infinitam civium fecissent: praesto esset ille qui et fugientes

et gladiorum

Introducti autem Galli iusiurandum sibi et litteras a Lentulo, Cethego, Statilio ad suam gentem datas esse dixerunt.

excipet: et ut, cum his urbanis ducibus coniungeretur. Atque ita sibi ab his et a L. Cassio esse praescriptum: ut equitatum in Italiam quamprimum mitterent, pedestres sibi copias non defuturas. Lentulum autem sibi confirmasse ex fatis Sibillinis aruspicumque responsis, se esse tertium illum Cornelium, ad quem regnum urbis huius atque imperium pervenire esset necesse: Cinnam ante se et Syllam fuisse. Eundemque Lentulum dixisse fatalem hunc esse annum ad interitum huius urbis atque imperii: qui esset decimus annus post virginum absolutionem: post Capitolii autem incensionem vigesimus.

Hanc autem Cethego cum ceteris controversiam esse dixerunt: quod Lentulo et aliis caedem Saturnalibus fieri atque urbem incendi placeret. Cethego nimium id longum videri. Ac ne longum sit quirites, tabellas proferri iussimus, quae a quoque dicebantur datae. Primum ostendimus Cethego signum cognovit, nos linum incidimus, legimus litteras. Erat scriptum ipsius manu, et Allobrogum senatui et populo sese quae eorum legatis confirmasset, esse facturum. Orare ut item illi facerent, quae sibi legati eorum praescripsissent. Tum Cethegus qui paulo ante aliquid de gladiis ac siccis quae apud se erant deprehensa, respondisset: dixissetque se semper bonorum ferramentorum studiosum fuisse: recitatis litteris debilitatus atque abiectus, conscientia convictus repente conticuit. Introductus est Statilius, cognovit manum et signum suum: recitatae sunt tabellae in eandem fere sententiam: confessus est. Tum ostendi tabellas Lentulo et quaesivi cognosceret ne signum. Annuit. Est vero inquam notum quidem signum: imago avi tui clarissimi viri, qui amavit unice patriam et cives suos: quae quidem te a tanto scelere etiam muta revocare debuit.

Leguntur eadem ratione ad senatum Allobrogum populumque litterae: siquid de his rebus dicere vellet: feci potestatem. Atque ille quidem primo negavit: post autem aliquanto toto iudicio iam indicio exposito atque edito surrexit. Quaesivit a Gallis quid sibi esset cum his, quamobrem domum suam convenissent. Itemque ab Vulturcio. Qui cum illi breviter, constanterque respondissent, per quem ad eum, quotiensque venissent, quaesissentque ab eo, nihil ne secum esset de fatis Sibillinis locutus, tum subito ille scelere demens quanta vis conscientiae esset, ostendit. Nam cum id posset infitiari, repente praeter opinionem omnium confessus est. Ita eum non modo ingenium illud et dicendi exercitatio, qua semper valuit, sed etiam propter vim sceleris

manifesti atque deprehensi, sed impudentia qua superabat omnes, improbitasque defecit. Vulturcius vero subito litteras proferri atque aperiri iussit, quas sibi a Lentulo ad Catilinam datas esse dicebat. Atque ibi vehementissime perturbatus Lentulus, tamen et signum et manum suam cognovit. Erant autem scriptae sine nomine, sed ita: Qui sim ex eo quem ad te misi cognosces. Cura ut vir sis, et cogita quem in locum sis progressus. Et vide quid iam tibi sit necesse. Cura ut omnium tibi auxilia adiungas etiam infimorum. Gabinius deinde introductus cum primo impudenter respondere coepisset: ad postremum nihil ex his quae Galli insimulabant, negavit. Ac mihi quidem quirites, cum illa certissima visa sunt mihi argumenta atque indicia sceleris, tabellae, signa, manus, denique uniuscuiusque confessio: tum multo certiora illa, color, oculi, vultus, taciturnitas: sic enim obstupuerant, sic terram intuebantur, sic furtim non numquam inter se aspiciebant, ut non iam ab aliis indicari, sed ipsi se indicare viderentur. Indiciis expositis atque editis quirites, senatum consului de summa rei p. salute quid fieri placeret. Dictae sunt a principibus acerrimae ac fortissimae sententiae, quas senatus sine ulla varietate est consecutus. Et quoniam non dum est perscriptum senatus consultum ex memoria vobis quirites, quod senatus

censuerit

consuluerit, exponam. Primum mihi gratiae verbis amplissimis aguntur, quod virtute, consilio, providentia mea res p. periculis sit maximis liberata. Deinde L. Flaccus et C. Pomptinus praetores populi Romani, quod eorum opera forti, fidelique usus essem, merito ac iure laudantur. Atque etiam viro forti collegae meo Antonio laus impertitur, quod eos qui huius coniurationis participes fuissent, a suis et a rei p. consiliis removisset. Atque ita censuerunt ut P. Lentulus cum se praetura abdicasset, tum in custodiam traderetur. Itemque uti Cethegus, L. Statilius, P. Gabinius qui omnes praesentes erant, in custodiam traderentur. Atque idem hoc decretum est in L. Cassium, qui sibi procurationem incendendae urbis depoposcerat. In M. Ceparium cui ad sollicitandos pastores Apulia est attributa. Erat illud idem dictum in P. Furium, qui est ex his coloniis quas Faesulas L. Sylla deduxit. Inque Q. Manlium Chilonem, qui una cum hoc Furio semper erat, in hac Allobrogum sollicitatione versatus. In P. Umbrenum libertinum hominem

a quo primū gallos ad gabiniū pductos esse constabat: atque ea lēni
tate senatus est usus quirites: ut ex tanta coniuratione, tantaque
ui ac multitudine domesticorum hostiū noue hominū pditissimorum
pena res. p. conseruata, reliquorum mentes sanari posse arbitraretur.
A tque etiā supplicatio dijs īmortalibus pro singulari eorum merito, meo
noīe decreta est quirites. Quod mihi primū post urbē conditam
togato contigit, et his decreta uerbis est, quod urbem incendijs
cedes ciues, italiā bello liberassem. Que supplicatio siqui ceteris
supplicationibus conferat quirites hoc interest, quod cetere de rē bn
gesta, hec una conseruata re p. constituta est. atque illud quod faciendū primū
fuit, factum atque transactum est. Nam P. lentulus quanquam patefactis
indicijs et confessionibus suis in iudicio senatus nō mō pretu
ris ius, uerum etiā ciuis amiserat. tamen magistratu se abdicauit,
ut que religio. C. mario uiro clarissimo nō fuerat, quominus
C. glauciā, de quo nihil nobis nominatim erat decretum, pretorē occide
ret: ea nos religione in priuato. P. lentulo puniendo liberare
mur. Nunc quoniam quirites sceleratissimi, periculosissimique belli ne
farios duces captos iam et comprehensos tenetis, existimare de
betis omnes catiline copias, omnes spes, atque opes his depulsis
urbis periculis concidisse. que quidem cū ex urbe depellebā, hoc
prouidebam aīo quirites, remoto catilina nō mihi esse. P. lentuli
somnum, nec L. cassij adipem, nec C. cethegi furiosam temeritatem per
timescendam. Ille erat unus solus pertimescendus ex his omnibus, sed
tam diu, dum menibus urbis continebatur. Omnia norat, omnium
aditus tenebat, appellare, temptare, sollicitare poterat, audē
bat. Erat ei consiliū ad facinus aptū: consilio autem neque manus
neque lingua deerat. Iam ad certas res conficiendas certos
homines delectos ac descriptos habebat. Neque uero cum aliquid man
dauerat, confectum putabat. Nihil erat, quod nō ipse obiret, occurreret,
uigilaret, laboraret frigus sitim, famē ferre nō poterat. hunc ego hoiem
tam acrē, tam aīo paratū, tam lingua audacē, tam manu callidū, tam in scelere
uigilantem, tam in perditis rebus diligentem, nisi ex domesticis
insidijs in castrense latrociniū compulissem, dicam id quod sentio quir. nō facile hanc tantā molē mali á ceruicibus uestris depulissem nō ille nobis saturnalia constituisset, neque tanto ante exitij ac fati diē r. p. denuntiasset

nec commisisset: ut signum, ut litere sue, ut testes denique manifesti sceleris deprehende
rentur. Que nunc illo absente ita geste sunt: ut nullū in priuata
domo furtum unquam sit tam palam inuentū, quam tanta hec in tota rem. p. coniu
ratio manifeste inuenta ac deprehensa est. Quod si catilina in urbe
ad hunc diē remansisset, quanquam quoad fuit omnibus eius consilijs occurri
atque obstiti, tamen ut leuissime dicam, dimicandū nobis cū illo fuisset.
N eque unquam dum ille in urbe hostis fuisset, tantis periculis rem. p. tanta
pace, tanto ocio, tanto silentio liberassemus. Quanquam hec omnia
quirites ita sunt á me administrata: ut deorum īmortaliū nutu
atque consilio et gesta et prouisa esse uideantur: idque cū coniectura
consequi possumus: quod uix uidetur humani consilij tantarum
molem rerum gubernatio consequi potuisse. Tum uero presentes ita
his temporibus opem et auxiliū nobis tulerunt: ut eos pene oculis uidē
possemus. Nam ut alia obmittam, uisas iam nocturno tempore ab occidente faces
ardoremque celi, ut fulminum iactus, ut terremotus relinquā: ut omittā, ceteraque que
ita multa nobis consulibus facta sunt, ut hec que nunc fiunt, canere dij
īmortales uiderentur. hoc certe quirites quod sum dicturus, neque
pretermittendū, neque relinquendum est. Nam profecto memoria
tenetis cotta et torquato consulibus complures in de capitolio turres
de celo esse percussas: cū et simulacra deorum īmortaliū depulsa
sunt: et statue ueterum hominum deiecte, et legum era liquefacta sunt.
T actus est etiā ille qui hanc urbem condidit romulus, quem inauratum
i n capitolio paruū atque lactentem uberibus lupinis inhiantem
fuisse meministis. Quo quidem tempore cū aruspices ex tota etruria
conuenissent, cedes atque incendia, et legum interitum et bellum
ciuile ac domesticum ad totius urbis imperij atque occasum ap
propinquare dixerunt, nisi dij īmortales omni ratione placati suo
numine noīe prope fata ipsa flexissent. Itaque illorum responsis tunc ludi
x. dies facti sunt: neque res ulla que ad placandos deos perti
neret, pretermissa est. Iidemque iusserunt simulacrum iouis fa
cere maius, et in excelsum collocare, et contra atque antea fuerat
ad orientem conuertere: ac ita se sperare dixerunt, si illud signum quod
uidetis solis ortū et forum, curiamque conspiceret, fore ut ea consilia
que clam essent inita contra salutē urbis atque imperij illustrarentur.

ut a senatu populoque ro. perspici possent. Atque illud signum ita collocandum consules illi censuerunt. Sed tanta fuit operis tarditas ut neque superioribus consulibus neque nobis ante hodiernum diem collocaretur. Hic quis potest esse tam aversus a vero, tam preceps, tam mente captus: qui neget hec omnia que videmus, precipueque hanc urbem deorum immortalium nutu ac potestate administrari? Etenim cum esset ita responsum, cedes incendia interitum rei p. comparari et ea per cives, que tum propter magnitudinem scelerum nonnullis incredibilia videbantur: ea non modo cogitata a nephariis civibus, verum etiam suscepta esse sensistis. Illud vero non tam presens est, ut nutu Iovis optimi maximi factum esse videatur: ut cum hodierno die mane per forum meo iussu, et coniurati et eorum indices in edem Concordie ducerentur: eo ipso tempore signum statuerunt; quo collato atque ad vos, senatumque converso, omnia et senatus et vos, que erant contra statum et salutem omnium cogitata, illustrata, et patefacta vidistis. Quo etiam maiore sunt isti digni odio, supplicioque, qui non vestris domiciliis atque tectis, sed etiam deorum templis atque delubris sunt funestos atque nepharios ignes inferre conati. Quibus ego si me restitisse dicam, nimium mihi assumam, et non sim ferendus. Ille ille Iuppiter restitit, ille capitolium, ille templa, ille cunctam urbem, ille vos omnes salvos esse voluit. Diis ego immortalibus ducibus hanc mentem, voluntatemque suscepi: atque ad hec tanta indicia perveni. Iam vero illa Allobrogum sollicitatio iam a P. Lentulo, ceterisque domesticis hostibus tam dementer tanta res credita et ignotis et barbaris, commisseque littere numquam essent profecto: nisi a diis immortalibus huic tante audacie consilium esset ereptum. Quid vero, ut omnes Galli ex civitate male parata, que gens una restat que bellum populo ro. facere et posse non velle videatur, spem imperii ac rerum maximarum ultro sibi a patritiis hostibus oblatam negligerent, vestramque salutem suis opibus anteponerent: id non divinitus esse factum putetis: qui nos non pugnando, sed tacendo superare potuerunt. Quobrem quirites quoniam ad omnia pulvinaria supplicatio decreta est: celebratote illos dies cum coniugibus ac liberis vestris. Nam multi sepe honores diis immortalibus iusti habiti sunt ac debiti:

sed profecto iustiores numquam. Erepti estis ex crudelissimo interitu, et erepti sine cede, sine sanguine, sine exercitu, sine dimicatione. Togati me uno togato duce et imperatore vicistis. Etenim recordamini quirites omnes civiles dissensiones, non solum eas quas audistis, sed eas quas vosmet ipsi meministis atque vidistis. L. Sylla P. Sulpitium oppressit: eiecit ex urbe C. Marium custodem huius urbis, multosque fortes viros partim eiecit de civitate, partim interemit. C. Antonius consul armis expulit ex urbe collegam suum, omnis hic locus acervis corporum et civium sanguine redundavit. Superavit postea Cinna cum Mario, tum vero clarissimis viris interfectis, lumina civitatis extincta sunt. Ultus est huius victorie crudelitatem postea Sylla: nec dici quidem opus est quanta deminutione civium et quanta calamitate rei p. dissensit. M. Lepidus a clarissimo et fortissimo viro Q. Catulo attulit, non tam ipsius rei p. interitum quam ceterorum. Atque ille tamen omnes dissensiones erant huiusmodi: que non ad delendam, sed ad commutandam rem p. pertinerent. Non illi nullam esse rem p. sed in ea que esset se esse principes, neque hanc urbem conflagrare, sed se in hac urbe florere voluerunt. Attamen ille omnes dissensiones, quarum nulla exitium rei p. quesivit, eiusmodi fuerunt, ut non reconciliatione concordie, sed internitione civium diiudicate sint. In hoc autem uno post hominum memoriam maximo, crudelissimoque bello, quale bellum nulla umquam barbaries cum sua gente gessit. Quo in bello lex hec fuit hec a Lentulo, Catilina, Cetego, Cassio constituta: ut omnes qui salva urbe salvi esse possent, in hostium numero ducerentur. Ita me gessi quirites, ut salvi omnes salvaremini. Et cum hostes vestri tantum civium superfluentium putassent, quantum infinite cedi restitisset, tantum autem urbis, quantum flamma ambire non potuisset, et urbem et cives integros, incolumesque servavi. Quibus pro tantis rebus quirites, nullum ego premium virtutis, nullum insigne honoris, nullum emolumentum laudis postulabo preterquam huius diei vestram memoriam sempiternam. In animis ego vestris omnes triumphos, omnia ornamenta honoris, emolumenta glorie, laudis insignia condi et collocari volo. Nihil me mutum pot

delectare, nihil tacitum, nihil denique huiusmodi, quod et minus digni
assequi possint. Memoria vestra quirites res nostre alentur, sermo-
nibus crescent, litterarum monumentis inveterascent et corroborabun-
tur. Eandemque diem intelligo, quam spero eternam fore propagatam
esse ad salutem urbis, et ad memoriam consulatus mei, unoque tempore
in hac re publica duos cives exstitisse, quorum alter .i. pompeius fines
vestri imperii non terre, sed celi regionibus terminaret, alter huius
imperii domicilium sedesque servaret. Sed quoniam earum rerum quas ego
gessi, non eadem fortuna est atque conditio, que illorum fuit qui ex-
terna bella gesserunt: quod mihi cum his vivendum est quos ego
vici ac subegi: illi hostes aut interfectos aut oppressos reli-
querunt. Vestrum est quirites, si ceteris recte sua facta prosunt, mihi
mea nequando obsint providere. Mentes enim hominum auda-
cissimorum scelerate ac nepharie ne vobis nocere possent, ego
providi, ne mihi noceant, vestrum est providere. Quamquam quirites mihi
quidem ipsi nihil ab istis iam noceri potest. Magnum enim in vobis pre-
sidium, quod mihi in perpetuum comparatum est. Magna in re publica
dignitas, que me semper tacita defendet. Magna vis conscien-
tie, quam qui negligunt, cum me violare volent, se ipsi indica-
bunt. Est enim nobis is animus quirites, ut non solum nullius au-
dacie cedamus, sed etiam omnes improbos ultro semper lacessamus.
Quod si omnis impetus domesticorum hostium depulsus a vobis se in me unum
converterit, vobis erit providendum quirites, qua conditione
velitis post hac eos esse, qui se pro salute vestra obtulerint invidie
periculisque omnibus. Mihi quidem ipsi nihil iam ad vite fructum pos-
sit acquiri: cum presertim neque in honore vestro, neque gloria virtu-
tis quicquam videam altius, quo mihi libeat ascendere. Illud per-
ficiam profecto quirites, ut ea que gessi in consulatu, privatus
tuear atque ornem, ut si qua est invidia in conservanda re publica su-
scepta, ledat invidos, mihi valeat ad gloriam. Denique ita me
in re publica tractabo, ut meminerim semper eorum que gesserim, curemque
ut ea virtute non casu gesta esse videantur. Vos quirites quoniam
iam nox est, venerabimini illum Iovem custodem huius urbis atque
nostrum, ac in vestra tecta descendite: et ea quamquam iam est periculum

al' Mihi quid ipsi quid est quod iam ad vite fructum possit acquiri.

depulsum, tamen eque ac priori nocte, vigiliis, custodiisque de-
fendite. Id ne vobis diutius ne faciendum sit, atque ut in per-
petua pace esse possitis, providebo quirites.

M. T. CICERONIS IN CATILINAM INVECTIVA IIII.

2 Video p. c. in me omnium vestrum ora atque oculos esse conver-
sos. Video vos non solum de vestro ac rei publice, verum etiam
si illud depulsum sit, de meo periculo esse
sollicitos. Est mihi iocunda in malis et grata
in dolore vestra erga me voluntas. Sed eam per deos immortales de-
ponite quaeso, atque obliti salutis mee de vobis ac de vestris liberis
cogitate. Mihi si hec conditio consulatus data est, ut omnes acer-
bitates, omnes dolores, cruciatusque perferrem, feram non solum fortiter
sed etiam libenter: dummodo meis laboribus vobis, populoque romano dignitas
salusque pariatur. Ego sum ille consul p. c. cui non forum in quo
omnis equitas continetur, non campus consularibus auspiciis
consecratus: non curia, summum auxilium omnium gentium, non do-
mus commune perfugium, non lectus ad quietem datus, non denique hec
sedes honoris sella curulis umquam vacua mortis periculo atque
insidiis fuit. Ego multa tacui, multa pertuli, multa concessi,
multa meo quodam dolore in vestro timore sanavi. Nunc
si hunc exitum consulatus mei dii immortales esse voluerunt,
ut vos, populumque romanum ex cede misera, coniuges liberosque vestros, vir-
ginesque vestales ex acerbissima vexatione, templa ac delu-
bra hanc pulcherrimam patriam omnium nostrum ex fedissima
flamma, totam italiam ex bello et vastitate eriperem, quecumque
mihi uni proponatur, fortuna subeatur. Etenim si p. lentu-
lus suum nomen inductus ab vatibus fatale ad perniciem
rei publice fore putavit, cur ego non leter meum consulatum ad sa-
lutem populi romani prope fatalem exstitisse. Quare p. c. consulite
vobis, prospicite patrie, conservate vos, coniuges, liberos, for-
tunasque vestras, populi romani nomen salutemque defendite. Mihi parcere

ac de me cogitare desinite. Nam primum debeo sperare omnis deos,
qui huic urbi president pro eo mihi ac mereor relaturos esse cum
voluptate gratiam. Denique [Deinde] siquid obtigerit, equo aīo, paratoque mo-
riar. Nam neque turpis mors forti viro potest accidere, neque immatu-
tura consulari, neque misera sapienti. Nec [at] ego tamen sum ferus: qui
fratris carissimi et amantissimi presentis merore non movear
horumque omnium lachrimis, a quibus me circumfusum [sessum] atque circumventum
videtis. Neque meam mentem non domum [domum] saepe revocat exanimata uxor:
et abiecta metu filia et parvulus filius, quem mihi videtur amp-
lecti res p. tamquam obsidem consulatus mei. Neque ille qui expectans
huius diei exitum, adstat in conspectu meo gener, moveor his
rebus omnibus. Sed in eam partem, ut salvi sint vobiscum omnes,
et si vis me aliqua oppresserit potius quam et illi et nos una rei p.
peste pereamus. Quare P. C. incumbite ad salutem rei p. circum-
spicite omnes procellas: que impendent: nisi provideritis. Non T.
gracchus, quod iterum tribunus pl. fieri voluit, non C. gracchus, quod
agrarios concitare conatus est, non L. saturninus quod C. me-
mium interfecit in discrimen aliquod atque in vestre severitatis
iudicium adducitur. Sed tenentur hi qui ad urbis incendium
ad vestrum omnium cedem, ad catilinam accipiendum [pre] rome adstite-
runt. Tenentur litterae, signa, manus denique uniuscuiusque con-
fessio. Sollicitantur allobroges, servitia excitantur, catilina
arcessitur. Id initum consilium, ut interfectis omnibus, nemo [ne] ad
deplorandum quidem populi ro. nomen, atque ad lamentandam tanti
imperii calamitatem relinquatur. Hec omnia indices detulerunt,
R ei confessi sunt, vos multis iam iudiciis iudicastis: primumque
quod mihi gratias singularibus verbis: et mea virtute atque
diligentia perditorum hominum coniurationem patefactam esse decre-
vistis: deinde quod P. lentulum se [ut] abdicare pretura coegistis, tum
quod eum et ceteros de quibus iudicastis, in custodiam dandos
censuistis: maximeque meo nōte supplicationem decrevistis: qui
honos togato habitus ante me est nemini. Postremo hesterna die
premia legatis allobrogum T. que vulturtio dedistis amplissima
que sunt eiusmodi, ut qui in custodiam nominatim dati sunt sine

ulla dubitatione damnati esse a vobis videantur. Sed ego insti-
tui referre ad vos P. C. tamquam integrum et de facto quid iudicetis,
et de pena quid censeatis, illa predicam que sunt consulis.
Ego magnum in re p. versari furorem, et nova quedam misceri,
et concitari mala iam pridem videbam. Sed hanc tantam tam
exitiosam haberi coniurationem a civibus numquam putavi: nunc quid-
quid est, quocumque vestre mentes inclinant atque sententie, statuendum
nobis ante noctem est. Quantum facinus ad vos delatum sit
videtis. huic si paucos putatis affines esse, vehementer erra-
tis: latius opinione disseminatum est hoc malum. Manavit non
solum per italiam: verum etiam transcendit alpes: et obscure serpens
multas iam provincias occupavit. Id opprimi sustentando
ac prolatando nullo pacto pōt. Quacumque ratione placet, cele-
riter vobis vindicandum est. Video duas adhuc esse sententias.
unam D. sillani, qui censet eos, qui hec delere conati sunt morte
esse multandos: alteram C. cesaris, qui mortis penam removet.
ceterorum suppliciorum omnes acerbitates amplectitur. Uterque, et
pro sua dignitate, et pro rerum magnitudine in summa seve-
ritate versatur. Alter eos qui nos omnes, qui populum ro. vita pri-
vare conati sunt: qui delere imperium, qui populi ro. nomen ex-
tinguere ad punctum temporis frui vita et hoc communi spiritu
non putat oportere. Atque hoc genus pene sepe in improbos
cives in hac re p. esse usurpatum recordatur: alter intelligit
mortem a diis immortalibus non esse supplicii causa constitutam
sed aut necessitatem nature, aut laborum ac miseriarum quie-
tem esse. Itaque eam sapientes numquam inviti: fortes etiam sepe
libenter appetiverunt: vincula vero et ea sempiterna certe
ad singularem nepharii sceleris inventa sunt municipiis
dispartiri iubet. habere videtur ista res iniquitatem, si impe-
rare velis: difficultatem, si rogare, decernatur tamen si pla-
cet. Ego enim suscipiam, et ut spero reperiam, qui id quod omnium
salutis causa statueritis: non putet esse sue dignitatis recusare.
Adiungit gravem penam municipiis: si quis eorum vincula ruperit.
horribiles custodias circumdat et digna scelere hominum perditorum

sancit ne quis eorum penam quos condempnat aut per senatum aut per populum levare possit. Eripit et spem, que sola hominem in miseriis consolari solet. Bona preterea publicari iubet, vitam solam relinquit nefariis hominibus: quam si eripuisset, multas uno dolore animi ac corporis, et omnes scelerum penas ademisset. Itaque ut aliqua in vita formido improbis esset posita, apud inferos eiusmodi quedam illi antiqui supplitia impiis constituta esse voluerunt. quod videlicet intelligebant his remotis non esse mortem ipsam pertimescendam.

Nunc p. c. ego mea video quid intersit: si eritis secuti sententiam C. Cesaris: quoniam hanc is in rei p. viam que popularis habetur secutus est, fortasse minus erit hoc auctore et monitore huiusce sententie mihi populares impetus pertimescendi. Sin illam alteram secuti eritis, nescio an amplius mihi negotii contrahatur. Sed tamen meorum periculorum rationes utilitas rei p. vindicat. Habemus enim a C. Cesare, sicut ipsius dignitas postulabat, et maiorum eius amplitudo sententiam tamquam obsidem perpetue in rem p. voluntatis. Intellectum est mihi quid intersit inter levitatem contionatorum et animum vere popularem saluti populi consulentem. Video de istis qui se populares haberi volunt abesse non neminem, ne de capite videlicet civium ro. sententiam ferat. Et nudius tertius in custodiam cives et P. Lentuli dedit, et supplicationem mihi decrevit, et indices hesterno die maximis premiis affecit. Iam hoc nemini dubium est, qui reo custodiam, questori gratulationem, indici premium decreverit, quid de tota re et causa iudicaverit. At vero C. Cesar intelligit legem semproniam esse de civibus ro. constitutam. Qui autem in rem p. sit hostis, eum civem esse nullo modo posse. Denique ipsum latorem legis sempronie iussu populi penas rei p. dependisse. Idem et ipsum largitorem Lentulum et prodigum non putat, cum de pernitie rei p. et exitio huius urbis tam acerbe tamque crudeliter cogitaret, etiam appellari posse popularem. Itaque homo mitissimus ac lenissimus non dubitat P. Lentulum eternis tenebris vinculisque mandare. Et sancit in posterum ne quis huius supplitio levando se iactare et in pernitie rei p. posthac popularis esse possit. Adiungit et publicationem bonorum, ut omnes animi cruciatus et corporis

etiam egestas ac mendicitas sequatur. Quamobrem sive hoc statueritis, dederitis mihi comitem ad contionem p. R. carum atque iocundum. Sive Sillani sententiam sequi malueritis, facile me atque vos a crudelitatis vituperatione p. R. defendens atque obtinebo eam multo leniorem fuisse. Quamquam p. c. que potest esse in tanti sceleris immanitate punienda crudelitas? Ego enim de meo sensu iudico. Nam ita mihi salva re p. vobiscum perfrui liceat, ut ego quod in hac causa vehementior sum, non atrocitate animi moveor. Quis enim est me mitior? sed singulari quadam humanitate et misericordia. Videor enim mihi hanc urbem videre lucem orbis terrarum atque arcem omnium gentium subito uno incendio concidentem. Cerno animo sepultam patriam, miseros atque insepultos acervos civium. Versatur mihi ante oculos aspectus Cethegi et furor in vestra cede bacchantis. Cum vero mihi proposui regnantem Lentulum, sicut ipse se ex fatis sperasse confessus est, purpuratum esse et Gabinium, cum exercitu venisse C. Catiline, tum lamentationem matrum familias, tum fugam virginum ac puerorum atque vexationem virginum vestalium perhorresco. Et quia mihi vehementer hec videntur miseranda, idcirco in eos qui ea perficere voluerunt me severum vehementemque prebebo. Etenim quero, si quis pater familias liberis suis a servo interfectis atque uxore occisa, incensa domo,

Supplicium

supplicium de servis non quam acerbissimum sumpserit, utrum is clemens ac misericors an inhumanissimus ac crudelissimus esse videbitur? Mihi vero importunus ac ferreus, qui non dolorem cruciatu nocentis lenierit. Sic nos in his hominibus qui nos, qui coniuges, liberos nostros trucidare voluerunt, qui singulas uniuscuiusque nostrum domos et hoc universum rei p. domicilium delere conati sunt, qui id egerunt ut gentem allobrogum in vestigiis huius urbis atque in cinere deflagrati imperii collocarent, si vehementissimi fuerimus, misericordes habebimur. Sin remissiores esse voluerimus, summe nobis crudelitatis in patrie civiumque pernitie fama subeunda est. Nisi vero cuipiam L. Cesar vir fortissimus et amantissimus rei p. crudelior nudius tertius visus est, cum sororis sue femine lectissime virum presentem et

audientem uita [pri]putandū eē dixit. cū aui uissu consulis interfectū
filiūq; eius impuberem legatū a patre missum in carcere [tum] necandū
eē dixit. Quoꝝ quid simile fuit factū? quod initū delende rei.
p. consiliū? largitionis uoluntas, tū in re. p. uersata est, et ꝑtiū
quedam contentio. Atq; illo tpr huius auus lentuli clarissimus uir
armatus gracchū est ꝑsecutus. Ille [a] graue tū uulnus accepit, ne
quid de summa dignitate rei. p. minueretur. hic ad euertenda
fundamenta rei. p. gallos accersiuit, seruitia concitauit, catilinā
euocauit. Attribuit nos [trucidandos] cethego, ceteros ciues interficiendos gabi
nio, urbem inflammandam cassio, totā italiā uastandā diripiē
damq; catiline. Vereamini censeo, ne in hoc scelere tā immani
ac nephario nimis aliquid seuere statuisse uideamini; cum — lēs magis
multo sit magis uerendū, ne remissione pene crudeliores in
patriā q̄ ne seueritate animaduersionis nimis uehementes in
acerbissimos hostes fuisse uideamini. Sed ea que exaudio. P.C.
dissimulare nō possum: [eni] iaciuntur .n. uoces que perueniunt ad
aures meas eoꝝ qui [ꝗ̄ uident] uerentur: [ut] qd nō hēam satis presidij ad ea
que uos statueritis hodierno die transigenda. Omnia et prouisa et
parata, et constituta sunt. P.C. cū mea summa cura atq; dilige
tia: [tū] tam et multo maiore pp. rō. ad summum impiū retinendū,
et [ad] cōēs fortunas ꝯseruandas uoluptate. Omēs adsunt omnium or
dinū hoīes, omnium deniq; etatū plenū est forū, plena tēpla circa
forū, pleni omēs aditus huius templi ac loci. Causa .n. hec sola
post urbem conditā inuenta est, in qua omēs sentirent unū atq;
idem, pter eos qui cū sibi uiderū[ret] esse pereundū cū oībs potius q̄
soli perire uoluerunt. Hosce ego hoīes excipio: et secerno libēter.
N eqꝫ .n. improboꝝ ciuiū, sed in acerbissimoꝝ hostiū nūo ducendos
puto. ceteꝝ [m] uo, dij īmortales, qua frequentia, quo studio, qua
uirtute ad cōēm salutem, dignitatemq; consentiunt. Quid ego hic [hec auxilij]
equites. ro. commemorem, qui uobis ita summa ordinis, cōsilijq;
concedunt, ut uobiscū de amore rei. p. [certent] quos [ex] ex multoꝝ annoꝝ
dissensione huius ordinis ad societatē, concordiāq; reuocatos
hodiernus dies uobiscū atq; hec causa coniungit, quā si coniūc
tionē in consulatu confirmatā meo, ꝑpetuā in re. p. tenuerimus,

confirmo uobis nullū posthac malū ciuile ac domesticū ad
nullam [rei. p. partē] rem. p. esse uenturū. Pari studio defendūde rei. p. con
uenisse uideo tribunos erarios, fortissimos uiros, scribas item
uniuersos, quos cū casu hic dies ad erariū frequentes adnoca
uit: uideo ab [exspectatione] expectatione huius sortis ad salutē cōēm esse cō
uersos. Omnis ingenuoꝝ adest multitudo et tenuissimoꝝ. Quis est
enim cui nō hec templa, aspectus urbis, possessio libertatis, lux
deniq; [hec] ipsa et hoc cōe patrie solū cū sit carū, tū nō dulce, atq;
iocundū. Opepretiū est. P.C. libertinoꝝ hoīum studia cognoscē,
qui sua uirtute fortunā huius ciuitatis consecuti uere hanc — quā quidā hic nati et summo
suā patriam esse iudicant, qq [quidā] nati loco nō patriā suā, sed urbem
hostiū esse iudicauerunt. Sed quid ego huiusce ordinis hoīes
commemoro, quos priuate fortune, quos cōis res. p. q̄s deniq;
libertas ea que dulcissima est ad salutem patrie defendendam
excitauit. Seruus [ē] nemo qui mō tollerabili conditione sit
seruitutis: qui nō audaciam ciuiū nō ꝑhorrescat, qui non hec — ut obstare
stare cupiat, qui nō [tantū] quantū audet, et quantū pōt, conferat
ad cōēm salutem uoluntatis. Quare si quē uestrum forte cōmo
uet hoc, quod auditū est. lenonē quendā lentuli concursare
circū tabernas pretio sperare sollicitari posse aīos egentiū
ac imperitoꝝ, est id quidē ceptū atq; temptatū. Sed nulli sunt in
uenti tam aut fortuna miseri, aut uoluntate [perditi] qui nō illum
ipm selle, atq; operis et questus quotidiani locū, qui nō cubile
ac lectū, qui deniq; nō cursum hūc ociosum uite sue saluū
esse uelint. Multo uo maxima pars eoꝝ qui in tabernis sūt, imo
uō [id .n.] potius est dicendū genus [hoc] uniuersum amantissimum est
otij. Etenim cōe [omē] eoꝝ instrumentū uel artiū omnis opera ac que — aliter ocio
stus frequentia ciuiū sustentatur: quoꝝ si questus occlusis tabē
nis minui [solet], quid tandem incensis futurū fuit? Que cū ita
sint. P.C. uobis pp. rō. presidia nō desunt. Vos ne de esse rei. p.
uideamini, prouidete. habetis consulem ex plurimis periculis et
insidijs atq; ex ipsa [media] morte non ad [uitā] salutem suā, sed ad salutē
urām [re]seruatū. Omēs ordines ad conseruandā rem. p. mente,
uoluntate, studio, uirtute, uoce consentiunt. Obsessa facibus

et scelus impie coniurationis supplex manus tendit patria communis. Vobis vitam omnium civium, vobis arcem et Capitolium, vobis aras penatium, vobis illum ignem Veste perpetuum ac sempiternum, vobis omnium deorum templa ac delubra, vobis muros urbis ac tecta commendat. Praeterea de vestra vita, de coniugum vestrarum ac liberorum anima, de fortunis omnium, de sedibus, de focis vestris hodierno die vobis iudicandum est. Habetis ducem memorem vestri, oblitum sui, quae non semper facultas datur. Habetis omnes ordines, omnes homines, universum populum Romanum, id quod in civili causa hodierno die primum videmus, unum atque idem sentientem. Cogitate quantis laboribus fundatum imperium, quanta virtute stabilitam rem publicam, quanta deorum benignitate auctas et aggeratas fortunas una nox paene delerit. Id ne umquam posthac non modo confici, sed ne cogitari quidem possit, vobis hodierno die providendum est. Atque haec non ut vos, qui mihi studio paene praecurritis, excitarem locutus sum. Sed ut mea vox, quae debet esse in re publica princeps, officio functa consulari videretur. Nunc antequam ad sententiam redeam, de me pauca dicam.

nox

Ego quanta manus est coniuratorum, quam videtis esse permagnam, tantam me inimicorum video suscepisse multitudinem. Sed eam esse iudico turpem et infirmam, et contemptam et abiectam. Quod si aliquando alicuius furore et scelere concitata manus ista plus valuerit quam vestra ac rei publicae dignitas, me tamen meorum factorum atque consiliorum numquam, patres conscripti, paenitebit. Etenim mors, quam illi mihi fortasse minitantur, omnibus est parata; vitae tantam laudem quanta vos me vestris decretis honestastis nemo est assecutus. Ceteris enim semper bene gesta, mihi uni conservata re publica gratulationem decrevistis. Sit Scipio clarus ille, cuius consilio ac virtute Hannibal in Africam redire atque Italia decedere coactus est. Ornetur alter eximia laude Africanus, qui duas urbes huic imperio infestissimas, Carthaginem Numantiamque delevit. Habeatur vir egregius L. Paulus, cuius currum rex potentissimus quondam et nobilissimus Perses honestavit. Sit aeterna gloria Marius, qui bis Italiam obsidione et metu servitutis liberavit. Anteponatur omnibus Pompeius, cuius res gestae atque virtutes isdem quibus solis cursus regionibus ac terminis continentur. Erit profecto

inter horum laudes aliquid loci nostrae gloriae, nisi forte maius est patefacere nobis provincias quo exire possimus, quam curare ut illi qui absunt habeant quo victores revertantur. Quamquam est uno loco condicio melior externae victoriae quam domesticae, quod hostes alienigenae aut oppressi serviunt aut recepti beneficio se obligatos putant. Qui autem ex numero civium dementia aliqua depravati hostes patriae semel esse coeperunt, eos cum a pernicie rei publicae depuleris, nec vi coercere nec beneficio placare possis. Quare mihi cum perditis civibus aeternum bellum susceptum esse video. Quod ego vestro bonorumque omnium auxilio memoriaque tantorum periculorum, quae non modo in hoc populo qui servatus est, sed etiam in omnium gentium sermonibus ac mentibus semper haerebit, a me atque a meis facile propulsari posse confido. Neque ulla profecto tanta vis reperietur, quae coniunctionem vestram equitumque Romanorum et tantam conspirationem bonorum omnium confringere et labefactare possit.

patefacere

Quae cum ita sint, patres conscripti, pro imperio, pro exercitu, pro provincia quam neglexi, pro triumpho ceterisque laudis insignibus, quae sunt a me propter urbis vestraeque salutis custodiam repudiata, pro clientelis hospitiisque provincialibus, quae tamen urbanis opibus non minore labore tueor quam comparo, pro his igitur omnibus rebus, pro meis in vos singularibus studiis, proque hac quam conspicitis ad conservandam rem publicam diligentia, nihil a vobis nisi huius temporis totiusque mei consulatus memoriam postulo; quae dum erit vestris infixa mentibus, tutissimo me muro saeptum esse arbitrabor. Quod si meam spem vis improborum fefellerit atque superaverit, commendo vobis parvum meum filium, cui profecto satis erit praesidii non solum ad salutem, verum etiam ad dignitatem, si eius qui haec omnia suo solus periculo conservaverit, illum filium esse memineritis. Quapropter de summa salute vestra populique Romani, de vestris coniugibus ac liberis, de aris ac focis, de fanis ac templis, de totius urbis tectis ac sedibus, de imperio ac libertate, de salute Italiae, de universa re publica decernite diligenter, ut instituistis, ac fortiter. Habetis eum consulem qui et parere vestris decretis non dubitet, et ea quae statueritis, quoad vivet, defendere et per se ipsum praestare possit.

pro clientibus

CRISPI SALVSTII INVECTIVA IN M. TVL. CICERONEM INCIPIT.

Graviter et iniquo animo maledicta tua paterer. M.
tulli, si te scirem iuditio magis quam morbo animi petulantia
ista uti. Sed cum in te neque modum, neque modestiam
ullam animaduerto: respondebo tibi, ut si quam maledicen
do uoluptatem cepisti, eam male audiendo amittas. Ubi querar? quos
implorem. p.c. diripi rem p. atque audacissimo cuique esse perfidie locum?
Apud po. ro. qui ita largitionibus corruptus est, ut se ipse ac fortunas
suas uenales habeat. An apud uos. p.c. quorum auctoritas turpissimo
cuique et sceleratissimo ludibrio est. Ubi M. tullius leges iudicia rem p. defendit.
atque hoc in ordine ita moderatur, quasi unus reliquus e familia
clarissimi uiri scipionis affricani, ac non reperticius accitus
et paulo ante insitus huic urbi ciuis. An uero M. tulli facta tua aut
dicta obscura sunt? an non ita a pueritia uixisti, ut nihil flagi
tiosum corpori tuo putares, quod alicui collibuisset. An scilicet
istam immoderatam eloquentiam apud M. pisonem non pudicitie iactura
didicisti? Itaque minime mirandum quod eam flagitiose uenditas,
quam turpissime parasti. Uerum ut opinor splendor domesticus tibi
animos tollit: uxor sacrilega ac periuriis delibuta, filia matris
pellex tibi iocundior atque obsequentior quam parenti par est. Domum
ipsam tuam ui et rapinis funestam tibi ac tuis comparasti, uidelicet
ut nos commonefacias quam conuersa res sit cum in ea domo habi
tares homo flagitiosissime, que P. crassi uiri clarissimi fuit.
Atque cum hec ita sint, tamen cicero se dicit in concilio deorum immortalium
fuisse; ac inde missum huic urbi, ciuibusque custodem atque carnifi
cis nomine, qui ciuitatis incomodum in gloriam suam posuit. Quasi uero non
illius coniurationis causa fuit consulatus tuus, et id circo res p. disiecta
eo tempore quo te custodem habebat. Sed ut opinor illa te magis extollunt
que cum terentia uxore post consulatum de re p. consuluisti, cum legibus
plautiis iuditia domi faciebatis, et coniuratos alios pecunia condemnabas:
cum tibi alius tusculanum, alius pompeianam uillam edifica
bat alius domum emebat. Qui uero nihil poterat, is erat calumnie

proximus, is uero aut domum tuam oppugnatum uenerat, aut insidias senatui fe
cerat: denique de eo tibi compertum erat. Que si tibi falsa obiicio, redde
rationem quantum ex patrimonio acceperis, quid tibi litibus accreuerit
qua ex pecunia domum paraueris, tusculanum et pompeianum infinito
sumptu edificaueris, aut si retices, cui dubium potest esse, quin opulentiam
istam ex sanguine et miseriis ciuium parasti. Uerum ut opinor ho
mo nouus arpinas, et M. crassi familia, uirtutem illius imitatur, contemnit si
multatem hominum nobilium, rem p. caram habet, neque terrore, neque gratia
remouetur. Illud uero amicitia tantum et uirtus animi est, immo uero homo le
uissimus supplex inimicis, amicis contumeliosus, modo harum modo
illarum partium, fidus nemini, leuissimus senator, mercenarius pa
tronus, cuius nulla pars corporis a turpitudine uacat. lingua
uana, manus rapacissime, gula immensa, pedes fugaces: que ho
neste nominari non possunt, inhonestissima. Atque is cum eiusmodi sit
tamen audet dicere: O fortunatam natam me consule romam, Te fortuna
tam consule cicero? immo uero infelicem et miseram, que crudelissimam proscrip
tionem perpessa est, cum tu perturbata re p. metu perculsos omnes bonos pa
rere crudelitati tue cogebas, cum iudicia omnia, omnes leges in tua libidine
erant; cum tu sublata lege porcia, erepta libertate omnium nostrum uite
necisque potestatem ad te unum reuocaueras: atque parum quod, parum est
quod id impune fecisti. Uerum et commemorando exprobras, neque
licet obliuisci seruitutis sue. Egeris te oro, cicero, perfeceris quod libet.
satis est perpessos esse, et nunc aures nostras odio tuo onerabis, et
molestissimis uerbis insectabere? Cedant arma toge, conce
dat laurea lingue. Quasi uero togatus et non armatus ea que glo
riaris confeceris, atque inter te, sillamque dictatorem, preter nomen imperii quicquam
interfuit. Sed quid ego plura de tua insolentia commemorem? quem mi
nerua omnes artes edocuit, iuppiter optimus maximus in concilium deorum ad
misit, italia exulem humeris suis asportauit. Oro te, romule
arpinas, qui egregia tua uirtute omnes paulos, fabios, scipiones su
perasti, quem tandem locum in hac ciuitate obtines? que partes tibi
rei p. placent? quem amicum, et quem inimicum habes? cui in ciuitate in
sidias fecisti ancillares? Quo iure cum de exilio tuo dyrrachio redisti eum se
quebaris? quos tirannos appellabas eorum nunc potentie faues. Qui

tibi antea optimates videbantur, eosdem dementes ac furiosos vocas. Va
tinii causam agis. De Sextio male existimas. Bibulum petulantissimis
verbis laedis. Laudas Caesarem, quem maxime odisti. Et maxime obseque
ris. Aliud stans, aliud sedens sentis de re p. his maledicis, illos
odisti, levissime transfuga, neque in hac neque in illa parte fidem habens.

M. TUL. CICERONIS ORATIO IN CRISPUM SALUSTIUM incipit.

EA demum magna voluptas est, Crispe Saluste, equalem
ac parem verbis vitam agere, neque quicquam tam obscenum di
cere, cui non ab initio pueritie omni genere facinoris etas
tua respondeat, ut oratio moribus consonet. Neque enim
qui ita vivit ut tu, aliter ac tu loqui potest; neque qui tam illoto ser
mone utitur, vita honestior est. Quo me vertam, p.c., unde initium
sumam? Maius enim mihi onus imponitur, quo notior est uterque
nostrum. Quod si de mea vita atque actibus huic conviciatori
respondero, invidia gloriam consequetur; aut si huius facta, mores,
omnemque etatem nudavero, in idem vitium incidam procacitatis, quod
huic obiicio. Sed si vos forte offendimini, iustius huic quam mihi
succensere debetis, qui initium introduxit. Ego dabo operam ut pro
me minimo cum fastidio respondeam, et in hunc minime mentitus
esse videar. Scio me p.c. in respondendo magnam non habere expec
tationem, quod nullum vos sciatis novum crimen in Salustium audi
turos, sed omnia recogniturus vetera, quibus et meae et vestrae iam
callent et ipsius aures calent. Verum eo magis odisse debetis hominem,
qui ne incipiens quidem peccare minimis rebus imposuit rudimen
tum, sed ita ingressus est, ut neque ab alio vinci possit, neque se
omni reliqua etate possit preterire. Itaque nihil aliud studet, nisi ut
lutulentus sus cum quovis volutari. Longe vero fallitur opinione. Non enim
procacitate linguae vitae sordes eluuntur, sed est quaedam calumnia,
quam unusquisque nostrum testante animo suo fert de eo qui falsum
crimen bonis obiectat. Quod si vita istius memoriam vicerit, illam
p.c. non ex oratione, sed ex moribus suis spectare debetis. Iam dabo operam
quam maxime potero ut breviter id faciam. Neque haec altercatio nostra
vobis inutilis erit, p.c. Plerumque enim res p. privatis crescit ini

micitiis, ubi nemo civis qualis sit vir potest latere. Primum igitur quoniam omnium
mores C. Salustius ad unum exemplum et quem querit, velim mihi respondeat,
numquid ii quos protulit Scipiones et Metellos ante fuerint aut opinionis aut
glorie, quam eos res sue geste et vita innocentissime acta commendavit.
Quod si hoc fuit illis initium nominis et dignitatis, cur non eque nobis existimetur
cuius et res geste illustres sunt et vita integerrime acta? Quasi vero
tu sis ab illis, Saluste, ortus. Quod si esses, nonnullos iam tue turpitudinis
pigeret. Ego meis maioribus virtute mea preluxi, ut, si prius noti
non fuerint, a me accipiant initium memorie sue. Tu tuis vita quam
turpiter egisti magnas offudisti tenebras, ut, si etiam fuerint egregii
cives, certe venerint in oblivionem. Quare noli mihi antiquos viros ob
iectare. Satius est enim me meis rebus gestis florere, quam maiorum opinio
ne niti, et ita vivere, ut sim posteris nobilitatis initium et virtu
tis exemplum. Neque me conferre decet p.c. cum iis qui iam decesserunt
omnique odio carent et invidia, sed cum eis qui mecum in ista re p. versati
sunt. Sed si fuerim aut in honoribus petendis nimis ambitiosus,
non hanc dico popularem ambitionem, cuius principem me esse confi
teor, sed illam perniciosam contra leges, cuius primos ordines Salustius
duxit; aut in gerendis magistratibus aut in vindicandis maleficiis tam se
verus, aut in tuenda re p. tam vigilans, quam tu proscriptionem
vocas; credo quod omnes non tui similes incolumes in hac urbe vixissent.
At quanto res p. meliore loco staret, si tu par ac similis scelestorum
civium una cum illis annumeratus esses. An ego tunc scripsi cedant
arma toge, qui togatus armatos et pace bellum oppressi? An
illud mentitus sum fortunatam me consule Romam, qui tantum
intestinum bellum ac domesticum urbis extinxi? Neque te tui piget, ho
mo levissime, cum ea culpas, que in historiis mihi glorie ducis? An tur
pius est scribentem mentiri, quam illum palam hoc ordine dicentem?
Nam quod in etatem increpuisti, tantum me abesse puto ab impudicitia
quantum tu a pudicitia. Sed quid ego de te plura querar? Quid enim mentiri
turpe ducis, qui mihi ausus sis eloquentiam ut vitium obiicere, cuius
semper eguisti patrocinio? An ullum existimas posse fieri civem egre
gium, qui non sit artibus et disciplinis eruditus? An alia ulla
rudimenta putas esse et incunabula virtutis, quibus homines

ad gloriae cupiditatem aluerunt. Sed minime mirum est, P. C., si homo qui desi-
diae ac luxuriae plenus sit, haec ut nova ac inusitata miratur. Namque ut te
inusitata rabies invasit petulantiae in uxorem et filiam, quae facilius mulie-
res se a viris abstinuerunt quam tu vir a viris. Satis docte ac perite fecisti.
Non enim speravi me mutuum tibi gratiam relaturum, ut vicissim tuas compella-
rem. Unus enim satis est materiae habes; neque quicquam domui tuae turpius est
quam tu. Multum te vero opinor falli, qui mihi parare invidiam putasti ex mea
re familiari, quae mihi multo minor est quam habere dignus sum. Atque
utinam ne tanta esset quanta est, ut potius amici mei viverent,
quam ego testamentis eorum locupletior essem. Ego fugax, C. Salusti? Furori P. Clodii
tr. pl. cedendum [illegible] utilius duxi quam mea fortuna unum experiri, quam universo populo Romano
civilis esset dissensionis causa. Qui posteaquam ille in re p. sui annum debacchatus
est, omniaque quae commoverat pace et otio resederunt, hoc ordine revocante atque
ipso populo Romano manu me retrahente reverti. Qui mihi dies si cum reliqua vita
conferatur, animo quidem meo superest: cum universi vos populusque Romanus fre-
quens adventu meo gratulatus est. Tanti me fugacem mercennariumque patronum
hi existimaverunt. Neque hercule mirum est, si ego semper iustas omnium amici-
tias existimavi; neque enim uni privatim ancillatus sum, neque me addixi.
Sed quantum quisque rei p. studuit, tantum mihi fuit aut amicus aut inimicus. Ego
nihil plus volui valere quam pacem: multi privatorum audacias nutrive-
runt; ego nihil timui nisi leges. Multi arma sua timeri voluerunt;
ego numquam volui quicquam posse nisi pro vobis. Itaque non est mirum si nullius
amicitia usus sum qui non perpetuo rei p. amicus fuit. Neque me pe-
nitet, si aut petenti Vatinio reo patrocinium pollicitus sum, aut
Sexti insolentiam repressi, aut Bibuli patientiam culpavi, aut virtutibus
Caesaris favi. Hae enim laudes egregii civis et unicae sunt; quae si tu
mihi ut vitia obicis, temeritas tua reprehendetur, non vitia mea culpa-
buntur. Plura dicerem, si apud alios esset mihi disserendum, P. C., non apud
vos, quos habui omnium actionum mearum monitores. Sed ubi rerum testimonia
adsunt, quid opus est verbis? Nunc ad te revertar, Salusti, patremque tuum
praeteream, qui si numquam in vita peccavit, tamen maiorem iniuriam rei p. facere
non potuit quam quod te talem filium genuit. Neque tu si qua in pueritia peccasti
exsequar, ne parentem tuum videar accusare, qui eo tempore summam
tui potestatem habuit: sed qualem adolescentiam egeris. Hac enim demonstrata

Multi ex vobis potentia freti in vos suis viribus abusi sunt.

facile intellegetur quam petulanti pueritia tam impudicus et procax adoleveris. Posteaquam
immensae gulae impudicissimi corporis quaestus absumptus sufficere non po-
tuit, et aetas tua iam ad ea patienda quae alteri facere collibuisset exoleverat,
cupiditatibus infinitis efferebaris, ut quae ipse corpori tuo turpia non du-
xisses, in aliis experireris. Itaque non facile est, P. C., putare utrum inhonestio-
ribus corporis partibus rem quaesierit an amiserit. Domum paternam vivo
patre turpissime venalem habuit, vendidit. Et cuiquam dubium potest esse quin mori
coegerit eum, quo hic nondum mortuo pro herede gessit omnia? Neque pudet eum
a me quaerere quis in P. Crassi domo habitet, cum ipse respondere non queat
quis in ipsius habitet paterna domo. At hercule lapsus aetatis tirocinio postea
correxit se. Non est ita, sed abiit in sodalicium sacrilegi Nigidiani; bis
iudicis ad subsellia attractus extrema fortuna stetit, et ita discessit
ut non hic innocens esse, sed iudices peierasse existimarentur. Primum ho-
norem in quaestura adeptus, secutus hunc locum et hunc ordinem despectui
cuius aditus sibi sordidissimo homini patuisset. Itaque timens ne facinora
eius clam vobis essent, cum omnibus matribus familias viris opprobrio esset, al. matrum familiarum viris
confessus est vobis audientibus adulterium, neque erubuit ora vestra. Vixe-
ris ut libet, Salusti, egeris quae volueris, satis sit unum te tuorum scelerum
esse conscium. Noli nobis languorem et soporem nimium exprobrare. Su-
mus diligentes in tuenda pudicitia uxorum nostrarum. Sed ita experrecti non
sumus, ut a te cavere possimus. Audacia tua vincit studia nostra. Et
quod hunc movere possit, P. C., factum aut dictum turpe, quem non puduer-
it palam vobis audientibus adulterium confiteri? Quod si tibi per me
nihil respondere voluissem, sed illud censorium eloquium Appii Claudii
et L. Pisonis integerrimorum virorum, quo usus est quisque eorum pro lege,
palam universis recitarem, nonne tibi viderer aeternas inurere ma-
culas, quas reliqua vita tua eluere non posses? Neque post illum dilectum se-
natus umquam vidimus te, nisi forte in ea te castra coniecisti quo omnis
sentina rei p. confluxerat. At idem Salustius qui in pace ne senator
quidem manserat, postquam res p. armis oppressa est, et idem victores
[illegible] qui exules re-
duxit in senatum post quaesturam est receptus, quem honorem ita gessit
ut nihil in eo non venale habuerit, cuius aliquis emptor fuit; ita egit
ut nihil non aequum ac verum duxerit quod sibi ipsi facere collibuisset. Neque
aliter vexavit ac debuit, si quis loco praedae magistratum accepisset.

Peracta quaestura postea magna pignora eis dederat, cum quibus similitudine uitae se coniunxerat. Unus iam ex illo grege uidebatur. Eius enim partis tam(quam) exemplar erat Salustius, quam tamquam in unam uoraginem coetus omnium uitiorum excesserat. Quidquid impudicorum, cylonum [ciconum], patricidarum, sacrilegorum, debitorum fuit in urbe, municipiis, coloniis, Italia tota, sicut in fretis subsederant, naufragi ac notissimi, nulla in parte castris apti, nisi licentia uitiorum et cupiditate rerum nouarum. At postea quam praetor est factus, modeste se gessit et abstinenter. Non ita prouinciam deuastauit, ut nihil neque passi sint neque expectauerint grauius in bello nostri socii, quam experti sunt in pace, hoc Africam interiorem obtinente, unde tantum hic exhausit, quantum uoluit [potuit] aut quod fide omnium [nominum] trauiri aut in naues contrudi. Tantum, inquam, exhausit, p. c., quantum uoluit. Ne causam diceret, sestertio duodeciens cum Caesare paciscitur. Quod si quippiam eorum falsum est, his palam refelle, unde qui modo ne paternam quidem domum redimere [luere] potueris, repente tamquam somnio beatus hortos pretiosissimos, uillam Tiburti C. Caesaris, reliquas possessiones paraueris. Neque piguit quaerere cur ego P. Crassi domum emissem, cum tu uetteris uillae dominus sis, cuius paulo ante fuerat Caesar. Modo, inquam, patrimonio non comeso sed deuorato, quibus rationibus repente factus es tam affluens et tam beatus? Nam quis te faceret heredem, quem ne amicum quidem suum satis honestum quisque sibi ducit, nisi similis ac par tui? At hercle egregia facta maiorum tuorum te extollunt, quorum siue tu similis es siue illi tibi [tui], nihil ad omnium scelus ac nequitiam addi potest. Uerum, ut opinor, honores tui te faciunt insolentem. Tu, C. Salusti, totidem putas [te] esse bis senatorem et bis quaestorem fieri, quantum [quot] bis consularem et bis triumphalem? Carere debet omni uitio qui in alterum dicere paratus est. Is demum maledicit, qui non potest uerum ab altero audire. Sed tu omnium mensarum assecla, omnium cubiculorum in aetate pellex et idem postea adulter, omnis ordinis turpitudo es et ciuilis belli memoria. Quid enim hoc grauius pati potuimus, quam quod te incolumem in hoc ordine uidemus? Desine bonos petulantissima consectari lingua, desine morbo procacitatis isto uti, desine unumquemque moribus tuis aestimare. His moribus amicum tibi efficere [facere] non potes; uideris uelle inimicum habere. Finem dicendi faciam, p. c. Saepe enim animaduerti offendere animos auditorum eos, qui aliena flagitia aperte dixerunt, quam eos qui commiserunt. Mihi quidem ratio habenda est, non quae Salustius merito debeat audire, sed ut ea dicam, si qua ego honeste effari possum.

M. T. C. PRO. L. FLACCO AD IUDI. ORATIO

Cum in maximis periculis huius urbis atque imperii, grauissimo atque acerbissimo rei p. casu, socio atque adiutore consiliorum periculorumque meorum L. Flacco caedem a uobis coniugibus liberisque uestris, uastitatem a templis delubris urbe Italia depellebam: sperabam, iudices, honoris potius L. Flacci me adiutorem futurum quam miseriarum deprecatorem. Quod enim esset praemium dignitatis, quod populus Romanus cum huius maioribus semper detulisset, huic denegaret, cum L. Flaccus ueterem Ualeriae gentis in liberanda patria laudem prope quingentesimo anno rei p. retulisset? Sed si forte aliquando aut beneficii huius obtrectator aut uirtutis hostis aut laudis inuidus extitisset, existimabam L. Flacco multitudinis potius imperitae, nullo tamen cum periculo, quam sapientissimorum [lectissimorum] uirorum iudicium esse subeundum. Etenim quibus auctoribus et defensoribus omnium tum salus esset non ciuium solum, uerum etiam gentium defensa ac retenta, neminem umquam putaui per eos ipsos periculum huius fortunis atque insidias creaturum. Quod si esset aliquando futurum ut aliquis de L. Flacci pernicie cogitaret, numquam tamen existimaui, iudices, D. Laelium, optimi uiri filium, optima ipsum spe praeditum summae dignitatis, eam causam suscepturum, actionem [accusationem] quae sceleratorum [ciuium] potius ciuium odio et furori quam ipsius uirtuti atque institutae adulescentiae conueniret. Etenim cum a clarissimis uiris iustissimas inimicitias saepe cum bene meritis ciuibus depositas esse uidissem, non sum arbitratus quemquam rei p. amicum, postea quam L. Flacci amor in patriam perspectus esset, nouas huic inimicitias nulla accepta iniuria denuntiaturum. Sed quoniam, iudices, multa nos et in nostris rebus et in re p. fefellerunt, ferimus ea quae sunt ferenda; tantum a uobis petimus, ut omnia rei p. subsidia, totum statum [ciuitatis], omnem memoriam temporum praeteritorum, salutem praesentium, spem reliquorum in uestra potestate, in uestris sententiis, in hoc uno iudicio positam esse et defixam putetis. Si umquam res p. consilium, grauitatem, sapientiam, prouidentiam iudicum implorauit, hoc, inquam, tempore implorat. Non estis de Lydorum aut Mysorum aut Phrygum, qui huc compulsi concitatique uenerunt, sed de uestra re p. iudicaturi, de ciuitatis statu, de omnium [communi] salute, de spe omnium bonorum, si qua reliqua etiam nunc est, quae fortium ciuium mentes cogitationesque sustentet. Omnia alia perfugia bonorum, praesidia innocentium, subsidia rei p., consilia

auxilia uitæ ceciderunt. Quem enim alium appellem? quem obtester? quem
implorem? Senatum ne? At is ipse auxilium petit et confirmationem
auctoritatis suæ, uestræ potestati permissam esse sentit: at equites romanos? Iudi-
cabunt principes eius ordinis quinquaginta: quid cum omnibus senserint.
A n populum romanum? at is quidem omnem suam de bonis potestatem tradidit uobis. Qua-
obrem nisi hoc loco nisi apud uos nisi per eos iudices non auctoritatem
quæ amissa est: sed salutem nostram quæ est exigua extremaque pen-
det tenuerimus. Nihil est præterea quo confugere possimus, nisi forte
quæ res hoc iudicio temptetur, quid agatur, cui causæ fundamenta iacian-
tur iudices non uidetis. dampnatus est is qui catilinam signa patriæ
inferentem interemit. quid est causæ cur non is qui catilinam ex urbe ex-
pulit. pertimescat? rapetitur ad pœnam qui indicia communis exitii cepit. cur
sibi confidat is qui ea proferenda et patefacienda curauit? Socii con-
siliorum ministri comitesque uexantur. Quid auctores? quid duces? quid
principes sibi expetant? atque utinam inimici nostri ac bonorum omnium mecum
potius contendant: tum est utrum tam omnes boni duces nostri an comites
fuerint ad communem conseruandam salutem. Hunc igitur uirum iudices quibus tam
rebus oppugnas? fuit. P. Seruilio imperatori in cilicia tribunus militum
ea res siletur. fuit. M. pisoni questor in hispania, uox de questura
nulla missa est. Bellum cretense ex magna parte gessit atque una
cum summo imperatore sustinuit: muta est huius temporis accusatio, præ-
turæ iurisdictio res uaria et multiplex ad suspitiones et simultates
non attingitur. At uero in summo et periculosissimo rei publicæ tempore etiam
ab inimicis eadem pretura laudatur. At a testibus læditur antequam dico
a quibus? qua spe qua re concitatis? qua leuitate? qua egestate? qua
perfidia qua audacia preditis? dicam de genere uniuerso et de condi-
tione omnium nostrum: pro deos immortales iudices uos quom is qui anno
ante romæ ius dixerat anno post in asia ius dixerit a testibus quære-
tis ignotis, ipsi coniectura nihil iudicabitis? in tam uaria iurisdictione
 tam multa decreta tot hominum generosorum læsæ uoluntates quæ est
umquam iacta non suspitio, quæ tamen solet esse falsa sed iracundiæ uox
aut doloris et is est reus auaritiæ, qui uberrima re compendium
in maledicentissima ciuitate, in suspitiosissimo negocio maledictum
omne non modo crimen effugit. Prætereo illa quæ pretereunda non sunt.

nullum huius in priuatis rebus factum auarum nullam in re pecuniaria
contentionem, nullam in re familiari sordem posse proferri. Quibus igitur
testibus ego hostes possum refutare. nisi uobis? timolites ille manus ho-
non modo nobis, sed ne inter suos quidem notus uos docebit, qualis sit. L.
Flaccus? Qui uos modestissimum adolescentem prouincie maxime sanctissi-
mum uirum, exercitus fortissimum militem diligentissimum ducem, tempe-
ratissimum legatum questoremque cognouerunt. Qui uos presentes costan-
tissimum senatorem: iustissimum pretorem ac amantissimum rei publicæ ci-
uem iudicatis? De quibus uos aliis testes esse debetis de his ipsi alios
testes audietis? at quos testes: primum dicam id quod est commune grecos
non quo nationi huic ego unus maxime fidem derogem. Nam si quis
umquam de nostris hominibus agit isto studio ac uoluntate non abhorrens
fuit: me et esse arbitror, magis et tum cum plus erat otii fuisse. sed
sunt in illo numero multi boni docti prudentes qui ad hoc iudicium deducti
non sunt, multi impudentes illiterati leues quos uariis de causis ui-
deo concitatos. Verum tamen hoc dico de toto genere grecorum, tribuo illis
literas, do multarum rerum disciplinam, non adimo sermonis leporem in-
geniorum acumen dicendique copiam denique et si qua alia sibi sumunt non re-
pugno, testimoniorum religionem et fidem numquam ista natio coluit! greci nõ colunt fidem
totius huiusce rei quæ sit uis quæ auctoritas quod pondus ignorant
unde illud est? Da mihi testimonium mutuum, num gallorum num hispa-
norum putatur? totum istud grecorum est ut etiam qui grece nesciunt hoc
quibus uerbis a grecis dici soleat sciant. Itaque uidete quo uultu
quæ confidentia dicant tum intelligetis qua religione dicant
numquam nobis abrogatum respondet semper accusatori plusquam abroga-
tum. numquam laborant: quemadmodum probent quod dicunt sed
quemadmodum se explicent dicendo iratus Flacco dixit. M. quod
ut ipsi dicebant libertus erat eius turpi iudicio condempnatus. ni-
hil dixit quod læderet, cum cuperet impediebat eum religio, tamen id
quod dixit quanto cum pudore, quo pallore et tremore dixit? Quam
promptus homo. P. Septimius quam iratus de iudicio et uillico, non
hesitabat: tamen eius iracundiæ religio non numquam repugnabat
inimicus. M. Cælius quam cum in re manifesta putasset nephas pu-
blicanum iudicare contra publicanum, sublatus erat e medio reum

parere tam temere sit; neque attulit in iudicium quicquam addendi nisi volu-
tatem. Si si greci fuissent, at nisi nostri mores ac disciplina plus valeret
quam dolor ac simultas, omnes se spoliatos, vexatos, fortunis eversos esse
dixissent. Grecus testis cum ea voluntate processit ut ledat, non
iuris iurandi, sed ledendi verba meditatur; vinci, refelli, coargui
putat esse turpissimum; ad id se parat, nihil curat aliud. Itaque non
optimus quisque nec gravissimus, sed impudentissimus loquacissi-
musque deligitur. Vos autem in privatis minimarum rerum iudiciis testem dilige-
ter expenditis; etiam si formam hominis, si nomen, si tribum nostis, mores tamen exquirendos
putatis. Qui autem dicit testimonium ex nostris hominibus, ut se ipse sustentat, ut
omnia verba moderatur, ut timet ne quid cupide, ne quid iracunde, ne quid
plus minusve quam sit necesse dicat! Num illos item putatis quibus ius
iurandum iocus est, testimonium ludus, existimatio vestra tenebre, laus,
merces, gratia, gratulatio proposita est omnis in impudenti mendacio? Sed non
dilatabo orationem meam: etenim potest esse infinita si mihi libeat totius
Vanitas in testibus
gentis in testimoniis dicendis explicare vanitatem. Sed propius accedam;
de his vestris testibus dicam. Vehementem accusatorem nacti sumus, iudices, et
inimicum in omni genere odiosum ac molestum, quem spero his verbis fore magno
usui et amicis et rei publice. Sed certe inflammatus incredibili cupiditate hanc
causam accusationemque suscepit. Qui comitatus in inquirendo! Comitatum dico;
immo quantus exercitus! Que iactura! qui sumptus! quanta largitio!
Que quamquam utilia sunt cause, timide tamen dico, quod vereor ne Lelius ea
quas sibi suscepit glorie causa putet aliquid oratione mea sermonis offensionisque
aut invidie esse quesitum. Itaque hanc partem totam relinquam. Ab vobis pe-
tam iudices, ut si quid ipsi audistis communi fama atque sermone de vi, de
manu, de armis, de copiis memineritis, quarum rerum invidia lege hac re-
centi ac nova certus est et inquisitioni comitum numerus constitutus. Sed hanc
vim omittam: quanta illa sunt que quam accusatorio iure et more sint
facta reprehendere non possumus? Queri tamen cogimur: primum quod distribu-
tis partibus sermo est tota Asia dissipatus Cn. Pom. quod L. Flacco vehe-
menter esset inimicus contendisse a Lelio paterno amico ac pernecessario ut
hunc hoc iudicio accusaret, omnemque ei suam auctoritatem, gratiam, copias, opes
ad hoc negotium conficiendum detulisse. Id hoc verisimilius Grecis hominibus
videbatur, quod paulo ante in eadem provincia familiarem Lelium Flacco

viderant. Pompeii autem auctoritas cum apud eos tanta est quanta esse debe-
tum excellit in ista provincia quam nuper et predonum et regum bello liberavit.
Adiunxit illa ut eos qui domo exire nollebant testimonii denuntiatione
terreret, qui domi stare non poterant largo et liberali viatico commo-
veret. Sic adolescens ingenii plenus locupletes metu, tenues premio,
stultos errore permovit. Sic sunt expressa ista preclara que recitantur + ψηφίσματα
psephismata non sententiis neque auctoritatibus declarata, neque iure iurando
constricta, sed porrigenda manu profundendoque clamore multitudinis
concitate. O morem preclarum disciplinamque quam a maioribus accepimus,
si quidem teneremus! sed nescio quo pacto iam de manibus elabitur. Nulla
enim illi nostri sapientissimi et sanctissimi viri vim contionis esse volue-
runt; que scisceret plebs aut que populus iuberet, summota contione,
distributis partibus, tributim et centuriatim descriptis ordinibus, classibus,
etatibus, auditis auctoribus, re multos dies promulgata et cognita iu-
beri vetarique voluerunt. Grecorum autem tote res publice sedentis contionis
temeritate administrantur. Itaque ut hanc Greciam que iam diu suis
consiliis perculsa et afflicta est omittam, illa vetus que quondam opibus imperio
gloria floruit hoc uno malo concidit, libertate immoderata ac licen-
tia contionum. Cum in theatro imperiti homines rerum omnium rudes ignarique
consederant, tum bella inutilia suscipiebant, tum seditiosos homines
rei publice preficiebant, tum optime meritos cives e civitate eiciebant. Quod
si hec Athenis tum cum ille non solum in Grecia sed prope cunctis gentibus
enitebant accidere sunt solita, quam moderationem putatis in Phrygia
aut in Asia [Mysia] contionum fuisse? Nostras contiones illarum nationum homines
plerumque perturbant; quid cum soli sunt ipsi, tandem fieri putatis? Cesus
est virgis Cymeus ille Athenagoras, qui in fame frumentum expor-
tare erat ausus. Data Lelio contio est. Processit ille, et Grecus apud
Grecos non de sua culpa dixit, sed de pena questus est. Porrexerunt
manus, psephisma natum est. Hoc testimonium est? Nuper epulati paulo
ante omni largitione saturati Pergameni, quod Mithridates qui multitu-
dinem illam non auctoritate sed sagina tenebat se velle dixit, id sutores
et zonarii conclamarunt. Hoc testimonium est civitatis? Ego testes a
Sicilia publice duxi; verum erant ea testimonia non concitate contionis
sed iurati senatus. Quare iam non est mihi contentio cum teste

nobis uidendum est. sint ne hec testimonia putanda. Adolescens bonus ho-
nesto loco natus disertus cum maximo ornatissimoque comitatu uenit in oppi-
dum: grecorum postulat contionem locupletes homines et graues ne sibi adu-
ersentur, testimonii denuntiatione deterret. egentes et leues spe lega-
tionis et uiatico publico priuata et benignitate prolectat [pellectat]. opifices et taber-
narios atque illam omnem fecem ciuitatum. Quid est negocii concitare in eum
presertim qui nuper cum in summo imperio fuerit, summo autem in amore esse
propter nomen ipsum imperii non potuerit. mirandum non est homines eos quibus odio
sunt nostre secures nomen acerbitati scriptura decume portorium morti li-
benter arripere facultatem ledendi quecunque modo detur. Mementote igitur
cum audiatis psephismata non audire uos testimonia, audire temeritatem
uulgi: audire uocem leuissimi cuiusque: strepitum audire imperitorum au-
dire contentionem in contione concitata leuissime nationis. Itaque
perscrutamini penitus naturam rationemque criminum. Iam nihil preter spem nihil
preter terrorem ac minas reperietis. In erario nihil habent ciuitates nihil
in uectigalibus. due rationes conficiende pecunie aut uersura aut tributo
nec tabule creditorum proferuntur, nec tributi confectio ulla recitatur
Quam non facile falsas rationes inferre, et in tabulas quodcumque commodum
est referre soleant ex Cn. pompei litteris et ad hypseum et hypsei ad pompeium
missis. Queso cognoscite. litteras pompei et hypsei. satis ne uobis cognum [coarguere]
his auctoribus dissolutam grecorum consuetudinem, licentiamque impudentem
uidemur. nisi forte qui Cn. pompeium qui presentem qui nullo impellente
fallebant: eos urgente lelio in absentem et in L. flaccum aut timidos
fuisse aut religiosos putamus: Sed fuerint incorrupte littere domi: nunc
non quam habent auctoritatem: aut quam fidem possunt. triduo lex ad pretorem deferri:
iudicum signis obsignari iubet, trigesimo die uix deferuntur. ne cor-
rumpi tabule facile possint. idcirco lex obsignatas in publico poni uoluit
at obsignantur corrupte. Quid refert igitur tanto post ad iudices deferan-
tur an non deferantur, quid si testium studium cum accusatore sociatum
est. tamen ne illi testes habebuntur. Ubi est igitur illa expectatio que
uersari in iudiciis solet. nam antea cum dixerat accusator acriter et
uehementer, cumque defensor suppliciter demisseque responderat. tertius
ille erat expectatus locus testium, qui aut sine ullo studio dicebant
aut cum dissimulatione aliqua cupiditatis. hoc uero quid est? una sedent

quia habere auctoritatem

al. quamque

non dissimulant. non uerentur. de subselliis

ex accusatorum subselliis surgunt. queruntur. una ex domo prodeunt. si uerbo ti-
tubauerint, quo reuertantur non habebunt. An quisquam esse testis potest quem accu-
sator sine cura interroget, nec metuat ne sibi aliquid quod ipse nolit
respondeat. ubi est igitur illa laus oratoris. que uel in accusatore antea uel in
patrono spectari solebat. bene testem interrogauit. callide accessit. repre-
hendit. quo uoluit adduxit. conuicit [conuicat] et elinguem reddidit. Quid tu
istum roges leli. qui priusquam hoc te rogo dixeris plura etiam effundet quam
tu ei domi ante prescripsisti. Quid ergo [tu] autem defensor rogem. nam aut
oratio testium refelli solet: aut uita ledi. qua disputatione orationem refellam
eius qui dicit dedimus. nihil amplius nisi in hominem dicendum est. quando oratio
argumentationem non habet. quid dicam in ignotum. Querendum est igitur et de-
plorandum id quod iam dudum facio de omni accusationis iniquitate. primum
de communi genere testium. dicit ea natio minime in testimoniis dicendis religiose
propius accedo: nego esse ista testimonia que tu ipse psephismata appellas [sed] et fre-
mitum egentium et motum quendam temerarium greculae contionis. Intrabo etiam
magis. qui gessit non adest. qui numerasse dicitur non est deductus priuate
littere nulle proferuntur publice retente sunt in accusatorum potestate. Summa est in
testibus. hi uiuunt cum inimicis. adsunt cum aduersariis. habitant cum
accusatoribus: utrum hic tandem disceptationem et cognitionem ueritatis
an innocentie labem aliquam aut ruinam fore putatis. multa enim
sunt eiusmodi iudices ut et si in homine ipso de quo agitur negligenda
sint. tamen in condicione atque in exemplo pertimescenda uidentur. Si quem
infimo loco natum nullo splendore uite nulla commendatione fame
defenderem: tamen ciuem a ciuibus communis humanitatis iure ac misericordia depre-
carer: ne ignotis testibus ne incitatis ne accusatoris consessoribus [consessoribus]
conuiuis contubernalibus ne hominibus leuitate grecis crudelitate bar-
baris ciuem ac supplicem uestrum dederetis. ne periculosam imitationem
exempli reliquis in posterum proderetis. Sed cum L. flacci res agatur
cuius ex familia qui primus consul factus est. primus in hac ci-
uitate consul fuit. cuius uirtute regibus exterminatis libertas in
re p. constituta est: que usque ad hoc tempus honoribus imperii rerum ge-
starum gloria continuata permansit: cumque ab hac perennis contestataque uir-
tute maiorum: non modo non degenerauit L. flaccus sed in qua maxime
florere gloriam sui generis uiderat. laude patrie in libertate uindicande

contexta

al. sed quae

prętor ad mare it. In hoc ego rem neq; pniciosum exempli pdat; per
timescam in quo et siquid errasset. coniuendu ee arbitrarent. quod
quid ego non nō postulo sed contra iudices uos oro et obtestor ut to
tam causam quam maxime intentis oculis ut aiunt acerrime contemplemini.
nihil religione testatum nihil ueritate fundatum. nihil dolore expressum
contraq; omnia corrupta libidine, iracundia studio pretio, piurio repe
rientur: etenim iam uniuersa istorum cogitata cupiditate accedam ad sin
gulas querelas criminationesq; grecorum. classem nomine pecunie ciui
tatibus impatam queruntur: quod nos factum iudices confitemur. Sz
si hoc crimen est, aut in eo est qd non licuerit impare. aut in eo qd
non est opus fuit nauibus. aut in eo q nulla hoc ptore classis naui
garit, licuisse ut intelligas, cognosce qd me consule senatus de
creuit, cum quid nihil a superioribus consulum amore decreuisset dees
serit. S.C. Prosuum est g ut opus fuerit classe necne quęramus utrum
g hoc greci statuerint. aut ille extere nationes aut uri pretores uestri
duces uri imperatores. equidem existimo in eiusmodi regione atq; prouincia
que muro cincta portibus distincta insulis circundata esset. non solum presidij
sed etiam ornandi imperij causa nauigandum fuisse. hec .n. ro ac magnitudo
animorum maiorum nrorum fuit. ut cum priuatis rebus suisq; sumptibus mini
mo contemptu tenuissimo cultu uiuerent. in imperio atq; pu. dignitate
omnia ad gloriam splendoremq; reuocarent. Q ueritur .n. in re domestica
continentie laus in publica dignitatis: qd si et presidij causa classem ha
buit quis erit tam iniquus, q rephendat. nulli erant pdones. quid?
nullos fore quis pstare poterat. minuis inquit gloriam pompeij: immo tu
auges molestiam. ille .n. classes predonum urbes portus receptacula sub
stulit pacem maritimam summa uirtute atq; incredibili celeritate confecit.
Illud uero neq; suscepit, neq; suscipere debuit. ut siqua uspiam nauicula
predonum apparuisset accusandus uideretur. Itaq; ipse in asia cum
omnia iam bella terra mariq; confecisset classem tam his de ipsis ciui
tatibus imperauit: q situ statuit opus esse cum ipsius prius nomine tuta
omnia et parata esse potuerant: quid cum ille decessisset: flacco existima
ne statuendum et faciendum fuisse. Q uid nos hic, nonne ipso pompeio
auctore. Sillano et murena consulibus decreuimus ut classis in ytaliam
nauigaret. nonne eo ipso tempore cum L. flaccus in asia remiges impabat

nos hoc in mare superum et inferum sestertium ter et quadragies
rogabamur. Q uid priore anno. nonne A. curtio et P. sextilio questo
ribus pecunia in classem est erogata. Q uid h omni tempore equites in ora
maritima non fuerunt. Illa enim est gloria diuina pompei primum predo
nes eos qui tum cum illi bellum maritimum gerendum datum est toto mari
dispersi uagabantur, redactos esse omnes in ptatem, deinde syriam esse nostram
ciliciam teneri: cyprum p ptholomeum regem nihil audere. preterea
cretam metelli uirtute esse nram, nihil esse unde pficiscantur nihil quo
reuertantur, omnes sinus, promontoria, litora insulas, urbes mariti
mas claustris imperij nri contineri. Q si flacco ptore nemo in mari
predo fuisset. tamen huius diligentia rephendenda non esset. Idcirco .n. q
hanc classem habuisset existimarem non fuisse. Q uid si L. oppij. L.
agrij. C. sextij equitum ro. huius et clarissimi uiri. CH. domitij
qui in asia tum legatus fuit testimonio doceo. eo ipso tempore quo tu
ipse negas classem habendam fuisse complures a predonibus esse captos.
tamen flacci in remigibus impandis rephendetur. Q uid si est occisus
est a pyratis adramitenus ho nobilis cuius est fere nobis nomen
auditum. At pugil olympionices hoc est apud graecos qui de eorum
quitate diximus ppe maius et gloriosius q rome triumphasse. At
neminem cepisti q multi ore maritime clarissimi uiri pfuerunt
qui cum predonem nullum cepissent: mare tamen tutum prestiterunt.
C asus est .n. in capiendo locorum euentus, occasio defendendi facilis est
cautio non solum latibulis occultorum locorum sz et tempestatum conuersione
et moderatione: reliquum est ut queratur utrum ista classis remis
ac sumptu tantum et litteris nauigarit. Num id q negari potest cuius rei
cuncta testis est asia. Bipertito classem distributam fuisse ut una
pars supra ephesum: altera infra ephesum nauigaret. hac classe
M. crassus uir amplissimus ab eno in asiam his nauibus flaccus
ex asia in macedoniam nauigauit. in quo q est ptoris diligentia
requirenda. in nuo nauium an in descriptione equabili sump
tus: Dimidium eius quo pompeius erat usus imperauit, num potuit
parcius. Descripsit aut pecuniam ad pompeij rationem a que fuit
accomodata. L. sylle descriptioni: qui cum omnes asie ciuitates pro
portione in prouincias descripsisset. illam rationem in impando sumptu et

pompeius et flaccus secutus est. neque est adhuc tamen ea summa completa.
Non refert ergo quid loquatur. cum enim onus nostri patres remigum suscepit id quod
non crimen esse ius confitetur: qui igitur probari potest hac in ea pecunia non referenda
crimen sibi ipsum facere: in qua crimen esset nullum si referret. At enim negas
fratrem meum qui L. Flacco successit pecuniam ullam in remiges imperasse.
Equidem quae fratris mei laude delector sed aliis magis gravioribus
atque maioribus. aliud quiddam statuit, aliud vidit. existimavit quocumque
tempore audisset quid esset de praedonibus, quam vellet subito classem se
comparaturum: denique hoc primus frater meus in Asia fecit, ut hoc sumptu
remigum civitates levaret. crimen autem tum videri solet cum aliquis sump-
tus instituit eos qui antea non erant instituti, non cum successor aliquid
immutat de institutis priorum. Flaccus quid alii postea facturi essent, sci-
re non poterat: quid fecissent videbat. Sed quoniam de totius communi Asiae
crimine est dictum, aggrediar iam ad singulas civitates: ex quibus
sit sane nobis prima civitas Acmonensis. Citatur praeco voce maxima
legatos Acmonenses. procedit unus Asclepiades: prodeant. et non praeconem
mentiri coegisti. Est enim credo is vir iste ut civitatis nomen sua auc-
toritate sustineat: damnatus turpissimis iudiciis domi notatus
litteris publicis, cuius de probris adulteriis ac stupris extant Acmonen-
sium litterae: quas ego non solum propter longitudinem verum etiam propter turpissimam ob-
scenitatem verborum praetereundas puto: dixit publice datum drachmarum CCVI.
Dixit tantum, nihil ostendit, nihil protulit. sed adiunxit id quod certe quem
erat domesticum docere debuit se privatim drachmarum CCVI dedisse
quantum sibi ablatum homo impudentissimus dixit tantum numquam habuit
ut habere optare. At A. Sextilio dicit se dedisse et suis fratribus
potuit dare Sextilius: nam fratres quidem consortes sunt mendicitatis
audivimus quae Sextilium fratres denique ipsi prodeant, quam volent impudenter
mentiantur, et quod numquam habuerint dedisse se dicant. tum aliquid
fortasse verum producti dicent: in quo reprehendentur non dedisse
inquit Sextilium credo tabulas non deportavi fratres saltem exhibe-
non deportavi quod quoniam unus Asclepiades fortunis egens vita
turpis existimatione damnatus, impudentia atque audacia
fretus sine tabulis sine auctore legitur. Id nos quoniam crimen aut te-
stimonium pertimescimus: Idem laudationem quam nos ab Acmonensibus

Flacco datam proferebamus falsam esse dicebat. cuius quidem laudationis
iactura exoptanda nobis fuit: nam ut signum publicum inspexit praeclarus
iste auctor suae civitatis, solere suos cives ceterosque Graecos ex tempore
quod opus sit obsignare dixit. tu vero tibi habeto istam laudationem
nec enim Acmonensium testimonio Flacci vita ac dignitas nititur: das enim mihi
quod haec causa maxime postulat, nullam gravitatem, nullam constantiam, nullum firmum in Graecis
hominibus consilium: nullam denique esse testimonii fidem. nisi vero hactenus ista
formula testimonii atque orationis tuae describi ac distingui potest: ut Flacco
absenti aliquid civitates tribuisse dicant: Laelio praesenti qui agenti iure
legis, iure accusationis, opibus praeterea suis terrenti ac minanti, nihil
temporis causa scripsisse aut obsignasse videantur. Equidem in minimis
rebus saepe res magnas vidi iudices deprehendi ac teneri: ut in hoc Asclepia-
de. haec quae est a nobis prolata laudatio obsignata erat creta. illa autem Asia-
tica quae fere est omnibus nota nobis, qua utuntur omnes non modo in publicis
sed etiam in privatis litteris, quas quotidie videmus mitti a publicanis saepe
uniuscuiusque nostrum: neque enim testis ipse signo inspecto falsum nos proferre
dixit. Sed levitatem totius Asiae protulit: de qua nos et libenter et fa-
cile concedimus. nostra igitur laudatio quam ille temporis causa nobis datam
dicit: datam quidem confitetur consignata creta est. in illo autem testimonio
quod accusatori dicitur datum ceram esse vidimus. Hic ego iudices si
vos Acmonensium decretis si ceterorum Phrygum litteris permoveri putarem,
vociferarer et quam maxime possem contenderem. testarer publicanos exci-
tarem negotiatores: vestram etiam fidem implorarem. cera depre-
hensa confiderem totius testimonii fictam audaciam manifesto compre-
hensam atque oppressam teneri. Nunc vero non insultabimus vehemen-
tius, nec volitabo in hoc insolentius, neque in istum nugatorem tamquam
in aliquem testem invehar, neque in toto Acmonensium testimonio sive
hoc confictum est ut apparet, sive missum domo est ut dicitur commo-
rabor: etenim quibus ego istam laudationem remittam quoniam sunt ut
Asclepiades dicit leves, horum testimonium non pertimescam. Venio nunc
ad Dorylensium testimonium, qui producti tabulas se publicas ad spelun-
cas perdidisse dixerunt. O pastores nescio quos cupidos litterarum siquidem
nihil istis praeter has abstulerunt. Sed aliud esse causae suspicamur
ne forte isti parum versuti esse videantur: poena est ut opinor Dorylai

grauior quam apud [alios] falsarum et corruptarum litterarum. Si ueras protulissent, cri-
mus nihil erat; si falsas, erat poena. Bellissimum putarunt dicere amissas.
Quiescant, quaeso, et me in hoc luto ponere atque aliud agere patiantur. Non
sinunt. Supplet [est] ille nescio quis et priuatim dicit se dedisse. Hoc uero
ferri nullo modo potest, quin de tabulis publicis recitant[ur] his quae in aerarium
prolatae fuerunt, non debet haec auctem; si iudicium fieri uidetur, cum tabellae
illae ipsae cuiusmodi sint proferuntur. Cum uero is quem nemo unum uidit
umquam, nemo qui mortalis esset audiuit, tantum dicit dedi. Dubitatis, iudi-
ces, quin ab hoc ignotissimo Phryge nobilissimum ciuem uindicetis? Atque
huic eidem nuper tres equites Romani honesti et graues, cum in causa liberali
eum qui asserebatur cognatum suum esse diceret, non crediderunt. Qui hoc
euenit ut qui locuples testis doloris et sanguinis sui non fuerit, idem sit
[grauis] grauis auctor iniuriae publicae? Atque hic Dorylensis cum nuper efferretur,
magna frequentia consensuque uestro mortis illius inuidiam in L. Flaccum
Laelius conferebat. Facis iniuste Laeli, si putas nostro uiuere nos
contubernales tuos [tua] quam haud negligentia factum arbitremur: hoc uero
Phrygi qui arborem fici numquam uidisset, sistinam ficorum obiecisti. Cuius
mors te ex aliqua parte releuauit: edacem enim hospitem amisisti. Flacco
uero quid profuit? qui ualuit [d] tam diu dum huc prodiret; mortuus est
aniles iam dimisso ac dicto testimonio. Et [At] illud [istud] columen accusationis tuae
Mithridates posteaquam biduum retentus testis a nobis effudit quae
uoluit omnia, reprehensus, conuictus fractusque discessit. Ambulat
cum lorica; metuit homo doctus et sapiens ne L. Flaccus nunc se scelere
alliget, cum iam testem illum effugere non possit; ut qui ante diuinum testi-
monium sibi temperarit, cum [cum tamen] aliquid assequi posset, is nunc id
agat ut ad falsum auaritiae testimonium uerum maleficii crimen
adiungat. Sed [quoniam] de hoc teste totoque Mithridatico [crimine] testimonio disseruit
et subtiliter et copiose Q. Hortensius, nos ut instituimus ad re-
liqua pergamus. Caput est omnium Graecorum concitandorum qui cum accusa-
toribus [sedet] solet, Heraclides ille Temnites, homo ineptus et loquax, sed ut
sibi uidetur ita doctus ut etiam magistrum [illorum] illorum se dicat, et qui ita sit
ambitiosus ut omnes nos nostrosque quotidie persalutet, Temnique
ad illam aetatem in senatum uenire non potuit, et qui se artem dicendi
traditurum et ceteris profiteatur, ipse omnibus turpissimis [turpissimis] iudiciis uictus est.

[ulla conditione peruenire potuit.]

pari felicitate uirum legatus uenit Nicomedes, qui neque in senatum uenire
non potuit; et furti et pro socio damnatus est. Nam princeps legationis Lysa-
nias adeptus est ordinem senatorium. Sed cum rem publicam nimium amplecteretur,
peculatus damnatus et bona et senatorium nomen amisit. Hi tres etiam
aerarii nostri tabulas falsas esse uoluerunt. Nam seruos nouem professus sit; se
habere cum omnino sine comite uenissent. Decreto scribendo primum uideo affuisse
Lysaniam, cuius [fratris] facti bona, quae is populo non soluebat, praetore Flacco publice
uenierunt. Praeterea Philippus est Lysaniae gener, et Hermobius, cuius
frater Poles item peculatus publice est condemnatus. Dicunt se Flacco et his qui
simul essent drachmarum quindecim milia dedisse. Cum ciuitate mihi res est
[et conflictatissima] acerrima Graecorum, in qua [nummus] minimus commoueri nullus potest sine quinque
praetoribus, tribus quaestoribus, quattuor mensariis, qui apud illos a populo
creantur. Ex hoc tanto numero deductus est nemo. Et cum illam pecuniam
nominatim Flacco datam referant, maiorem etiam aliquam cum huic eidem da-
rent, in eodem sacram referendam se perscripsisse dicunt. Quod minime
conuenit. Nam aut omnia occulta referenda fuerunt aut aperte omnia.
Cum perscribunt nominatim Flacco, nihil timent, nihil uerentur; cum opus publicum
referunt, idem homines subito eandem quam contempserant pertimescunt.
Si praetor dedit, ut est scriptum, a quaestore numerauit quaestor a mensa
publica, mensa aut ex uectigali aut ex tributo, numquam erit istud
simile criminis [criminis] nisi mihi totam rationem et omnem et perscriptionem et litteras
explicaris. Vel quod est in eodem decreto scriptum, homines clarissimos ci-
uitatis amplissimis usos honoribus hoc praetore circumuentos, cur hi
neque in iudicio adsunt neque in decreto nominantur? Non enim credo
significari isto loco illum qui se erigit Heraclidem. Utrum enim in clari-
ssimis est ciuibus is quem iudicatum huc duxit [H]ermippus? qui hanc
propriam legationem quam habet non accepit a suis ciuibus, sed usque Tmolo
petiuit, cui nullus honos in sua ciuitate habitus est umquam. Res autem
ea quae tenuissimas comitabatur, huic uni in uita commissa sola est.
Custos T. Aufidio praetore in frumento publico est positus; pro quo cum a
P. Varreno praetore pecuniam accepisset, celauit suos ciues, ultroque his
sumptum intulit. Quod postea quam Temni litteris a P. Varreno missis cognitum
atque patefactum est, cumque eadem de re Cn. Lentulus qui censor fuit
Temnitarum patronus litteras misisset, Heraclidem istum Temni nemo postea

pecunia Fufiis psoluisse. Interi neq ita longo interuallo Libertus a Fufiis cu lris ad Hermippum uenit. Pecunia petit ab Hermippo. Hermippus ab Heraclide petijt. Ipse tn Fufiis satisfecit absentib et fide sua liberat. Hunc estuante et tergiusante iudicio ille psequit. A recupatorib cu cognoscit. Noliti existimare Iud. no unam et eandez omib i locis ee fraudatoz et inficiatoz impudentiaz. Fecit eade oia: que nri debitores solent. Negauit sese oio uersuram ullam fecisse Rome Fufiox! sed affirmauit nung oio nom audisse. Hermippum u ipm. Pudentissimu atq optimu uiz. Vetere amicum atq hospitem meum splendidissimuz, atq ornatissimu ciuitatis sue probris omib maledictisq uexat. Sed cu se homo uolubilis quadam ppiti celeritate dicedi i illa ratione iactaret! repente testimonijs Fufiox nomib recitatis: homo audacissimus pturnit! loquacissimus omutuit. Itaq recupatores contra istum re minime dubia prima actione iudicauert. Cum iudicatu no faceb! addictus Hermippo et ab hoc ductus est. Habetis et honestate hominis et autoritatez testimonij et causaz omez simultatis. Atq is ab Hermippo missus cum ei pauca mancipia uendidiss! Romam se contulit. dein in asiaz redijt! Cum iam frat meus Flacco successiss! ad quem adijt! camq ita detulit! Recupatores ui Flacci coactos et metu falsum inuitos iudicauisse. Frat meus p sua equitate, prudentiaq decreuit! ut si iudicatum negaret! in duplum iret! si metu coactos dicet! haberet eosd recipatores. Recusauit! et qu nl ess actum! nihil iudicatum! ab Hermippo ibidem mancipia, q ipe ei uendiderat, petere coepit. M. Gratidius Legatus ad que est aditum, actionem se daturum negauit. Re iudicata stari ostendit placere. Iterz iste cu nullus eet usq consistendi locus, romam se retulit. psequit Hermippus qui nunq istius impudentie cessit. Petit Heraclides a C. Plotio, Senatore, uiro primario! q legatus in asia fuerat, mancipia quedam, que se cu iudicatus eet, p uim uendidisse dicebat. Q. Naso, uir ornatissimus, q Pretor fuerat, iudex sumitur! Qui cum sententiaz scdm Plotium

uidit. Atq ut eius impudentiam pspicere possitis! cum ipm que leuissimi hois animi in Flaccum incitauit questo cognoscite. Fundum cymeum rome mercatus est de pupillo meculonio, cum uerbis se locupletem faceret. hret nihil pter illam impudentiam qua uidetis! pecuniam sumpsit mutuam a sex. stola iudice hoc uiro primario uiro, qui et rem agnoscit, neq homines ignorat. qui tamen credidit. P. Fuluij Neratij lectissimi hominis fidei. Is cum solueret, sumpsit a C. et M. Fufiis equitibus ro. primarijs uiris. hic hercule cornici oculu ut dicitur. Nam hunc Hermippum hoiem eruditum ciuem suum cui debebat ee notissimus pcussit: eius enim fide sumpsit a Fufiis. Securus Hermippus Temnu pficiscitur, cum iste sese pecuniam quam huius fide sumpserat a discipulis suis diceret Fufiis psolutam. Habebat enim rhetor iste adolescentes quosdam locupletes, quos dimidio redderet stultiores q accepat. ubi nihil posset dicere nisi ignorantiam hanc nemine quid adeo infatuare potuit ut ei nummum ullum crederet. taq cum roma clam eet profectus, multisq minutis mutuatiotis homdauisset in asiam uenit: Hermippoq percontanti de nomine Fufiano respondit se omne ut ... obrem ista ciuitas neq seuere Flaccum oppugnarit neq benigne defenderit, scire possitis. Erat ei Castritiano nomine irata de quo toto rndit Hortensius in uita soluerat Castritio pecuniam iam diu debitam. hic totum odium, hinc ois offensio, quo cum uenisset lelius ad iratos et illud Castritianum uulnus dicendo refricuisset, siluerunt principes neq in illa contione affuerunt neq ipius decreti atq testimonij auctores ee uoluerunt. usq eo orba fuit ab optimatibus illa contio, ut princeps principum esset Meandrius, cuius lingua qui flabello seditionis illatum est egentium contio uentilata. Itaq ciuitatis pudentis ut ego semp existimaui et grauis ut ipsam existimari uolunt iustum dolorem querelasq cognoscite. Que pecunia fuerit apud se Flacci patris noie a ciuitatibus hanc aiit et ablatam queruntur, alio loco quam quid licuit Flacco nunc tantum a Thrallianis requiro quam pecuniam aiit ablatam queruntur: suam ne dicant sibi a ciuitatibus collatam in usum suum cupio audire. No inquit dicimus quid igitur delatam ad nos creditam nobis. L. Flacci patris noie ad eius dies festos atq ludos qd tu hanc inquit capere no licuit. Iam illud uidero, id primum illud tenebo. Queritur grauis locuples ornata ciuitas q no retinet aliena

se dicturum ostenderet. et ab eo iudice abiret: quod iudicium lege no erat, causam totam reliquit. Satis ne uobis Iud. uideor ad singulos testes accedere! nz ut p constitueram cum omni cum uniuso Grege confligere. Venio ad Lysaniam eiusdez Ciuitatis peculiarem cu Deciani teste! quem tu cu ephebum Temni cognosses! quem te nudus delectarat! semp nudum ee uoluisti: adduxisti Temno Apollonidem. pecuniaz adolescentulo grandi foenore, fiducie tn accepta, occupauisti. Hanc fiduciam commissam tibi tenes hodie! ac possides! cuz tu testem spe recuperandi fundi paterni uenire ad testimonium dicendum coegisti. Qui quem testimoniuz dixit! qdnam sit dicturus expecto. noui genus hominum! noui consuetudinem! noui libidinem. Itaq etsi teneo, qd sit dicere paratus! nihil tn contra disputabo, priusquam dixerit! totum enim conuertet: atq alia finget. Quamobrem et ille seruet! qd parauit! et ego me ad id qd attulerit, integrum cosseruabo. Venio nunc ad eam ciuitatem! in quam ego multa et magna officia contuli! et quam meus frater imprimis colit! atq diligit. Que si Ciuitas p uiros bonos, grauesq homines querelas ad uos detulisset! paulo commouerer magis! Nunc u qd putem Trallianos Meandrio causam commisisse, homini egenti, sordido, sine honore, sine estimatione, sine censu: ubi erant illi Pythodoria: et ide sepisom, ceteri homines apud nos noti inter suos nobiles! Vbi illa magnifica et gloriosa ostentatio ciuitatis! Nonne ess puditum si hanc causam agerent seuere! non modo Legatum! s Trallianum omnino dici Meandrium! huic illi Legato: huic publico testi Patronum suum iam inde aperte atq maioribus L. Flaccum mactandum

Ciuitatis testimonio tradidissent. No est ita Iud. no est pfecto. Vidi ego in quodam iudicio nup Philodorum teste Trallianum. Vidi Parrhasium, uidi Archidemum: cum quid idem hic Meandrius qui ministrator aderat subijciens qd i suos ciues, ciuitatemq, si uellem, dicerem. Nihil e illo hoie leuius! nl egentius: nt inquinatius. Quare si hunc habet auctorem Tralliani doloris sui: si hunc custodez lrarum si hunc testem iniurie! si hunc auctorem querelarum: remittant spiritus! comprimant animos suos: sedent arrogantiam: fateantur i Meandri p ee expressam spem ciuitatis. Istum semp illi ipi domi pterendum ee et conculcandum putauerunt. Desinant putare auctoritatez ee in eo testimonio! Cuius auctor inuentus e nemo. Sed exponam qd in re sit: ut quamobrez ista ciuitas nz seuere Flaccum oppugnarit! nz benigne defenderit, scire possitis. Erat ei Castritiano cert

spoliatam se dicit: quod id no habet q eius no fuit, quid hoc impudentius dici, aut fingi pot. delectum est oppidum, quo oppido uniuersa pecunia a q tota asia ad honores L. Flacci poneretur. hec pecunia tota ab honoribus translata est in questum et fenerationem recupata e. multis post annis, que ciuitati facta e iniuria. At moleste fert ciuitas credo amissum est enim pter spem quod erat spe deuoratum lucrum. At queritur impudenter facit, no enim omnia que dolemus: eadem queri iure possumus. At accusat uerbis grauissimis no ciuitas sed imperiti homines a Meandro concitati: quo loco etiam atq etiam facite ut recordemini que sit temeritas multitudinis, que leuitas propria grecorum. quid in contione seditiosa ualeat oratio: hic in hac grauissima et moderatissima ciuitate cum est forum plenum iudiciorum, plenum magistratuum, plenum optimorum uirorum et ciuium, cum speculatur atq obsidet rostra. Vindex temeritatis et moderatrix officij curia tamen quantos fluctus excitari i contione uidetis. Quid nos fieri censetis Thrallibus: an id quod Pergameni. nisi fortes hae ciuitates existimari nolunt facilius una se epistola Mithridatis moueri impellique potuisse. ut amicitiam ppli ro. sedem suam, iura omnia officij, humanitatis que uiolarent q ut filium testimonio lederent: cuius patrem armis pellendum a suis menibus censuissent. quare nolite mihi ista nota ciuitatum nobilium opponere quos enim hostes hec familia contempsit numquam eosdem testes pertimescet. Vobis autem est confitendum si consilijs principum uestre ciuitates regantur, no multitudinis temeritate sed optimatum nostro bellum abstitis ciuitatibus cum pplo ro. ee susceptum. Sin ille tum motus est temeritate imperitorum excitatus, patimini me delicta uulgi a publica ca separare. At enim istam pecuniam huic capere non licuit. utrum uultis patri Flacco licuisse nec ne. Si licuit sicuti certe licuit! ad eius honores collatam: et quibus ipse nihil capiebat: pius pecuniam recte abstulit filius. si no licuit tam illo mortuo non modo filius sed quiuis heres rectissime potuit auferre: ac tu quid Thralliani cum ipsi greci foenore istam pecuniam multos annos occupauissent: a Flacco tamen omnia que uoluerunt impetrauerunt. Neq tam fuerunt impudentes, ut id quod Lelius dixit, dicere auderet hanc aiit pecuniam abstulisse Mithridatem. quis enim erat! qui no scirei

inhorrendis studiosiorem Mithridatem, quam in spoliandis trallianis
fuisse. Quod ut quid a me sicut dicenda sunt dicerent, quamvis age-
rem iudices quam adhuc egi: quam tam asiaticis testibus fidem habere vos
conveniret. Renovarem animos vestros ad Mithridatici belli memori-
am ad illam universorum civium romanorum per tot urbes uno puncto temporis mise-
ram crudelemque caedem, praetores nostros deditos, legatos in vincula
coniectos, nominis prope romani memoriam cum vestigio imperii non modo
ex sedibus graecorum, verum etiam ex libris esse deletam. Mithridatem dominum
illum patrem illum conservatorem asiae: illum Evium Nysium Bacchum liberum no-
minabant. Unum atque idem erat tempus, cum L. Flacco consuli portas
tota asia claudebat: Cappadocem autem illum non modo non recipiebat suis
urbibus, verum etiam ultro vocabat. Liceat hoc nobis si oblivisci non possu-
mus, at tacere. Liceat mihi: potius de levitate graecorum queri quam
de crudelitate; auctoritatem isti habeant apud eos quos esse omnino volue-
runt. Nam quoscumque potuerunt togatos interemerunt, nomen civium
romanorum quantum in ipsis fuit, sustulerunt. In hac igitur urbe se iactant, quam
oderunt apud eos quos inviti vident in ea re publica ad quam opprimendam
non animus, sed vires defecerunt et defuerunt. Aspiciant hunc florem
legatorum, laudatorumque Flacci ex vera atque integra graecia, tum se ipsi
expendant: tum cum his comparent, tum si audebunt dignitati horum antepo-
nant suam. Adsunt athenienses, unde humanitas, doctrina, religio,
fruges, iura, leges ortae, atque in omnes terras distributae putantur, de
quorum urbis possessione propter pulchritudinem etiam inter deos certamen
fuisse proditum est: quae vetustate ea est: ut ipsa ex sese cives suos
genuisse dicatur, ut eorum eadem terra parens, altrix patria dicatur,
auctoritate autem tanta est ut iam fractum prope ac debilitatum graeciae nomen
huius urbis laude nitatur. Adsunt lacedemonii, cuius civitatis
spectata ac nobilitata virtus non solum natura corroborata, verum etiam
disciplina putatur: qui soli toto orbe terrarum septingentos iam annos am-
plius unis moribus et numquam mutatis legibus vivunt. Adsunt ex
achaia cuncta multi legati, boetia, thessalia, quibus locis nuper legatus
Flaccus imperatore Metello praefuit. Neque vero te Massilia praetereo
quae L. Flaccum militem, quaestoremque cognosti: cuius ego civitatis
disciplinam atque gravitatem non solum graeciae, sed haud scio an cunctis

gentibus anteponendam iure dicam: quae tam procul a graecorum omnium
regionibus, disciplinis, linguaque divisa cum in ultimis terris cincta
gallorum gentibus barbariae fluctibus alluatur, sic optimatum consilio
gubernatur, ut omnes eius instituta laudare facilius possint quam aemulari.
Hisce utitur laudatoribus Flaccus, his innocentiae testibus, ut graecorum
auxilio resistamus. Quamquam quis ignorat qui modo umquam mediocriter
res istas scire curavit. Quin tria graecorum genera sint vere: quorum
uni sunt athenienses, quae gens Ionum habebatur, Aeolis alteri, Dores
tertii nominabantur, atque haec cuncta graecia, quae fama, quae gloria
quae doctrina, quae plurimis artibus, quae etiam imperio et bellica laude
floruit, parvum quendam locum ut scitis europae tenet semperque tenuit.
asiae maritimam oram bello superatam cinxit urbibus, non ut muni-
tam coloniis illam augeret, sed ut obsessam teneret. Quo obrem
quaeso a vobis asiatici testes, ut cum vere recordari voletis quod — describatis
auctoris in iudicium attuleritis, vosmet ipsi describatis asiam nec quid
alienigenae de vobis loqui soleant, sed quid vosmet ipsi de genere vestro
statuatis, memineritis. Namque ut opinor asia vestra constat, ex phrygia
mysia, caria, lydia. Utrum igitur nostrum est, an vestrum hoc proverbium:
Phrygem plagis fieri solere meliorem. Quid de tota caria: nonne hoc vestra
voce vulgatum est, si quid cum periculo experiri velis, in care id potissimum esse
faciendum. Quid porro in graeco sermone tam tritum atque celebratum
est: quam si quis despicatui ducitur, ut mysorum ultimus esse dicatur. Nam
quid ego dicam de lydia. Quis umquam graecus comoediam scripsit
in qua servus primarum partium non lydius esset. Quo obrem quae vobis
fit iniuria: si statuimus vestro nobis iudicio standum esse de vobis.
Equidem mihi iam satis superque dixisse videor de asiatico genere
testium. Sed tamen vestrum est iudices omnia quae dici possunt in hominum levi- — inconstantiam, cupiditatem
tatem, etiam si a me minus dicuntur, vestra auctoritate et cogitatione comprehen-
dere. Sequitur auri illa invidia Iudaici. Hoc nimirum est illud quod
non longe a gradibus Aureliis haec causa dicitur, ob hoc crimen hic locus
abs te Laeli, atque illa turba quaesita est. Scis quanta sit manus, quanta
concordia, quantum valeat in contionibus. Sic submissa voce agam tan-
tum ut iudices audiant neque enim desunt qui istos in me atque in opti-
mum quemque incitent, quos ego quo id facilius faciant non adiuvabo.

C um aurū iudeoꝝ nōīe quot annis ex ytalia et ex omībꝰ nr̄is prouinciis
hyerosolimā exportari soleret: flaccus sanxit edicto ne ex asia exportari
liceret. Quis est iudices qui hoc nō uere laudare possit. exportari aurū
nō oportere cū sepe ant̄ senatus, tū me consule grauissime iudica-
uit. huic autē barbare superstitioni resistere seueritatis, multitudinem
iudeoꝝ flagrantē nōnunq̄ in contionibꝰ pro re p. contempnere gra-
uitatis summe fuit. At. cn. pom. captis hyerosolimis uictor ex illo
phano nihil attigit. inprimis hoc ut multa alia sapienter in tam su-
spitiosa ac maledica ciuitate locū sermoī obtrectatoꝝ nō reliqt. Nō
enim credo religionē et iudeoꝝ & hostiū impedimēto p̄stantissimo
imperatori sz pudorem fuisse. Ubi ḡ crimē est [qm] quicqd furtū nusq̄ uī
reprehendis edictū probas iudicatū fateris quesitū et prolatā [tū] palā
nō negas actū ee p uiros primarios res ipa declarat. apamee
manifesto [c] comphensum ante pedes pretoris in foro expensum est.
auri pondo centū paulo minus p. Sex. [Cesiū] cinniū equitē ro. castissimū
hoīem atq3 integerrimū. laodicee uiginti pondo paulo amplius p
huc. c. luciū peducaū iudicē nrm: adrimetii p. cn. domitiū legatū
pgami nō multū auri ratio costat. aurū in erario ē furtū non
reprehenditur inuidia queritur ab iudicibꝰ oro [a] conuertitur. Uox in
coronā turbamq3 effunditur: sua cuiq3 ciuitati religio leli ē no-
stra nobis stantibꝰ hyerosolimis. pacatisq3 iudeis: tam istoꝝ religio sa-
croꝝ a splendore huius imperii grauitate nōis nrī maioꝝ institutis
abhorrebat: nunc uō [hoc] hec magis q̄ illa gens. qd de nro imperio sen-
tiret. ostendit armis: q̄ cara diis imortalibꝰ esset docuit q̄ ēuicta
q̄ elocata q̄ seruata. Quobrem qm qd crimē ee uoluisti id totum
uides in laudem esse conuersum: Ueniamus iam ad ciuiū ro. que-
relas. ex quibus sit sane prima deciani. qd tibi tandē deciane
iniurie factū est: negociaris in libera ciuitate [Primū] patere me ee cu-
riosum, quousq3 negociabere. cū presertim sis illo loco natus. annos
iam. xxx. in foro uersaris. sed tamē in pgameno longo interuallo
si qn̄ tibi peregrinari cōmodum est romā uenis: affers faciem nouam
nomē uetus purpurā tyriam. in qua tibi inuideo nomē uetus quod
unis uestimentis tam diu lautus es. Uez esto negociari libet. cur
nō pergami. smirne thrallibus. ubi et multi ciues romani sunt.

et ius a nro magistratu dicitur. otiū te delectat. lites turbe ppli [q3] ro. odio
ē. grecoꝝ libertate gaudes. Cur ḡ unus tu apollonienses amantissi-
mos ppli. rō. fidissimos [et] socios, miseriores habes q̄ aut mithridates
aut et pater tuus hūit unq̄. Cur his pro te [p] frui libertate sua
cur denique liberos ee nō licet. hoīes sunt ex asia [tota] frugalissimi, sanc-
tissimi, a grecoꝝ luxuria et leuitate remotissimi. pr̄es familias suo
contenti, aratores, rusticani agros hn̄t et nā et p bonos et diligen-
tia culturaq3 meliores in hiis te agris tu predia hr̄e noluisti omīo
mallem, et magis erat tuū si [iā] te crassi agri delectabant hec ali-
cubi in crustumio, aut in capenati parauisses. Uez esto catoīs est
dictū pedibus compensari pecuniam, longe [ōīo] āio a tyberi ad caycum:
quo in loco ē agamenon cū exercitu errasset, nisi ducē telefum inue-
nisset. sed concedo, id quoq3 placuit oppidū, regio delectauit emisses
amintas gñe est honore existimatione pecunia princeps illius ci-
uitatis. huius socm̄. mulierem imbecillis consilii satis locupletem
pellexit. Decianus ad sese et cū illa quid ageretur nesciret, in posses-
sione prediorꝫ eius familiam suā collocauit. uxorē abduxit ab amynta
pgnantem. que peperit apud decianū filiam, hodieq3 apud decianum
ē et uxor amynte et filios [lia]. Numqd hec ceps aīe fingitur deciane.
sciunt hoc omēs nobiles. sciunt boni uiri, sciūt denique nrī hoīes sciunt
mediocres negociatores. exurge amynta repete a deciano nō pecuniam
nō predia. socrm denique sibi habeat, restituat uxorem reddat misero
prī familiam membraq3 [que] debilitauit lapidibus, fustibus, ferro manus
quas contudit, digitosq3 [quos] confregit, neruos quos concidit, restituere
nō pōt. filiam [filiaz] inq̄ [crimnoso] crimīoso pri deciane redde. hec flacco non pro-
basse te miraris. cui quid tandē [quasi] probasti: emptiones falsas prediorꝫ
[ceteris] pscriptiones cū mulieribus [aius] apta circūscriptione fecisti tutor his
rebus grecoꝝ legibus ascribendus fuit. polemocratem adscripsisti
mercenariū et ad ministrū consilioꝝ [tuoꝝ] adductus est in iudicium
polemocrates. De dolo malo & de fraude a dfone huius [ipsius] tutele no-
mīe qui concursus ex oppidis finitimis undiq3. q dolor aīoꝝ.
que querela. cōdemnatus est polemocrates, scriptis omībꝰ irrite
uenditiones irrite pscriptiones. num restituis. Defers ad pga-
menos ut illi recipiant in suas lrās p̄ū [ab] preclaras prescriptiones

et emptiones tuas. repudiant reiiciunt. Atqui hoies pgameni laudatores tui. ita. n. mihi gloriari uisus es laudatione pgamenorum, qui honorem maiore tuorum secutus ees. et hoc te superiorem ee putabas q lelius q te ciuitas pgamena laudaret: nu honestior est ciuitas pgamena q smyrna. psephisma smyrneorum qd fecerunt in castricium mortuum, q ait lucius. L. flaccu sibi dare cupisse ut a fide se abduceret, testem tui inceptes! At ne ipsi quid dicunt, uellem tm hre me otii ut posse recitare, q cum tu accusas auaritie, que dices. sextum uires noluisse pdere. Nam qd emebat cum te emebatur ut ad se transires, q pecuniae tibi daremus. an ut annuntiares consilia lelii qui testes ab eo producent. quid. nos no uidebamus habitare una. Quis hoc nescit. tabulas in ptate lelii fuisse nu dubium est. An ne uehementius ne copiose accusares. nunc facis suspitione, ita enim dixisti ut nescio quid a te imperatum ee uideatur. At. n. androni sestilio grauis iniuria facta e, et no ferenda: q cum ee eius uxor ualeria intestato mortua sic egit eam rem flaccus qi ad ipm hereditas ptineret: in quo qd rephendas scire cupio, q falsum intellexerit. quid doces. ingenua inqt fuit. O peritum uirum hoiem, quid ab ingenuis mulieribus hereditates lege no ueniunt: in manum si quo conuenerat. nunc audio, sed quero usu uel coemptione, usu no potuit: nihil. n. pot de tutela legitima, sine omnium tutorum auctoritate diminui. Coemptione omnibus g. auctoribus in quibus certe flaccum fuisse no dices, relinquitur illud qd uociferari no desistit, no debuisse cum ptor eet suum negotium agere, aut mentionem facere hereditatis maxas audio tibi. L. lucullus qui de. L. flacco sniam laturus es pro tua eximia liberalitate maxs q beneficiis in tuos uenisse hereditates. Cum asiam prouinciam consulari impio obtineres siquis eas suas ee dixisset, concessisses. tu. T. uetti siq tibi in affrica uenerit hereditas, usu amittes. An tuam nulla amicitia salua dignitate retinebis. At istius hereditatis iam glo bulo pretore flacci noie petita possessio e no q impressio non occasio, no uis, no tempus no imperium, no secures ad iniuriam faciendam flacci animum impulerunt. Itaque eodem et. M. luccouir optimus meus familiaris conuenit, et ualeri testimonii sui

Anne ipsi qdem dicunt. uellem tm habere me ocii ut posse recitare

negauit et priuato pecuniam in pecunia ptorem petere oportere cur tandem lucco. c. no oportet. extorquere arripere contra leges non oportet petere no oportere numq ondes, nisi docueris no licere. At legationes sumere liberas exigendi causa sicut ut et tu ipse nup et multi uiri boni sepe fecerunt, ratum est. qd ego no rephendo socios uideo queri pretorem si hereditatem in prouincia no reliquerit, no solu no reprehendendum uerum et condempnadum putas. doti igr ualeria pecuniam omem suam dixerat. Nihil doti istorum explicari pot! nisi onderis illam in tutela flacci no fuisse, si fuit quequis sine hoc auctore e, dicta dos nulla e. Sz tam luccone qq pro sua dignitate moderatus est, in testio dicendo religioi sue, tam iratum flacco ee uidistis: neque. n. occultauit cum iracundie sue neque retinendam putauit, questus est libertum suum flacco ptore ee dampnatum. O conditiones miseras administrandarum ciuitatum et prouintiarum in quibus diligentia plena simultatum est, negligentia uituperationum! ubi seueritas periculosa e, liberalitas ingrata, sermo insidiosus, assentatio perniciosa, frons omium familiaris multorum animus iratus, iracundie occulte, blandicie aperte uenientes ptores expectant, presentibus insinuant, abeuntes deserunt. Sed obmittamus querelas, ne nrum consilium inobiurendis prouinciis laudare uideamur: tras misit de uilluco P. septimii hois ornati qui uillucus cedem fecerat. Septimium ardentem iracundia uidere potuistis in luccoius libertum iudicium et edicto dedit, hostis e lucco. Quid q hominum grosorum splendidorum ea liberis fuit asia tradenda. an simultates nescio quas cum libertis uris flaccus exercet. an nobis in uestris, uestrorum q causis seueritas odio est, tandem laudans, cum de nobis iudicans. At iste andro spoliatus bonis ut dicis ad dicendum testimonium no uenit. Quid si ueniat. decisionis arbiter C. celius fuit, quo splendore uir, qua fide, qua religione obsignator. C. sextilius lucconis sororis filius homo et prudens et constans, et grauis, si uis erat, si fraus, si metus si circumscriptio quis pactionem fieri quis adee istos coegit. Quid si ista ois pecunia huic adolescentulo. L. flacco reddita e. si petita, si

redacta sit per hunc Anthiochum paternum huius adolescentis libertum servi illi
Flacco probatissimum. videmur non solum avaritiae crimen effugere, sed etiam
liberalitatis laudem assequi singularem. Cognita hereditatem quae equaliter
ad utrumque lege venisset concessit adolescenti propinquo suo. nihil ipse
attigit de Valerianis bonis quod statuerat facere adductus huius
pudore et non amplissimis patrimonii copiis. id non solum fecit, sed etiam
prolixe cumulateque fecit: ex quo intelligi debet eum contra leges pe-
cunias non cepisse qui tam fuerit in hereditate concedenda libera-
lis. At ad Falcidianum crimen est ventum. Talenta quinquaginta se Flacco
dicit dedisse. audiamus hominem. non adest. quo quidem dicitur? epistolam
mater eius profert et alteram soror. scriptum ad se dicunt esse ab illo tan-
tum pecuniam Flacco datam. ergo is quem si aram tenens iuraret cre-
deret nemo, per epistolam quod volet iniuratus probabit. Atqui vir
quam non amicus suis civibus, qui patrimonium satis lautum, quod hic
nobiscum conficere potuit, Graecorum conviviis maluit dissipare.
Quid attinuit relinquere hanc urbem, libertate tam praeclara carere,
adire periculum navigandi? qui bona comedisset Romae, non licebat, ne-
denique matriculae suae Festivus filius aviculae minime suspitiose
purgat se per epistolam ut eam pecuniam quam cum traiecerat non consumpsisse
sed Flacco dedisse videatur. At fructus isti Trallianorum Globulo prae-
tore venierunt. Falcidius emerat sestertiis nongentis milibus. Si dat
tantam pecuniam Flacco, nempe idcirco dat ut rata sit emptio
emit quod aliquid, quod certe multo pluris esset. dat de lucro nihil
detrahit de vivo, minus quam lucri facit. cur Albanum venire iubet?
Cur matri praeterea blanditur? cur epistolas et sororis et matris imbecillitatem
aucupatur? postremo cur non audimus ipsum? retinetur in provincia
mater negat. venisset inquit si esset denuntiatum. At certe tu coegisses si
ullum firmamentum in illo teste posuisses: sed hominem a negotio abducere
noluisti. magnum erat ei certamen propositum magna cum Graecis contentio
qui tamen ut opinor iacent victi. Nam iste unus totam Asiam magnitu-
dine poculorum bibendoque superavit. Sed tamen quis tibi Lelli de epistola ista
indicavit? mulieres negant se scire: quis igitur? ipse quidem ille tibi se ad matrem
et sororem scripsisse narravit? an etiam scripsit oratu tuo? at vero M.
Eburium constantissimum et prudentissimum hominem Falcidii affinem

nihil interrogas, nihil eius generum pari fide praeditum C. Manilium qui pro-
fecto de tanta pecunia si esset data nihil audisset non posset. His tu igitur
epistolis Deciane credes? his muliercula producens illo absente auctore
laudato tantum te crimen probaturum putasti? praesertim cum ipse non dubitan-
do Falcidium in iudicium si eo feceris plus falsam epistolam habituram ponderis
quam ipsius praesentis fictam vocem et simulatum dolorem. Sed quid ego de epistola
Falcidii aut de Androne Sextilio aut de Deciani censu tamdiu dis-
puto? nec postulo de salute omnium nostrum, de fortunis civitatis, de summa
rei publicae taceo? quam vos universam in hoc iudicio vestris umeris iu-
dices sustinetis. videtis in quo motu temporum, quanta in conver-
sione ac perturbatione versemur. cum alia multa certi homines tum hoc
vel maxime moliuntur: ut vestrae quoque mentes, vestra iudicia, vestrae sententiae
optimo cuique infestissimae atque inimicissimae reperiantur. Gravia
iudicia pro rei publicae dignitate multa de coniuratorum scelere fecistis.
non putant satis conversam esse rem publicam nisi in eandem optimorum poenas
optime meritos cives detruserint. Oppressus est C. Antonius. esto.
habuit quandam ille infamiam suam, neque tamen ille ipse, pro meo iure
dico, nobis iudicibus damnatus esset. cuius cum damnatione sepulcrum
L. Catilinae floribus ornatum hominum audacissimorum ac domesticorum
hostium conventu epulisque celebratum est, iusta Catilinae facta sunt.
nunc a Flacco Lentuli poenae per vos expetuntur. Quam potestis P. Len-
tulo qui vos complexu liberorum coniugumque vestrarum trucidatos incendio
patriae sepelire conatus est mactare victimam gratiorem quam si L.
Flacci sanguine illius nefarium in nos omnes odium saturaveritis.
Litemus igitur Lentulo, parentemus Cethego, revocemus eiectos nimiae
pietatis et summi amoris in patriam vicissim nos poenas si ita
placet sufferamus. Nos iam ab indicibus nominamur in nos crimina
finguntur, nobis pericula comparantur. quae si per alios ageret. Si
denique per populi nomen civium imperitorum multitudinem concitassent, aequio-
re animo ferre possemus. Illud vero ferri non potest quod per senatores et per
equites Romanos qui haec omnia pro salute omnium communi consilio una mente
ac virtute gesserunt, harum rerum auctores duces principes spoliari
omnibus fortunis atque civitate expelli posse arbitrantur. Etenim
sic populi Romani perspiciunt eam mentem et voluntatem omnibus rebus quibus pos-

po. ro. sit quid sentiat. Nulla varietas est inter hominum opiniones, nulla voluntatis, nulla sermonis. Quare si quis illuc me vocat, video, populum ro. disceptatorem non modo non recuso sed etiam deposco. vis absit, ferrum ac lapides removeantur, operae facessant, servitia sileant. Nemo erit tam iniustus qui me audierit, si modo liber et civis, quin potius de premiis meis quam de poena cogitandum putet. O dii immortales quid hoc miserius? Nos qui P. lentulo ferrum et flammam de manibus extorsimus, imperitae multitudinis iudicio confidimus. Lectissimorum civium et amplissimarum gentium pertimescimus? M. aquilium patres nostri multis avaritiae criminibus testimoniisque convictum, quia cum fugitivis fortiter bellum gesserat iudicio liberaverunt. Consul ego nuper defendi C. pisonem qui quia consul fortis constansque fuerat incolumis est rei p. conservatus: defendi item consul L. murenam consulem designatum, nemo illorum iudicum clarissimis viris accusantibus audiendum sibi de ambitu putavit. Cum bellum iam gerente catilina iam omnes me auctore duos consules Kalendas ante ferrent et oporteret, innocens et bonus vir et omnibus rebus ornatus bis hoc anno me defendente absolutus est. Athenis nunc quanta rei p. causa letitia p. ro. quanta gratulatio consequuta est. Semper graves et sapientes iudices in rebus iudicandis quid utilitas civitatis quid communis salus quid rei p. tempora poscerent cogitaverunt: cum tabella vobis dabitur iudices non de flacco dabitur solum, dabitur de ducibus auctoribusque conservandae civitatis, dabitur de civibus bonis omnibus, dabitur de vobis met ipsis, dabitur de liberis vestris, de vita, de patria, de salute communi, non iudicatis in hac causa de exteris nationibus non de sociis de vobis ac de vestra re p. iudicatis: quod si provinciarum ratio vos magis movet quam vestra: ego non modo non recuso sed etiam postulo ut provinciarum auctoritate moveamini. etenim opponemus asiae provinciae primum magnam partem eiusdem provinciae quae pro huius periculo legatos laudatoresque misit. deinde provinciam galliam provinciam ciliciam, hispaniam provinciam cretam graecis autem lydis et phrygibus et mysiis obsistent massilienses, Rhodii, lacedemonii, athenienses, cuncta achaia thessalia boetia. Septimio et C. celio testibus P. servilius et A. metellus huius pudoris integritatisque testes repugnabunt asiaticae iurisdictioni. Urbana iurisdictio respondebit annui temporis criminationem omnis etas L. flacci

et perpetua vita defendet. Et si prodesse L. flacco iudices debet quod et tri. militum, quod quaestorem, quod legatum imperatoribus clarissimis exercitibus ornatissimis, provinciis gravissimis dignum suis maioribus probavit: prosit quod hic vobis videntibus in periculis communibus omnium nostrum sua pericula cum meis coniunxit. prosint honestissimorum municipiorum, coloniarumque laudationes, prosit et senatus populique ro. preclara et vera laudatio. O nox illa que pene eternas huic urbi tenebras attulisti. Cum galli ad bellum catilina ad urbem coniurati ad ferrum et flammam vocabantur, cum ego te flacce celum noctemque contestans, flens, flentem obtestabar, cum tue fidei optime et spectatissime salutem urbis et civium commendabam, tu tum flacce praetor communis exitii nuntios cepisti, tu inclusam in litteris rei p. pestem deprehendisti. tu periculorum indicia tu salutis auxilia ad me et ad senatum detulisti: que tibi tum gratie sunt a me acte, que a senatu, que a bonis omnibus, quis tibi, quis Cn. pompeio fortissimo viro quisquam bonum putaret umquam non salutem vestrum honorem ullum denegaturum? O none ille decembres que me consule fuistis. Quem ego diem vere natalem huius urbis aut certe salutarem appellare possum. O nox illa quam iste dies consequutus est: fausta huic urbi miserum me metuo ne funesta nobis. Qui tum animus L. Flacci nihil enim dicam de me, qui amor in patriam, que virtus, que gravitas exstitit. Sed quid ea commemoro? que tum cum agebantur, uno consensu omnium, una voce po. ro. uno orbis terre testimonio in celum laudibus efferebantur, nunc vereor ne non modo non prosint, verum etiam aliquid obsint. Etenim multo acriorem improborum interdum memoriam esse sentio quam bonorum. ego te si gravius acciderit. ego te inquam flacce prodidero, mea dextera illa, mea fides, mea promissa cum te si rem p. conservaremus, omnium bonorum presidio quoad viveres non modo munitum, sed et ornatum fore pollicebar, putavi speravi. Et si honos noster vobis vilior fuisset: salutem certe caram futuram. At L. flaccum quem iudices, si id quod dii immortales omen avertant, gravius iniuria afflixerit, numquam tam prospexisse vestre saluti consuluisse vobis, liberis, coniugibus fortunis vestris penitebit. Semper ita sentiet talem se animum et generis dignitati et patrie sue et patrie debuisse. Vos ne peniteat tali civi non pepercisse per deos immortales iudices providete: quotus enim quisque est qui

hanc in rem p. electam sequatur. qui nobis, qui uestri similibus placere
cupiat. qui optimi atque amplissimi cuiusque hominis atque ordinis auctoritatem
magni putet. Cum illam uiam sibi uideant expeditiorem ad ho-
nores et ad omnia que concupiuerunt. sed certa sunt eorum. sibi habe-
ant potentiam, sibi honorem, sibi ceterorum commodorum summas facultates.
liceat his qui hec salua esse uoluerunt ipsis esse saluis. Nolite iudices
existimare eos quibus integrum est qui non dum ad honores accesserunt
non expectare huius exitum iudicii. Si L. Flacco tantus amor in bonos
omnes tantum in re p. studium calamitati fuerit, quem posthac tam amen-
tem fore putatis, qui non illam uiam uite quam ante precipitem et lubricam
esse ducebat. huic plane et stabili preponendam esse arbitraretur. que
si talium ciuium nos iudices tedet, ostendite, mutabunt sententiam qui poterunt
constituent quid agant, quibus integrum est. nos qui iam progressi sumus
hunc exitum nostre temeritatis feremus. si hoc animo quam plurimos esse uultis
declarabitis hoc iudicio. Nemini bono timendum esse. huic adolescentum mi-
sero puero uero, ac liberorum uestrorum supplici iuuenum precepta dabitis. Cui
cui si patrem conseruatis, qualis ipse debeat esse, cuius prescribetis. si eripitis
ostenderitis bone rationi et constanti et graui nullum a uobis fructum esse
propositum. Qui uos quoniam est id etatis ut sensum iam percipere possit
ex merore patris auxilium non dum patri ferre possit, orat ne suum luctum
patris lacrimis, patris merorem suo fletu augeatis. qui etiam me intuetur
me uultu appellat, meam quodam modo flens fidem implorat ac repetit
eam quam ego patri suo quodam pro salute patrie spoponderam dignitatem.
miseremini familie iudices: miseremini fortissimi patris: miseremini
filii, nomen clarissimum et fortissimum uel generis, uel uetustatis et hominis
causa rei p. reseruate.

M. T. CICERONIS ORATIO AD SENATUM POST REDITUM SUUM Incipit.

Si patres conscripti pro uestris immortalibus in me fratremque meum libe-
rosque nostros meritis parum uobis cumulate gratias egero quesso
obtestorque ne mee nature potius quam magnitudini uestrorum bene-
ficiorum id tribuendum putetis. Que est tanta ingenii potest ubertas
ingenii, que tanta dicendi copia, quod tam diuinum atque incredibile genus

orationis quo quisquam possit uestra in nos uniuersa promerita non dicam com-
plecti orando: sed percensere numerando. qui mihi fratrem optatissi-
mum: me fratri amantissimo liberis nostris parentes: nobis liberos: qui
dignitatem qui ordinem, qui fortunas, qui amplissimam rem p. que
patriam qua nihil potest esse iucundius, qui denique nosmet ipsos nobis red-
didistis. Quod si parentes carissimos habere debemus quod ab his nobis
uita, patrimonium, libertas, ciuitas tradita est. si deos immortales
quorum beneficio et hec tenuimus et ceteris rebus aucti sumus. Si
populum romanum cuius honoribus in amplissimo consilio et in altissimo gradu
dignitatis atque in hac omnium terrarum arce collocati sumus. si hunc
ipsum ordinem a quo sepe magnificentissimis decretis sumus hone-
stati: immensum quoddam et infinitum est, quod uobis debeamus
qui uestro singulari studio atque consensu parentum beneficia deorum
immortalium munera. populi romani honores, uestra de me multa iudicia, nobis
uno tempore omnia reddidistis, ut cum multa uobis magna populo romano in-
numerabilia parentibus: omnia diis immortalibus debeamus: hec autem
singula per illos habuerimus, nunc uniuersa per uos recuperarimus. Itaque
patres conscripti quod ne optandum quidem est homini, immortalitatem quandam
per uos adepti esse uidemur. Quod enim tempus erit umquam quo uestrorum
in nos beneficiorum memoria ac fama moriatur. qui illo ipso tempore
cum ui, ferro metu, minis obsessi teneremini non multo post dis-
cessum meum me uniuersi reuocauistis referente L. Ninnio for-
tissimo atque optimo uiro, quem habuit ille pestifer annus et maxime
fidelem, et minime timidum si dimicare placuisset defensorem salu-
tis mee. postea quam uobis potestas decernendi non est permissa, per eum tribunum plebis
qui cum per se rem p. lacerare non posset, sub alieno scelere dele-
uit, numquam de me siluistis: numquam meam salutem ab his consulibus
qui uendiderant flagitauistis. Itaque uestro studio atque auctoritate
perfectum est, ipso illo anno, quem ego mihi quam patrie malueram esse fatalem
ut octo tribuni haberent, qui et promulgarent de salute mea, et ad uos sepe numero
deferrent. Nam consules modesti, legumque metuentes impediebantur
lege non ea que de me, sed ea que de ipsis lata erat, cum meus inimicus pro-
mulgauit, ut si reuixissent hi qui hec pene deleuerunt, tum ego redirem.
Quo facto utrumque confessus est et se illorum uitam desiderare et magnopere

in periculo rem p. futuram esse, si aut hostes atque inspectores rei p. venissent aut ego non revertissem. Itaque illo tum ipso anno cum ego cecidissem principes autem huius civitatis non legum praesidio, sed parietum vitam suam tueretur et res p. sine consulibus esset, neque solum parentibus perpetuis verum etiam tutoribus annuis esset orbata, sententias dicere prohiberemini, caput meae proscriptionis recitaretur, numquam dubitastis salutem meam cum communi salute coniungere. Postea vero cum singulari et praestantissima virtute P. Lentuli consulis ex superioris anni caligine et tenebris lucem in re p. Kal. Ian. dispicere coepistis, cum Q. Metelli nobilissimi hominis atque optimi viri summa dignitas, cum praetorum tribunorumque pl. paene omnium virtus et fides rei p. subvenisset, cum virtute gloria rebus gestis Cn. Pompeius omnium gentium, omnium saeculorum, omnis memoriae facile princeps tuto se in senatum venire arbitraretur, tantus vester consensus de salute mea fuit, ut licet corpus abesset meum, dignitas iam in patriam revertisset. Quo quidem mense quid inter me et meos inimicos interesset existimare potuistis. Ego meam salutem deserui, ne propter me civium vulneribus res p. cruentaretur; illi meum reditum non populi Romani suffragiis, sed flumine sanguinis intercludendum putaverunt. Itaque postea nihil vos civibus, nihil sociis, nihil regibus respondistis, nihil iudices sententiis, nihil populus suffragiis, nihil hic ordo auctoritate declaravit, mutum forum, elinguem curiam, tacitam et fractam civitatem videbatis. Quo quidem tempore cum is excessisset qui caedi et flammae vobis auctoribus restiterat, cum ferro et facibus homines tota urbe volitantes, magistratuum tecta impugnata, deorum templa inflammata, summi viri et clarissimi consulis fasces fractos, fortissimi atque optimi tr. pl. sanctissimum corpus non solum tactum atque violatum manu, sed vulneratum ferro, confectumque vidistis. Qua strage non nulli permoti magistratus partim metu mortis, partim desperatione rei p. paululum a mea causa recesserunt; reliqui fuerunt quos neque terror nec vis nec spes neque metus nec promissa nec minae nec tela nec faces a vestra auctoritate, a populi Romani dignitate, a mea salute depellerent. Princeps P. Lentulus parens ac deus nostrae fortunae, vitae, memoriae, nominis hoc specimen virtutis, hoc indicium animi, hoc lumen consulatus sui fore putavit, si me mihi, si meis, si vobis, si rei p. reddidisset. Qui ut est designatus, numquam dubitavit sententiam de salute mea et de re p.

AD SENATV POST REDITV SVVM.

dignam dicere. Cum a tr. pl. vetaretur, cum praeclarum caput recitaretur, ne quis ad vos referret, ne quis decerneret, ne disputaret, ne loqueretur, ne pedibus iret, ne scribendo adesset, totam illam ut ante dixi proscriptionem non legem putavit, qua civis optime de re p. meritus, nominatim sine iudicio, una cum senatu rei p. esset ereptus. Ut vero iniit magistratum, non dicam quid egit prius, sed quid omnino egit aliud nisi ut me conservato vestram in posterum dignitatem auctoritatemque sanciret. Di immortales quantum mihi beneficium dedisse videmini, quod hoc anno P. Lentulus consul fuit, quo quanto maius dedissetis, si superiore anno fuisset. Neque enim eguissem medicina consulari, nisi consulari vulnere concidissem. Audieram ex sapientissimo homine atque optimo cive et viro, Q. Catulo, non saepe unum consulem improbum, duos vero numquam excepto illo Cinnano tempore fuisse. Quare meam causam semper fore firmissimam dicere solebat, dum vel unus in re p. esset consul. Quod vere dixerat, si illud de duobus consulibus, quod ante in re p. non fuerat, perenne ac proprium manere potuisset. Quod si Q. Metellus illo tempore consul fuisset, non inimicus, dubitatis quo animo fuerit in me conservando futurus, cum in restituendo auctorem fuisse adscriptoremque videatis. Sed fuerunt duo consules, quorum mentes angustae, humiles, pravae, oppletae tenebris ac sordibus nomen ipsum consulatus, splendorem illius honoris, magnitudinem tanti imperii nec intueri nec sustinere nec capere potuerunt, non consules, sed mercatores provinciarum ac venditores vestrae dignitatis, quorum alter a me Catilinam amatorem suum multis audientibus, alter Cethegum consobrinum suum reposcebat, qui me duo sceleratissimi post hominum memoriam, non consules, sed latrones non modo deseruerunt in causa praesertim publica et consulari, sed prodiderunt, oppugnarunt, omni auxilio non solum suo, sed etiam vestro ceterorumque ordinum spoliatum esse voluerunt. Quorum alter tamen nec me nec quemquam fefellit. Quis enim ullam ullius boni spem haberet in eo cuius primum tempus aetatis palam fuisset ad omnes libidines divulgatum, qui ne a sanctissima quidem parte corporis potuisset hominum impuram intemperantiam propulsare, qui cum suam rem non minus strenue quam postea publicam confecisset, egestatem et luxuriam domestico lenocinio sustentavit, qui nisi in aram tribunatus confugisset, nec vim praetoris nec multitudinem creditorum nec bonorum proscriptionem effugere

potuisset: qui in magistratu nisi rogationem de piratico bello tulisset, profecto et
egestate et improbitate coactus piraticam ipse fecisset, ac minore quidem
rei p. detrimento, quam quod intra moenia nefarius hostis praedoque versatus est:
quo inspectante ac sedente legem tr. pl. tulit, ne auspiciis obtemperaretur,
ne obnuntiare concilio aut comitiis, ne legi intercedere liceret, ut lex Aelia
ac Fufia ne valeret, quae nostri maiores certissima subsidia rei p. contra
tribunicios furores esse voluerunt. Idemque postea cum innumerabilis mul-
titudo bonorum de Capitolio supplex ad eum sordidata venisset, cumque ado-
lescentes nobilissimi cunctique equites ro. se ad lenonis impurissimi dicam
pedes abiecissent, quo vultu cincinnatus ganeo non solum civium lacrimas
verum etiam patriae preces repudiavit. Neque eo contentus fuit, sed etiam in contio-
nem ascendit, eaque dixit quae sibi eius vir Catilina revixisset dicere
non esset ausus, se Nonarum Decembrium quae me consule fuissent, clivique
Capitolini poenas ab equitibus ro. esse repetiturum; neque solum id dixit
sed quos ei commodum fuit compellavit. L. vero Lamiam equitem ro. praestanti
dignitate hominem et saluti meae pro familiaritate, rei p. pro fortunis
suis amicissimum, consul imperiosus exire ex urbe iussit. Et cum vos vestem mutan-
dam censuissetis, cunctique mutassetis atque idem omnes boni iam ante fe-
cissent, ille unguentis oblitus cum toga praetexta quam omnes praetores
aedilesque tum abiecerant, irrisit squalorem vestrum et luctum gratissimae
civitatis, fecitque quod nemo umquam tyrannus, ut quo minus occulte
vestrum malum gemeretis, nihil diceret, ne aperte incommoda patriae lugeretis,
ediceret. Cum vero in circo Flaminio non a tr. pl. consul in contione
sed a latrone archipirata productus esset, primum processit qua auc-
toritate vir vini, somni, stupri plenus, madenti coma, composito
capillo, gravibus oculis, fluentibus buccis, pressa voce et temulenta,
quod in cives indemnatos esset animadversum, id sibi dixit gravis auctor
vehementissime displicere. Ubi nobis haec auctoritas tam diu tanta
latuit? Cur in lustris et helluationibus huius calamistrati saltatoris
tam eximia virtus tam diu cessavit? Nam ille alter Caesoninus Calven-
tius ab adolescentia versatus est in foro, cum eum praeter simulatam versu-
tamque tristitiam nulla res commendaret, quem praetereuntem cum incultum,
horridum maestumque vidissetis, etsi agrestem et inhumanum existimaretis,
tam libidinosum et perditum non putassetis. Cum hoc homine et cum Ethiope si in foro
aut cum sapiente vel Ethiope

non consulis studium: non dicendi
vim rei militaris: non cogno-
scendorum hominum, non liberalitas.

constituisses, nihil crederes interesse: sine sensu, sine sapore, elinguem,
tardum, inhumanum negotium, Cappadocem modo abreptum de grege venalium
diceres. Idem domi quam libidinosus, quam impudens, quam intemperans, non ia- manu
nua receptis, sed porro intromissis voluptatibus. Cum vero etiam litteris studere incipit
helluo immanis et cum Graeculis philosophari, tum est Epicureus, non penitus illi disciplinae
quaecumque est deditus, sed captus uno verbo voluptatis. Habet autem ma-
gistros non ex istis ineptis qui dies totos de officio ac de virtute dis-
serunt, qui ad laborem, ad industriam, ad pericula pro patria subeunda
adhortantur. Sed eos qui disputent horam nullam vacuam voluptate esse
debere, in omni parte corporis semper oportere aliquod gaudium de-
lectationemque versari. His utitur quasi praefectis libidinum suarum. Hi
voluptates omnes investigant atque perodorant. Hi sunt conditores
instructoresque convivii. Idem expendunt atque aestimant volupta-
tes, sententiamque dicunt, et iudicant quantum cuique libidini tribuendum
esse videatur. Horum ille artibus eruditus: ita contempsit hanc pruden-
tissimam civitatem, ut omnes suas libidines, omnia flagitia latere
posse arbitraretur, si modo vultum importunum in forum detulisset. Is
me, quod equidem non cognoveram enim propter Pisonum affinitatem, quam longe
hunc ab hoc genere cognatio materna transalpini sanguinis abstulisset,
sed vos populumque ro. non consilio neque eloquentia, quod in multis saepe
accidit, sed rugis supercilioque decepit. L. Piso, tune es ausus isto oculo,
non dicam isto animo, ista fronte, non vita tanto supercilio, non enim possum
dicere tantis gestis, cum Gabinio consociare consilia pestis meae? Non
te illius unguentorum odor, non vini anhelitus, non frons calamistri
notata vestigiis in eam cogitationem adducebat, ut cum illius re si-
milis fuisses, frontis tibi integumento ad occultanda tanta flagitia
diutius uti non liceret? Cum hoc coire ausus es, ut consularem
dignitatem, ut rei p. statum, ut senatus auctoritatem, ut civis optime meriti
fortunas provinciarum foedere addiceres? Te consule, tuis edictis et
imperiis, senatui populoque ro. non est licitum non modo sententiis atque auctoritate
sua, sed ne luctu quidem ac vestitu rei p. subvenire. Capuae te pu-
tabas, in qua urbe domicilium quondam superbiae fuit, consulem esse,
sicut eras eo tempore, an Romae, in qua civitate omnes ante vos
consules senatui paruerunt? Tu es ausus in circo Flaminio productus

cum isto illo pari dicere et semper misericordem fuisse, quo [ipso] tempore senatum
atque omnes bonos crudeles demonstrabas fuisse, tu misericors me affi-
nem tuum quem comitiis prerogative primum custodem prefeceras, quem
Kalendis Ianuariis tertio loco sententiam rogaras, constrictum rei publicae inimi-
cis tradidisti, tu meum generum, propinquum tuum, tu affinem tuum, filiam
meam superbissimis et crudelissimis verbis ageribus tuis repuli-
sti, idemque tu clementia ac misericordia singulari, cum ego una cum re publica
non tribunicio sed consulari ictu concidissem, tanto scelere, tan-
taque intemperantia fuisti, ut ne unam quidem horam interesse paterere
inter meam pestem et tuam predam saltem dum conticesceret illa la-
mentatio et gemitus urbis. Nondum palam factum erat occidisse [con]
rem publicam, cum tibi arbitria funeris solvebantur. Uno eodemque tempore
domus mea diripiebatur, ardebat, bona ad vicinum consulem de
palatio, de Tusculano ad vicinum [utrumque] alterum consulem deferebantur,
cum isdem operis suffragium ferentibus, eodem gladiatore latore,
vacuo non modo a bonis sed etiam a liberis atque inani foro, ignaro populo Romano
quid ageretur, senatu vero oppresso et afflicto, duobus impiis nefariisque
consulibus erarium, provincie, legiones, imperia donabantur. Horum [sustulistis]
consulum ruinas vos consules vestra virtute fulsistis, summaque
tribunorum pretorumque fide et diligentia sublevastis. Quid ego
de prestantissimo viro T. Annio dicam? aut quis de tali cive
satis digne umquam loquetur? qui cum videret sceleratum civem aut
domesticum potius hostem, si legibus uti liceret, iudicio esse frangen-
dum, sin ipsa iudicia vis impediret ac tolleret, audaciam virtute,
furorem fortitudine, temeritatem consilio, manum copiis, vim vi
esse superandam, primo de vi postulavit, posteaquam ab eodem sublata
iudicia esse vidit, ne ille omnia vi posset efficere curavit; qui
docuit neque tecta neque templa neque forum nec curiam sine virtute summa ac
maximis opibus et copiis ab intestino latrocinio posse defendi. [et audacibus]
Qui primus post meum discessum metum bonis, timorem audacibus, huic ordini
servitutem depulit civitati. Quam rem pari virtute animo fide P. [In reditu putare]
Sestius secutus pro mea salute, pro vestra auctoritate, pro statu civitatis
nullas sibi inimicitias, nullam vim, nullos impetus, nullum vite discrimen
vitandum umquam putavit. Qui causam senatus exagitatam contionibus

improborum sic sua diligentia multitudini commendavit, ut nihil tam po-
pulare quam vestrum nomen, nihil tam omnibus carum aliquando quam vestra auctoritas
videretur: qui me cum omnibus rebus, quibus tribunus plebis potuit, defendit, tum
reliquis officiis non aliter [vel iuxta] ac si meus frater esset sustentavit; cuius
ego clientibus, libertis, familia, copiis, litteris ita sum sustentatus, ut
mee calamitatis non adiutor solum, verum etiam socius videretur. Iam cetera
officia studia vidistis quam cupidus mei C. Cestilius, quam studiosus vestri,
quam non varius fuerit in causa. Quid M. Cispius? cui ego ipsi parenti fra-
trique eius sentio quantum debeam: qui cum mihi voluntas eorum in pri-
vato iudicio esset offensa, publici officii [beneficii] mei memoria privatam offensio-
nem obliteravit [vicerunt]. Iam T. Fadius, qui mihi questor fuit, M. Curtius,
cuius ego patri questor fui, studio, amore, animo huic necessitudini non — Multa de me, C. Messius et amicitie
defuerunt. Quid C. Messius? et quod C. Fabricius? se qui, si de me conatus agere est, ea contra — et rei publicae causa dixit. Lege speciatim
vim et ferrum perficere potuisset mense Ianuario nostrum statum recuperasse — initio de salute mea promulgavit.
quem ad salutem meam voluntas impulit, vis retardavit, auctoritas
vestra revocavit. Iam vero pretores quo animo in me fuerint, vos existi-
mare potuistis: cum L. Cecilius privatim me suis omnibus copiis studue-
rit sustentare, publice promulgavit de mea salute cum collegis pene
omnibus, direptoribus [rerum] autem meorum bonorum in ius adeundi potestatem non
fecerit. M. autem Calidius statim designatus sententia sua quam esset sibi
cara mea salus declaravit. Omnia officia C. Septimii, Q. Valerii,
P. Crassi, Sex. Quintilii, C. Cornuti summa et in me et in rem publicam constite- — Que cum libenter commemorem, non
runt. Que cum [libenter] commemorata noventur, nonnullorum in me nepharie — ingratus, nemo enim gratiorem memo-
commissa pretereo: non est mei temporis iniurias meminisse, quas ego, et- — riam gratus inveniet, non nullorum etc.
si ulcisci possem, tamen oblivisci mallem; alio transferenda mea tota
vita est: ut bene de me meritis referam gratiam. Cum apertis hostibus
bellum geram, timidis amicis ignoscam, proditores non indicem,
dolorem profectionis mee reditus dignitate consoler. Quod si in nullum aliud
esset officium in omni vita reliquum, nisi ut erga duces ipsos et principes
atque auctores salutis mee satis gratus iudicarer, tamen exiguum
reliquum vite tempus non modo ad referendam, verum etiam ad commemoran-
dam gratiam putarem. Quando enim ego huic homini ac liberis eius, quando omnes mei
gratiam referent? Que memoria, que vis ingenii, que magnitudo
observantie tot tantisque beneficiis respondere poterit? Qui mihi

primus afflicto et iacenti consularem fidem dextramque porrexit, qui me a morte ad vitam, a desperatione ad spem, ab exitio ad salutem [re]vocavit: quanto amore in me studio in re. p. fuit, ut excogitaret, quemadmodum calamitatem meam non modo levaret, sed etiam honestaret.

Quid enim magnificentius, quid preclarius [mihi] accidere potuit, quam quod illo petente vos decrevistis, ut cuncti ex omni ytalia, qui rem p. salvam vellent, ad me unum hominem fractum et prope dissipatum restituendum et defendendum venirent, ut qua voce ter Romulus post Romam conditam consul usus est pro re. p. universa, apud eos solum quietius vocem exaudire possent, eadem voce senatus omnibus agris atque oppidis [omnes] cives totaque ytaliam, ad unius salutem defendendam excitaret. Quid ego gloriosius meis posteris potui relinquere, quam hoc senatum iudicasse: Quirinus me non defendisset, eum rem p. salvam noluisse. Itaque tantum et si vestra auctoritas, tum eximia consulis dignitas valuit, ut omnes in flagitium se committere putaret. Siquis non veniret, idemque consul cum illa incredibilis multitudo Rome et pene ytalia ipsa venisset, vos frequentissimos in capitolium convocavit: quo tempore quantam vim nature bonitas haberet aut vera nobilitas intelligere potuistis. Nam Q. metellus et inimicus et frater inimici perspecta vestra voluntate, omnia privata odia deposuit: quem P. servilius vir cum clarissimus, tum vero optimus mihique amicissimus et auctoritate et oratione sua, divina quadam gravitate ad sui generis, communisque sanguinis facta virtutesque revocavit: ut haberet [deorum] in consilio et fratrem ab inferis socium [meas] rerum [mearum], et omnes metellos prestantissimos cives pene ex acheronte excitatos, in quibus numidicum illum metellum, cuius quondam de patria discessus honestus omnibus luctuosus tandem visus est. Itaque divinitus extitit non modo salutis defensor: qui ante hoc unum beneficium fuerat inimicus, verum et ascriptor dignitatis mee.

Quo quidem die [o] quum P. lentulus mihi fratrique meo, liberisque nostris natalem constituit, non modo ad nostram, verum et ad sempiternam memoriam temporis, [quo die] nos comitiis centuriatis, [...] arcessivit: in patriam eedem centurie, que me consulem fecerant, consulatum meum comprobarent, quo die quis civis fuit, qui non nephas esse [sibi] putaret, quacumque aut etate aut valitudine esset, non se de salute mea sententiam ferre: quum tanta frequentiam in campo tum splendorem ytalie totius, ordinumque omnium [...]

sic non nulli cl[arissi]mi viri:

Q. max[im]e maiores iusta dici haberique voluerunt

Qui ipse pro meum dimicationis et sanguinis domo se teneret, et a superioribus tr[ibuni]s petieit, ut de salute mea et promulgaret et referret: qui colonia nuper constituta, in qua cum ipse gereret magistratum, nemo erat emptus intercessor, vim et crudelitate privilegii auctoritate honestissimorum hominum et publicis litteris consignavit: pre Princepsque Italie totius presidium ad meam salutem implorandum putavit.

[o] Cum .cccc. [tu]x[c]. Senatores essetis: magistratusque omnes adessent: dissensit unus: qui sua lege coniuratos et ab inferis excitandos putarat. Atque illo die: quo re. p. meis consiliis conservatam gravissimis verbis et plurimis iudicassetis: idem consul curavit, ut eadem a principibus civitatis in contione postero die dicerent. Tum quidem ipse egit ornatissime causam meam: presenteque adstante atque audiente Italia tota, ut nemo cuiusquam conducti aut perditi vocem acerbam atque inimicam bonis possent audire. Ad hec non modo adiumenta salutis: sed et ornamenta dignitatis mee reliqua vos iidem addidistis: decrevistis, neque ulla ratione rem impediret: Qui id impedisset: graviter molesteque laturos: illum contra rem p. salutemque bonorum, concordiamque civium facturum: et ut ad vos ea statim referrent: nec et si diutius calumniaret [w] redire iussistis. Quid ut agerent gratias: qui e municipiis venissent: Qui ut ad illam diem res cum redisset rogarent: ut pari studio convenirent. Quid denique illo die

16

Ad Senatum post reditum suum.

[tot rogatores: diribitores custodesque]

ulla dignitate tutores, questoresque vidistis. Itaque P. lentulus beneficio excellenti atque divino non solum reducti sumus in patriam, sed equis insignibus et curru aureato reportati. Possum ego satis in Cn. pompeium [un] quam gratus videri: qui ancto non solum apud vos qui [omnes] idem sentiebatis, sed apud universum populum salutem po. ro. [nixam] conservatam per me et coniunctam esse cum mea dixerit, qui causam meam prudentibus commendaret, imperitos edoceret, eodemque tempore improbos auctoritate sua compresserit, bonos excitavit, qui p. r. pro me tamquam pro fratre aut pro parente non solum hortatus sit, verum etiam obsecravit, qui cum [ipse] mihi amicissimus semper fuisset, ut et suos necessarios mihi amicos redderet, elaboravit. Quibus autem officiis beneficia T. annii remunerabor: cuius omnis ratio, cogitatio, totus denique tribunatus nihil aliud fuit nisi constans, perpetua fortis, invicta defensio salutis mee. Quid de P. sextio loquar: qui [suam] nam erga me benivolentiam et fidem [non solum] animi dolore, sed etiam corporis vulneribus ostendit: vobis vero P. C. singularis et egi et agam gratias universis, egi in initio quantum potui, satis ornate agere nullo modo possum, et quamquam sunt in me precipua merita multorum, que sileri nullo modo possunt: tamen huius temporis ac timoris mei, non est conari commemorare beneficia in me singulorum. Nam difficile est non aliquod [que] vere nephas quemquam preterire. Ego vos universos P. C. deorum numero colere debeo. Sed ut in ipsis diis immortalibus non semper eosdem atque alios alias solemus et venerari et precari, sic in hominibus de me [divinitus] meritis omnis erit etas mihi ad eorum in me merita predicanda atque recolenda: hodierno autem die nominatim a me magistratibus statui gratias esse agendas, et de privatis uni qui pro salute mea municipia coloniasque adeunt [adisset], populum suppplex [cum] obsecravisset, sententiam dixisset eam, qui vos secuti mihi dignitatem meam reddidistis. Vos me florentem semper ornastis, laborantem mutatione vestis et prope luctu vestro quoad licuit defendistis. Nostra memoria senatores ne in suis quidem periculis mutare vestem solebant, in meo periculo senatus veste mutata fuit. quoad licuit per eorum edicta qui mea pericula non modo suo presidio: sed etiam vestra deprecatione denudarunt. quibus ego in rebus obiectis: cum mihi privato consulendum viderem: cum eodem exercitu quem consul non armis, sed

Scio duas partes esse in re p. cum putarent alteram me deposcere propter inimicitias: alteram timide defendere propter suspicionem cedis putabat. Qui autem me deposcere videbantur ii huius auxerunt dimicationis metum quod numquam infitiando suspicionem hominum curamque minuerunt. Quare

vestra civitate superati multi metum ipse reputavi: dixerunt in contione
consul se clivi capitolii poenas ab equitibus romanis repetiturum; nomina-
tim alii appellabantur: alii citabantur; aditus templorum erant non solum

alii relegabant

presidiis et manu: verum etiam demolitione sublati. Alter consul ut me
et rem p. non modo desereret; sed etiam hostibus rei p. proderet pactionibus
eos suorum premiorum obligabat. Erat alius ad portas cum imperio in
multos annos, magnoque exercitu, quem ego mihi inimicum fuisse non dico
tacuisse cum diceretur inimicus scio. Cum viderem senatum ducibus
orbatum me a magistratibus partim oppugnatum, partim proditum partim dere-
lictum, equites ro. proscriptionis vastitate, cedis metu esse permotos po-
tui. P. C. multis auctoribus, fortissimis viris me vi armisque defen-
dere; nec mihi ille ipse animus idem meus nobis non incognitus defuit.
Sed videbam si vicissem presentem adversarium nimium multos alios mihi esse deinceps
vincendos. Si victus essem multis bonis et pro me et mecum etiam post me
pereundum tribunitiique sanguinis ultores esse, presentis mei mortis
penas iudicio et posteritati reservari nolui. Cum consul communem salutem
sine ferro defendissem: meam privatus armis defendere nolui, bo-
nosque viros lugere malui meas fortunas quam suis desperare. Ac si
solus essem interfectus, mihi turpe: si cum multis, r. p. funestum fore vi-
debatur. Quod si mihi eternam esse erumnam propositam arbitrarer, mor-
te me ipse potius quam sempiterno dolore multassem. Sed cum viderem
me non diutius quam ipsam rem p. ex hac urbe afuturum, neque ego
illa exterminata, mihi remanendum putavi: et illa simulac revocata
est, me secum pariter reportavit, mecum leges, mecum questiones, mecum iura
magistratuum, mecum senatus auctoritas, mecum libertas, mecum etiam frugum
ubertas, mecum deorum et hominum sanctitates omnes et religiones afue-
runt. que si semper abessent, magis vestras fortunas lugerem quam
desiderarem meas. Sin aliquando revocarentur, intellegebam mihi cum
illis una esse redeundum, cuius mei sensus certissimus testis est hic
idem qui custos capitis fuit. Cn. Plancius qui omnibus provincialibus orna-
mentis commodisque depositis, totam suam questuram in me sustentando
et conservando collocavit, qui si mihi questor imperatori fuisset, in
filii loco fuisset, nunc mihi certe erit in parentis: cum fuerit questor non
imperii sed doloris mei. Quapropter P. C. quoniam in rem p. restitutus sum cum

sum pariter cum re p.

16

Ad Senatum post reditum suum.

in ea defendenda: nihil minuam de libertate mea pristina, sed etiam ada-
ugebo, etenim si eam tum defendebam, cum aliquid illi debebam, quid nunc
me facere oportet, cum ego illi plurimum debeam. Nam quid est quod
animum meum frangere aut debilitare possit: cuius ipsam calamitatem
non modo nullius delicti, sed etiam, in rem publicam beneficiorum divinorum testem
esse videatis. Nam importata est quia defenderam civitatem et mea
voluntate suscepta est: ne a me defensa res p. per eundem me extremum in discri-
men vocaretur. pro me non ut p. Popilio nobilissimo homine adolescentes filii non propinquorum multitudo pp. ro. est
deprecata; non ut p. Q. Metello summo et
clarissimo viro spectata iam adolescentia
filius; non L. et C. Metelli consulares
non eorum liberi; non Q. Metellus nepos
qui tum consulatum petebat: non Luculli
Servilii Scipiones, Metellorum filii
flentes ac sordidati po. ro. supplicaverunt: sed unus frater qui in
me pietate filius, consiliis parens, amore ut erat frater inventus
est. squalore et lachrimis, et quotidianis precibus desiderium mei no-
minis renovari, et rerum gestarum memoriam usurpari coegit. Qui cum
statuisset, nisi per vos me recuperasset, eandem subire fortunam
atque eandem sibi idem domicilium et vite et mortis deposceret, tamen
numquam neque magnitudinem negotii, nec solitudinem suam nec vim
inimicorum ac tela pertimuit. Alter fuit propugnator mearum fortunarum
et defensor assiduus summa virtute et pietate. C. Piso gener qui minas
inimicitias inimicorum meorum: qui inimicitias affinis mei propinqui
sui consulis qui Pontum et Bithiniam questor pro mea salute negle-
xit. Nihil umquam senatus de P. Popilio decrevit, numquam in hoc ordine de
Q. Metello mentio facta est: tribunitiis sunt illi rogationibus interfectis inimicis, denique
nulla auctoritate senatus restituti: cum alter eorum senatui paruisset
alter vim cedemque fugisset. Nam C. Marius qui hac hominum memoria ter-
tius ante me consularis, tempestate civili expulsus est: non modo
a senatu restitutus non est: sed reditu suo senatum cunctum pene
delevit. nulla de illis magistratuum consensio, nulla ad rem p. defen-
dendam po. ro. convocatio, nullus Ytalie motus, nulla decreta
municipiorum et coloniarum extiterunt. Quare cum me vestra aucto-
ritas arcessierit, P. R. revocarit: r. p. implorarit, Ytalia cuncta
pene suis humeris reportarit, non committam. P. C. ut cum ea
mihi sint restituta, que in potestate mea non fuerunt, ea non
habeam, que ipse prestare possim, presertim cum illa amissa re-
cuperaverim, virtutem et fidem numquam amiserim.

M. T. CICERONIS AD EQUITES RO. ORATIO pridie quam iret in exilium. Incipit.

Si quando inimicorum impetum propulsare ac propellere cupistis, defendite nunc universi unum, qui ne omnes occiderentur ardore, quae flamma conflagraretis, mei capitis periculo non dubitavi providere. Nam quem virtutis gloria cum summa laude extulit ad caelum, eundem vix meritorum invidia vicinissime confestim deprimit ad supplicium. Si liberorum conceptam dulcedinem animo inclusam retinetis, nolite eo velle carere, qui carissimam vestram procreationem sua sibi esse ducit. Est enim liberale officium serere beneficium, ut metere fructum fidei possis; convenit in loco debitum retribuere. Illic enim animi voluntas propensa comprobatur, hic memoria collaudatur. Itaque si omnibus gravius iugum servitutis esse debet in libertate educatis, sit vobis unus animus acceptissimus, qui ab vestro corpore iugum acerbissimum repulit servitutis. Etsi maiores vestri eos imperatores, qui militum virtute hostium fregerunt furorem, iocundissimo fructu libertatis reconciliato, non solum statuis dignos putarunt, sed et eterna triumphi laude decorarunt: cur vos eum consulem, qui non militum precio fortitudinis, sed sua eximia animi virtute hostilem civium mentem senatus auctoritate vindicavit, existimetis vobis retinendum esse in civitate? Si quae beneficia singulis civibus privatimque dantur, ea solent his esse fructuosa, a quibus sunt profecta virtute et merito: possum ego vos ad defensionem meae salutis adhortari, quos conservavi universos. Nam neque maius est defendere unum quam populum, neque verius a singulis quam ab omnibus repetere officii premium et fructum, propterea quod in unius periculo saepe contentio parva est, ut levis sit labor defensori sustinendus. In rei publicae insidiis quo firmior est qui oppugnatur, eo paratiores sunt inimici, ut his nisi magna solicitudine, industria, virtute resisti non queat. Et singulorum opes saepe sunt tenues et infirmae ad gratiam referendam, ut particulari bene merentibus nequeant; si magis cupiunt universorum auxilium, eo plurimum prodest, quo firmioribus opibus est communitum. Ferte igitur, quoniam maior impensa in patriam officii facta est quam in privato fuit defensione, plus a vobis praesidii quam a ceteris opis ad salutem potest afferri. Vos obtestor, quos mihi et debere et posse intelligo opitulari, non committite, Quirites, cum ego ad promerendum officium tam fuerim expeditus, vos ad gratiam referendam esse tardiores. Nec civis amplissimum

et gloriam laude et honoribus amplificare debetis, eius incolumitatem et salutem deserendam existimetis. Errat enim siquis arbitratur M. Tullium idcirco in periculum capitis vocari, quod deliquerit aliquid, quod patriam laeserit, quod improbe vixerit; non citatur reus audaciae, virtutis reus citatur; non accusatur quod rem publicam oppugnavit, sed quod homo novus perniciosum nobilium restrinxerit furorem. Non obest mihi nocens et turpis. Sed honestissime lautissimeque acta vita non odio bonorum, sed invidia premor malorum. Intelligunt homines tot et tam praeclaris testimoniis monumentisque virtutis comparatis M. Tullium diu fore incolumem, si fore voluptati. Idcirco vitam eripere cupiunt, ut cum spiritu sensus quoque adimant iocunditatis. Nonne igitur indignum est, eos premiis meis invidentiam digerere, qui virtute certare noluerunt; eos in contentionem venire honoris, qui officiis se superari animo aequissimo tulerunt. Si dulcis est gloria, consequere virtutem: noli abicere labores, petere honorem honore duco, pro quo non famam, fortunas, familiares, liberos, caput, corpus, ipsum denique sanguinem atque animam. Cedo invitus de re publica, cedo oppressus de fortuna, de dignitate, discedo a re publica victus audacia malorum. Si non licet manere, si non illi M. Tullium custodem urbis, defensorem civium, parentem patriae. At certe reliquias Tullii liceat in conspectu civium in hac urbe, quam ex periculosis faucibus eripuit, remanere; tecta civium, fana deorum, universam liceat videre sine meo periculo civitatem. Liceat ex hac flamma evolare, praesertim me qui illud impium incendium perditorum hominum lachrimis potius meis, quam vestro sanguine restringui malui. Neque ego petam ut mihi detis vitam, sed datam repeto, ut reddatis. Si meministis quod dedi, non debetis istorum oblivisci, sed retribuere quod debuistis. Vos vos obtestor dii immortales, qui meae menti lumina praetulistis, cum conscelerum coniurationis extinxi, ardorem quod urbis ab incendio et flamma liberavi, liberosque vestros a gremio et amplexu matrum ad caedem et cruorem non sum passus abstrahi. Non igitur potest fieri ut a clientibus recipiar, cum a quibus retineri debeam, reicere instituantur. Socii quo fugiens cum aditus custodia praeclusus sit, quae quo spes salutis reliqua esse debet, cum civibus praeclusa sit expectatio incolumitatis? Pax et concordia extraneis gignitur, cum domesticis non insidiatur, sed perfidiam prudentia expiatur, perdendi ratio reperitur. Nam quid ego improborum fratrum renovare orationem et reintegratione illius coniurationis vulnerum animos vestros auxiliu

ab alienis efflagitabatis, cum cives vestros desertis. Ceterorum in necore subsidium
cum a civibus interclusum sit presidium. Quis solere gentem non instituit
utrum custos accipiar, an ut proditor excludar? Si ut consuetum, unum
erit ignominia, si ut oppugnator, pretiosa erunt nova. Itaque quod peri
tum fore, gaudium id extitit exitio. Si quirites eisdem in ceterorum
periculis heremus, autem, que in vestris difficultatibus, et pro incertissimis
quasi propugnatore; et nocentissimum quemque oppugnare nobis uelle
simus et arbitremur, et si cum ipsi civiumque rebus adversis nostram salute
cum teterrimorum aut sceleratis, nostri pericula putaremus coniuncta! Fre
quentes profecto talibus conatibus obviam ire niteremur: neque partim
innocentia freti: partim nobilitate nixi. partim potentia ac multitudine
amicorum fulti: tum perfacile existimemus adversariorum vim ac factio
nem a nobis repelli posse. Subito ipsi simili in periculo circumventi in
nostro eventu, aliorum reminiscentes casus, uere id nobis accidere neququam
queremur. Quis enim est quirites: qui cum inimicorum nostrorum vim ac vio
lentiam perspiciat: neque nostrum periculosissimum casum recognoscat. qui
non sibi ac suis diffidat fortunis. quo enim se satis tutum quis ar
bitrabitur. presidio virtutis. gloria. At nos ipsi hoc tempore oppug
multitudine amicorum: amaremus fortasse amicos, si in eorum
potestate nostra salus sita sit. vis ne et paucitate inimicorum! At id non
in ipsorum, sed in aliorum voluntate positum est. Nam non satis est ne
cui iniuriam facias providere. si tamen sunt voluntarii inimici
qui tuis te premiis oppugnent: atque adeo cum hec omnia omnibus
sint gravia atque acerba: tum non nobis misera atque intolleranda
quorum et officia in rem publicam frequentissima infinita versantur! nec
si eadem eodem disceptationibus opponetur, equi auditores adhibe
bunt, aures non obtusas criminationibus, sed varias prebebuntur, quam
assecuti summum gradum honoris, non despoliabuntur honore, qui
sperant facilius et procliuius, ad laudem nobilitatis pervenient,
obrem nolo vos ignorare quod me duce supplicii vos ad fraudem
deducunt: ego ad pristinum statum recidam causa. Hunc quod si liquo
concertandum est, innocentie virtute fretus, supero: si tam coperta
nostra sint, confirmamus equitatem. Si violentis impetu opprimi
mur, decedam pro omnibus unius tribunitio furori, qui labore pro

recatissima et incomoda de re publica

at nolo me duce supplicii nos ad frau-
-dem deduci: ut ego

cunctis

cunctis perferre consuevi. Si quo aliquo tempore huius hostis consuluistis quorum
aut religionis, pietatis munere defunctus est: debetis mi quoque
prospicere, qui numinum deorum consecratum sacrum ut tectum ab omni periculo
consuevi. Et vos ut tutam ac tranquillam fortunam traheretis, meo
prospexi vigilantia. Nunc me que paulo ante fortuna erexerat ad gloriam
virtus extollit, ad laudem populus tribuit honorem: eandem tribuni furor exagitat
depellit ad calamitatem, quam animadvertitis illam conspirationem conflatam ita esse
restinctam, ut nulla scintilla incendii comperiat. Vos quoque tribunitiam sedate
temeritatem. qui non se mihi inimicum ostendit. sed inimicum prius est professus
est inimicum, ne rei crudelitas in me experta, in vos convalescat et calamitas
renovata longius serpat ac progrediatur, providete. Nunc vel solus defectus ad ca
lamitatem, vel primus ad tale vocatus periculum: omnium vobis viri, debeo com
movere. omnia sunt immutata, manus religantur ad demonstrandam iniu
riam: lingua inciditur ad deplorandam calamitatem, animus precluditur
ad exponendam rei indignitatem, humilitatem quibus obiciunt, nobis qui
novam rationem suscitant: veteres maiorum appetunt laudes. Sed quid ego plura
de illorum aut in me maledictis aut in vos scelerate loquar factis? quorum
cognita improbitas me tacente, coarguitur, turpitudo quum ut debis non
sit necesse inimicos predicare: de quorum scelere ne amici quidem aut ipsi
possint negare. Vos ego appello, quorum de me maxima est potestas, apud vos
loquor de mea calamitate, quos habui semper innocentie et virtutis
mee testes. Igitur ex civitate benemeritus de re publica civis exturbatur
innocens expellitur, consularis homo non minimis usus quondam familia
tibus amicorum, nunc partim ab invidis, partim ab inimicis circumventus eget
indigne, huic si opem non tuleritis in periculo capitis vos credo retinebitis ve
stram libertatem: qui neque tanta valeatis auctoritate. neque tantorum officiorum
impensam equitibus in patriam: mihi credite hoc in uno incommodum confirmatum
multorum infirmabit incolumitatem! et si initio non erit refutatum impune
ad omnium perniciem convalescet: proinde aut in meo periculo salutem integram
prestate cunctorum, aut in vestris hoc idem incommodum expectate fortunis. Nemo
tam perdita auctoritate, tam facinorosa iuventus et vita. qui cum de scelere
fateretur, non tantum suis presens videtur convinceretur, quantum supplicio
addiceretur. Ego repente in tribunitia correptus non modo loquendi libere
in iudicio, sed ne consistendi quidem in civitate habeo potestatem. Cicero non solum

multorum presidio inimicis

sine teste, sine iudice, sine crimine, sine accusatore, sed sine etiam scelere, ho
stibus in bello qui dissident voluntate, dimicant armis. uitam quotidie oppu
gnant. in ipsa acie cum proeliantur, licet loqui, licet disputare. mihi in pace
ciui qui [r] proditorum hominum fregi furorem, pro fortunis meis apud uos loqui no
licebit. Serui qui ad supplitium uerberibus cesi trahuntur, apud [eos] uos saepe
disputant, quos necare uoluerunt. Ego consularis apud eos non loquar
quos conseruaui? tacebo si necesse est: tacebo inquam animo equo, quoniam uirtus mea
me tacente, agit causam meam. Itaque ut ego in contentione mea nihil ponam
de meis rebus gestis: tamen in animis [mo] et [i] memoria uestra largiter relin
quam. Isti modo uideant qua ratione hac mea in ultam [mutaz] fugam ferre
possint. Etenim si ante ut ipsi existimant ob lentuli mortui sordes [si catiline notissimus furor] si ob ame
tiam cethegi, si ob luxuriam aut stupra cassii poenas repetent [u] profecto usus
hora nulla erecto tullio uacua a periculo aut expectatione periculi relinquetur.
Ita insidiis non [i] meis insidiis, que mille a me parantur, sed suorum scelerum
conscientia cruciati mihi absenti et r. p. [p. r.] dabunt poenas. Quas ob res ego minimi
corum amentie cupiditatique parcorum omnium salutis causa decendam, neque in eum [t eo]
locum deductam [r] aut progredi patior: ut opera mea manus inter uos conserant
caedesque ciuium inter se fiat, multoque potius ipse patria, liberisque meis careo,
quam [R] preter unum me [uos] de fortunis uestris reique p. dimicetis. Sic enim ab initio
fui animatus, ut non magis me mea causa putarem esse natum quam rei p. procreatum.
Sed illud queror quod non iam ad unius perniciem, sed ad uniuersorum [i] struitur
calamitatem. conqueri, commiserari, dicere, oppugnare [expurgare] suspitionem dictione
crimen diluere, non licere ore [op] presso ceruices esse prebendas [m]. que tamen omnia iam
non tam sub [sunt] calamitosa quam mihi sunt subeunda, quam perniciosa qui rem p.
sunt introducta. Quamobrem statutum est atque decretum in his temporibus ciui
tati [s] omnia perpeti: que uolet furor libidinosus. Vim uolunt afferre, presto
sum, eijcere uolunt, ex eo inducta causa. Nolunt audire causam, non dico aliud
quippiam conantur, agunt [a], nihil [nihil duri] acerbi mihi erit quo rem p. tutabitur. Non enim uictis
illis cedo, sed incolumibus uobis me condono [concedo]. neque enim mors mihi fugienda est que
ob rem p. capitur. neque exitium [l] [turpe] tempore, quod uirtute suscipitur, cum presertim
he penes non nullam inter se habeant consolationem. Nam uitam si eripiunt
non adiment [u] gloriam. mortale si exilio multabunt corpus: ne [non] [t animum] a re p.
remouebunt. Nam ubicunque ero hec cogitabo: hec semper cura [futura] mea [est] neque uobis
ereptum, non ab uobis repudiatum existimabo. Illud ab uniuersis [et a nobis] peto, postuloque
insidie mille a me parant[ur]

17
Ad equites or.

si dum in ciuitate manere licitum est, nemini umquam periculum creaui, nemi
ni innocenti fuit calamitati. Si omnibus auxilio, presidioque et consilium pluri
mosque in hac ciuitate sum tutatus: ut uos liberos meos, in uestram fidem re
cipiatis, eosque defendatis, ne ne inimicos meos longius in familiam meam
progredi patiamini. Vtrumque siue hinc abiero, siue hic ero oppressus, et maneat
opinio et existimatio, que uirtute parta, non que [i] felicitate illata est. Nunc
ego te iuppiter optime, maxime cuius misericordia, cuius nutu ac dictione sola
imperia terrarum gubernantur. teque particeps omnibus socii regni regina
Iuno: teque tritonia armipotens Gorgonia pal[l]as minerua, ceterique dei
deeque immortales, qui excellenti tumulo ciuitatis sedem capitolii in saxo
incolitis constitutam: ut non solum cunctam intueri, sed etiam tueri possitis ci
uitatem, a quorum altaribus [b] ego [a] [quondam] impiam ciuium manum reliqui [mouit]. a quorum tem
plis meo periculo funestam repuli flammam, ne illustrissimum orbis terrarum
monumentum cum principe omnium rerum [terrarum] occideret ciuitate. Teque iuppiter
stator, quem [uere] nostri huius impii statorem maiores nostri nominauerunt, cuius
a templo hostilem impetum catiline repuli [a muris]. cuius templum a romulo uictis
sabinis in palantini radice [atii] cum uictoria est collocatum. oro atque obsecro ferte
opem pariter rei p. cuncteque ciuitati, meisque fortunis resistite tribunitio
furori fauete innocentie, subuenite sollicitudini, misereamini senectutis
nolite eum supplicem ab uobis abstrahere, et excludere. qui in suo magistratu
funestam facem ab uestris repulit templis. Sic [C.] enim mario auxilio fuistis
qui in cliuo capitolino improborum ciuium ferebat cedem. Sic P. scipioni qui
hanibalis furibundam mentem ab urbis repulit templis. Sic denique Cn.
pompeio qui terra, marique hostes reddidit pacatos. Sic nunc in meis calami
tatibus, miseriis aliquod diuinum auxilium et numen ostendite. Deinde
uos quorum potestas maxime proxima ad deos immortalis numen accedit, oro
atque obsecro, quibus sigillatim saepe supplex ad pedes iacui, ut eum quem
singuli stratum atque abiectum subleuastis: nunc uniuersi consensu uestro releuetis.
si neminem umquam uestrum lesi: si nemini innocenti obfui, sed et [si] e contra
rio, ut quisque meum auxilium desiderauit, opem ferre non dubitaui. Si denique
queruque administraui ex uestra auctoritate et patrum conscriptorum uoluntate
feci. Si malui inimicorum cupiditati quam rei p. et legitime auctoritati
penas sufferre: oro ut existimetis ex illo crudelissimo inimicorum impetu
ereptum in antiquum statum dignitatis restitui conuenire. Sed quoniam nec

aliquam ferte opem diuinam: et saepe multorum in periculis fecistis. Sic nunc in meis

mihi libere loquendi, nec nobis clementer iudicandi, nec otio iudicandi [audiendi]
nisi parentes furore et audacia facta est potestas. sed oppressa est res p. ar
mis metu debilitata servili, ut liberum spiritum ducendi nulla haberetur potestas praeter em
ptorem inimicis armatis, innocentes nocentibus privatus furibundo migrauimus.
neque .Q. Metellus quicquam de sua virtute detraxit, qui restitit L. Saturni
no furenti, neque Cotta .Q. .Q. Narr[io] tri. plebis inferiori quem cedendum
dum putauit, neque C. Manlius, qui quantas res gesserit, una nobis liber
tas in medio esse poterit; neque non M. Tullius suum atque a uiro ab alienam potestate
testate in partum nobis obsidem sui animi in unam reliquerit libertate.
Quamobrem testor deos, deasque immortales, vestrasque maxime mentes, me non vite
turpitudine, non propter reliquos status infamia penas iure et lege prolui
sed propter virtutis inuidiam, propter iocundissimam ingenii laudem, propter magni
tudinem rerum gestarum crudelissime ciuitate priuari: quod si uti accidit
Q. Scipioni, si Mancino, si Rutilio, mihi quoque hoc accidisse, non magis per
erit mirandum: cum presertim non genus antiquitate, sed virtutis orna
mentis summam laudem sim consequutus. Hunc ego vos equites ro.
obtestor, quorum virtute nomen romanum victoriam cum laude possidet
coniunctam: quorum factis gloriantur, cives letantur, socii gemunt hostes,
ut si erga vos omni tempore optime animatus fui, si mea periculo neglecto dum
timorem a vobis propulsare, si eque liberis vestris quam praesens, ac vos pare
ntibus consueuistis, ut nunc me uelitis vestris opibus defensum, incolumem
in hac ciuitate retinere: que cum a scelerata coniuratione esset incensa
meo luctu, ac labore restincta est. Hec patiamini me a meis liberis
abstractum: a coniuge abreptum, ab aris focisque innocentem proiectum,
uitam degere in exilio, miseri mortalis casum subire, periit Tullius
in exilium. Itaque nimirum innocens ab innimico religiosus a scelerato be
niuolus huic ciuitati ab hoste. O misera vite ratio, que cadum resides
in voluptate, quam diu possit fortune libido, ego ne inimicus huic ciui
tati: quamobrem: quia inimicos necaui, ego ne hostis: quid ita: quia
hostes interfeci: heu conditionem huius temporis antea qui ad laude
dignissimi ducebantur: qui hec perfecerunt: nunc scelerati ac parri
cide ducuntur: qui hec administrarunt. Sint sane scelerati, super
istorum victoria, si modo victoria appellanda est: in qua ciuitas inest
luctus, habeant palmam hanc ex innocentis cruore. Tantum illud .ro.

equites ab uobis peto et rogo: ut quem saepe modo vestra laude cohonesta
tis, eundem in dubiis uite periculis, una virtute conseruetis.

M. T. CICERONIS PRO P. SEXTIO oratio incipit.

Si quis antea iudices mirabatur, quid esset quod pro tantis
opibus rei p. tantaque dignitate imperii nequaquam satis multi
ciues forti et magno animo inuenirentur: qui auderent se
et salutem suam in discrimen offerre: pro statu ciuitatis
et pro communi libertate, ex hoc tempore miretur potius, si quem bonum et for
tem uirum uiderit: quam si quem aut timidum aut sibi potius quam rei p. consu
lentem. Nam ut omittatis de unius cuiusque casu cogitando recordari
uno aspectu intueri potestis eos, qui cum senatu cum bonis omnibus rem p.
afflictam excitarint, et latrocinio domestico liberarint, mestos, sordi
datos, reos de capite, de fama, de ciuitate, de fortunis, de liberis di
micantes: eos autem qui omnia diuina et humana uexarint, uiolarint,
perturbarint, euerterint, non solum alacres letosque uolitare, sed etiam uolitantes
fortissimis atque optimis ciuibus periculum moliri, de se nihil timere
in quo cum multa sint indigna, tum nihil minus est ferendum quam quod
iam non per latrones suos, non per homines egestate ac scelere perditos
sed per vos nobis per optimos uiros, optimis ciuibus periculum inferre co
nantur: et quos lapidibus, quos ferro, quos facibus, quos ui manu,
copiis delere non potuerunt, hos uestra auctoritate, uestra religione, uestris
sententiis se oppressuros arbitrentur. Ego autem iudices qua uoce mihi
in agendis gratiis commemorandoque eorum qui de me optime meriti sunt
beneficia esse utendum putaui: ea nunc uti cogor in eorum periculis depellen
dis, his potissimum uox hec seruiat: quorum opera et mihi et uobis et
populo ro. libertas restituta est. quamquam a Q. Hortensio uiro clarissimo et eloquen
tissimo causa est P. Sextii publica pro orata: nihilque ab eo pretermissum est quod aut
pro re p. conquerendum fuit aut pro reo disputandum tamen aggrediar
ad dicendum, ne mea propugnatio ei potissimum defuisse uideatur
per quem est perfectum ne ceteris ciuibus deesset. atque ego sic statuo iudices
in hac causa atque in hac exercitatione dicendi a me locum pietatis potius

no[n] p[ro] scelerum magnitudine

q defensionis querelam q eloquentiae doloris: q ingenii partes et susceptas. Itaque si aut acrius egero, aut liberius q qui ante me dixerunt, peto a vobis ut tantum orationi meae concedatis quantum et pio dolori et iustae iracundiae concedendum putetis. nam nec officio coniunctior dolor ullius esse potest, q hic meus susceptus ex hominis de me optime meriti periculo. nec iracundia magis ulla laudanda q ea quae me inflammat eorum scelere, qui cum omnibus meae salutis defensoribus, bellum esse gerendum sibi indicaverunt.

Sed quoniam singulis criminibus ceteri responderunt, dicam ego de omni statu P. Sestii, de genere vitae, de natura, de moribus, de incredibili amore in bonos, de studio conservandae salutis communis atque otii. contendamque si modo consequi potero, ut in hac confusa atque universa defensione nihil a me quod ad vestram quaestionem, nihil quod ad rem p. pertineat, praetermissum esse videatur. — ut nil qd ad me

nihil quod ad reum

Et quoniam in gravissimis temporibus civitatis atque in ruinis eversae atque afflictae rei p. P. Sestii tribunatus est a fortuna ipsa collocatus, non aggrediar ad illa maxima atque amplissima, prius q docuero quibus initiis ac fundamentis hae tantae summis in rebus laudes excitatae sunt. parente P. Sestius natus est iudices homine ut plerique meministis et sapiente et sancto et severo: qui cum tribunus pl. primus inter homines nobilissimos, temporibus optimis factus esset: reliquis honoribus uti non tam voluit q dignus videri. Eo auctore duxit honestissimi et spectatissimi viri C. Albini filiam, ex qua hic est puer, et nupta iam filia duobus his gravissimis antiquitatis viris sic probatus fuit, utrique eorum ut carus maxime, et iocundus esset. reliquis honoribus ademit Albino soceri nomen mors filiae quoque caritatem illius necessitudinis et benivolentiam non ademit. hodie sic hunc diligit, ut vos facillime possitis ex hac et assiduitate eius, vel sollicitudine et modestia iudicare. duxit uxorem patre vivo optimi et calamitosi viri filiam. C. Scipionis clara in hoc P. Sestii pietas exstitit et omnibus grata, quod et Massiliam statim profectus est, ut socerum videret, consolarique posset fluctibus rei p. expulsum in alienis terris iacentem, quem in maiorum suorum vestigiis stare oportebat, et ad eum filiam eius adduxit, ut illo insperato aspectu complexuque si non omnem at aliquam partem maeroris sui deponeret, et maximis officiis, et illius aerumnam quoad vixit et filiae sollicitudinem sustentavit. Possum multa dicere de liberalitate, de domesticis officiis, de tribunatu militum, de provinciali in eo magistratu

abstinentia. Sed mihi ante oculos obversatur, rei p. dignitas, quae me ad se rapit, haec minora relinquere hortatur. Quaestor hic C. Antonii collegae mei iudices fuit sorte, sed societate consiliorum meus. impedior non nullius officii ut ego interpretor religione, quominus exponam quanta ad me deferret, quanto ante me provideret, atque ego de Antonio nihil dico, praeter unum, numquam illum illo summo timore, ac periculo civitatis societatis neque communem metum omnium, neque propriam non nullorum de ipso suspitionem, aut infitiando tollere, aut dissimulando sedare voluisse: in quo collegae sustinendo ac moderando si meam diligentiam in illum coniunctam cum summa custodia rei p. laudare vere solebatis: par prope laus P. Sestii debet, qui sum ita consulem observavit, ut et illi quaestor bonus et nobis omnibus optimus civis videretur. Idem cum illa coniuratio ex latebris atque ex tenebris erupisset, palamque armata volitaret, venit cum exercitu Capuam, quam urbem propter plurimas belli opportunitates ab illa impia et scelerata manu attemptari suspicabamur. C. Mevulanum tribunum militum Antonii Capua praecipitem eiecit hominem perditum, et non obscure Pisauri et aliis agri Gallici partibus in illa alia coniuratione versatum. Idemque C. Marcellum cum is non solum Capuam venisset. verum etiam se quasi armorum studio in maximam familiam contulisset, exterminandum ex illa urbe curavit. Quo nomine consulatu decretum et tum consentiens ille Capuae, qui propter salutem illius urbis consulatu conservatam in eo, me unicum patronum adoptavit, huic P. Sestio apud me maximas gratias egit. et hoc tempore homines nomine commutato colonos decuriones quosque fortissimi atque optimi viri beneficium, fidem hominis testimonio declarant, periculumque deprecantur suo decreto, urbem se atque omnes boni deprehensis atque oppressis domesticis hostibus me duce et periculis maximis extraxissent cum illo exercitu quem tum secum habebat, quibus hic litteris lectis ad urbem confestim incredibili celeritate advolavit. atque ut illius temporis atrocitatem recordari possitis, claudite litteras et iram memoriam ad timoris pro cogitatione excitate litterae Ciceronis consulis. Hoc P. Sestii tr. pl. novorum quintum extremis diebus consulatus mei, res meas, quas gessimus vexare cupiebant, reliquique coniurationis impetus et conatus sunt retardati. Ac postea intellectum est catone tr. pl. fortissimo atque optimo cive r. p. defendente per se ipsum sine praesidio tueri facile maiestatem suam

P. Sexti testimonio declarant! periculum decreto suo deprecantur. Recita quaeso P. Sexti, quid decreverint Capuae decuriones, ut iam virilis tua vox possit aliquid significare inimicis nostris! quidnam cum se corroborarit! at effectura esse videbatur. Decreta decurionum non recito decretum officio aliquo expressum vicinitatis aut clientelae, aut hospitii publici, aut ambitionis aut commendationis gratia: sed recito memoriam perfuncti periculi, praedicationem amplissimi beneficii, vocem officii praesentis, testimonium praeteriti temporis. Atque illis temporibus eisdem cum iam Capuam metu Sextius liberasset: urbem senatus atque omnes boni deprehensis atque oppressis domesticis hostibus, me duce ex periculis maximis extraxisset! Ego litteris P. Sextium Capua arcessivi cum illo exercitu

dignitatemque cons. qui salutem com̄i periculo suo defendissent. Sextius cum illo exercitu summa est celeritate antonium consequutus: hic ego quid prędicem quibus hic rebus consulem ad rem gerendam excitarit: quot stimulos admouerit. hos fortassis studioso victorię sed tam nimium communem marte bellicosumque intuendi longum est dicere: Sed hoc breue dicam, si M. petreii non excellens animus et amor rei p. virtus: non summa auctoritas apud milites, non mirificus usus in re militari extitisset, neque adiutor rei p. sextius ad excitandum antonium cohortandum, accusandum, impellendum fuisset datus: illo in bello nequaquam catilina. Recita quęso. P. sexti quid decreuerunt capuę decuriones, ut iam uirilis tua uox possit aliquid significare inimicis nostris, quid nam corroborarint effectum esse uideatur decreta decurionum, non recito decretum aliquo officio expressum uicinitatis aut clientelę, aut hospitii publici, aut ambitionis aut commendationis gratia: sed recito memoriam perfuncti periculi, prędicationem amplissimi beneficii, uim et officii presens testimonium pręteriti temporis atque illis temporibus cum iam capuam metu sextius liberasset. Ego litteris eum capua accersiui: quibus lectis ad urbem confestim incredibili celeritate aduolauit, et cum illo suo exercitu eadem celeritate est antonium consecutus, hic ego quid prędicem: quibus hic rebus consulem ad rem gerendam excitarit: quot stimulos admouerit, longum est dicere. Sed hoc breuiter dicam: nisi adiutor rei p. sextius ad excitandum et ad cohortandum antonium accusandum impellendum fuisset datus: illo in bello nequaquam catilinam eum e pruina apennini atque e niuibus illis emersisset sine multo sanguine concidisset. Hunc quidem cum attulit ad tribunatum. P. sextius ut quęsturam macedonię relinquam, et aliquando ad hęc propiora ueniam quamquam non est obmittenda singularis illa integritas prouincialis, cuius ego nuper in macedonia uidi uestigia non pressa leuiter ad exigui prędicationem temporis, sed fixa ad memoriam illius prouincię sempiternam. Uerum hęc ita pręteramus, ut tamen intuentes et respectantes relinquamus: ad tribunatum quo ipse ad sese iamdudum uocat, et quodammodo absorbet orationem meam, contento dentes studio, cursuque ueniamus qui tribunatus, quoniam nil aliud in nomen meum, causamque continuit, necesse mihi de hisdem rebus esse arbitror, si non subtilius disputandum: at certe dolentius deplorandum. ua in oratione si asperius in quosdam homines inuehi uellem: quis non

de quo quidem tribunatu ita dictum ab hortensio est: ut eius oratio defensionem non modo criminum uideretur continere: sed et memoria digna, uti rei p. capessende auctoritatem disciplinamque perscribere: Sed tamen quoniam Tribunatus que totus p. Sextii

18
p. Sex. Roscio

res p. desiderarit. Legum multitudinem, cum earum quę latę sunt: tum uero quę promulgatę fuerunt. Nam latę sunt consulibus illis tacentibus dicam: imo uero approbantibus et ut censori animaduersio et grauissimum iudicium sanctissimi magistratus tolleretur de re p. ut collegia non modo illa uetera contra senatus consultum restituerentur: Sed uno gladiatore innumerabilia alia noua conscriberentur: ut remissis semissibus et trientibus quinta prope pars uectigalium tolleretur: ut Gabinio pro illa sua cilicia quam sibi si rem p. prodidisset: pactus erat: Syria daretur. ut uni helluoni bis de eadem re deliberandi esset rogata: legem ferret prouincię commutande. Mitto eam legem: quę omnia religionum iura, auspiciorum potestatum, omnes leges quę sunt de iure et de tempore legum rogandarum, una rogatione deleuit. Mitto omnem domesticam laudem et exteras nationes illius anni furore conquassatas uidebamus lege tribunitia matris magnę pessinuntius ille Sacerdos expulsus et spoliatus Sacerdotio est: fanumque sanctissimarum atque antiquissimarum religionum uenditum pecunia grandi Brogitaro impuro homini: atque indigno illa religione presertim: cum ea sibi ille non colendi sed uiolandi causa appetisset: appellari Reges a populo: qui id numquam ne a Senatu quidem postulassent: reducti exules bizantium: condemnati tum: cum indemnati Ciues e ciuitate eiiciebantur. Rex Ptolemeus qui et si non dum erat ipse a Senatu socius appellatus: erat tamen frater eius Regis: qui cum esset in eadem causa iam parata Senatus: honorem istum consecutus erat. Eodem genere hiis denique maioribus, eadem uetustate societatis: denique erat Rex: Sed non dum socius at non hostis: pacatus, quietus fretus imperio populi romani. Regno paterno atque auito regali ocio perfruebatur. De hoc nihil cogitante, nihil suspicante eiusdem operis suffragium demque ferentibus est rogatum, ut sedens cum purpura et sceptro et illis insignibus Regiis preconi publico subiiceretur. Et imperante populo romano qui et bello uictis Regibus regna reddere consueuit, Rex amicus nulla iniuria commemorata, nullis repetitis cum bonis omnibus publicaretur. multa acerba: multa turpia: multa turbulenta habuit ille annus: tamen illi sceleri quod in me illorum immanitas edidit: haud scio an hoc recte proximum esse dicam. Antiochum illum magnum maiores nostri magna belli contentione terra marique superatum, uitra montem Taurum regnare iusserunt: Asiam, qua illum multarunt, Attalo ut in ea regnaret condonauerunt. Quo cum Armeniorum Rege Tygranne graue bellum, perdiuturnumque gessimus: cum ille iniuriis in socios nostros inferendis, bello prope nos lacessisset. Hic et ipse per se uehemens fuit: et acerrimum hostem huius imperii Mithridatem pulsum pro eo opibus suis, regnoque defendit: et a Lucullo summo uiro atque imperatore pulsum: animo tamen hostili cum reliquis copiis suis in pristina mente mansit. Hunc. CN. Pompei cum in suis castris supplicem abiectum amentemque uidisset: erexit: atque insigne Regium quod ille de suo capite abiecerat reposuit: et imperatis certis rebus regnare iussit. Nec minus et sibi et huic imperio gloriosum putauit, constitutum a se Regem: quam constrictum uideri. Tulit. gessit: qui et ipse hostis

fuit p. r.: et acerrimum hostem in regnum recepit: qui confligit: qui signa contulit: qui de imperio pene certauit. Regnat hodie et amicitie nom ac societatis quod armis uiolarat: id precibus e consecutus. Ille Cyprius miser: qui semp socius semp amicus fuit: de quo nulla unq suspitio durior ad Senatu aut ad Imperatores nros allata e: uiuus ut aiunt e: et uidens cum uictu aut uestitu suo publicatus. En cur ceteri Reges stabilem ee suam fortunam arbitrentur: cum hoc illius funesti anni pdito exemplo uideant p tribunu aliquez et sexcentas operas se fortunis spoliari: et regno omni posse nudari. At etiam eo negocio M. Catonis splendore maculare uoluerunt, ignari quid grauitas, quid integritas: quid magnitudo animi: quid denique uirtus ualeret: que in tempestate sua quieta e: et lucet i tenebris: et pulsa loco manet tn atque heret in patria: splendetque p se se semp: nec alienis unq sordibus obsolescit. Non illo ornandum M. Catonem: sz relegandum illud negocium sibi imponendu putauerunt: qui in concione palam dixerunt linguam se euellisse M. Catoni: que semp extra ordinarias potestates libera fuisset. Sentient ut spero breui tempore manere libertatem illam: atque hoc etiam si fieri poterit ee maiorem: quod cum consulibus illis M. Cato etiam cum iam desperasset aliquid auctoritate sua pficere posse: tamen uoce ipsa ac dolore pugnauit: et post meum discessum his Pisonem uerbis flens meum et rei. p. casum uexauit: ut illum hominem perditissimum atque impudentissimum pene iam prouincie poeniteret. Cur igitur rogationi paruit: quasi uero ille non i alteras quoque leges quas iniuste rogatas putaret iam ante rogari. Non offert se ille istis temeritatibus, ut cum rei. p. nihil prosit: se ciuitate uiro priuet. Consule me, cum eet designatus tr. pl. obtulit in discrimen uitam suam: dixit eam sententiam: cui inuidiam capitis periculo sibi prestandam uidebat. dixit uehementer: ea que sensit, pre se tulit. Dux, autor, actor rerum illarum fuit: non quo periculum suum non uideret: sz i tanta rei. p. tempestate nihil sibi, nisi de patrie periculis cogitandum putabat: consecutus e ipsius tribunatus.

Quid ergo de singulari magnitudine animi eius ac de incredibili uirtute dicam? Meministis illum diem: cum templo a collega occupato, nobis omnibus de uita eius uiri et ciuis timentibus: ipse animo fortissimo uenit in templum et clamorem hominum auctoritate, impetum improborum uirtute sedauit. Adiit cum periculo: sed adiit tamen: que quanta fuit, mihi dicere non e necesse. At si isti cyprie rogationi non sceleratissime paruisset: hereret illa nihilominus in re p. turpitudo. Regno enim iam publicato: de ipso Catone erat iam nominatim rogatum: quod ille si repudiasset: dubitatis quin ei uis esset allata? Cum omnia acta illius anni p illum unum labefactari uiderentur. Atque etiam hoc uidebat, quoniam illa in re p. macula regni publicati maneret: quam nemo iam posset eluere: quod ex malis bonum posset i re p.

Sz necesse e antequam de tribunatu P. Sextii dicere incipiam: me totum superioris anni rei p. naufragium exponere. In quo colligendo ac reficiendo saluti com omnia reperientur P. Sextii dicta, facta, consilia uersata. Fuerat ille annus tanquam i re p. sud, qui magno metu et multorum timore intentus: arcus i me unum sicut uulgo ignari rerum loquebantur: re quidem uera i uniuersam re p. traductione ad plebem furibundi hominis ac perditi, mentem cumtati: sed multo acrius ocii et cois salutis inimici. Hunc Tribunum, uir clarissimus in multis repugnantibus amicissimus Cn. Pompeius omni cautione foedere execratione deuinxerat.

P. Sextio 18

conederet ut eos quorum scelere furore uiolatus essem: et furore uariis libertate pstringerem, sed ut quam moderate et huic potius tempori seruiam, quam dolori meo. Siqui occulte a salute nra dissentiunt, lateant: siqui fecerunt aliquid aliqn, atque idem nunc tacent et quiescunt, nos quoque sumus obliti: siqui se efferunt insectanturque quoad ferri poterunt, perferemus, neque quemquam offendet oratio mea, nisi qui se ita obtulerit, ut in eum non inuasisse sed incurrisse uideamur. CN. pompeium. C. clodium tri mihi uir utique clarissimus omni cautione foedere execratione deuinxerat: nihil in tribunatu contra me ee facturum. At ille nepharius ex omnium scelerum colluuione natus parum se foedus uiolaturum arbitratus, nisi ipsum cautorem alieni periculi suis propriis periculis terruisset in euertenda re. p. felix fuit nullis suis seruis, qui eum iam sustinere uiri nequiuerunt, hominis fraternis flagitiis, sororis stupris, omni inaudita libidine insani. Sed fuit profecto quedam illa re. p. fortuna fatalis, ut ille cecus atque amens tribunus pl. nasceretur. O quid dicam consules. Hoccine ut ego nomine appellem euersores, huius imperii proditores, uite dignitatis hostes hominum bonorum omnium. O qui ad delendum senatum affligendum equestrem ordinem, extinguenda omnia iura atque instituta maiorum se illis fascibus, ceterisque insignibus summi honoris atque imperii ornatos ee arbitrabantur: quorum p deos immortales si non dum scelera, uulneraque inusta rei p. uultis recordari: uultum atque incessum animis intuemini: facilius eorum facta occurrent mentibus uestris, si ora ipsa oculis uestris proposueritis. Alter unguentis affluens calamistrata coma despiciens conscios stuprorum ac ueteres fautores eum uexatores etatule sue puteolis et fenatorum gregibus inflatus contemnebat equites ro. alter o dii boni quam teter incedebat, quam truculentus, quam terribilis aspectu: unum aliquem te ex barbatis illis exemplum imperii ueteris, ymaginem antiquitatis columen rei p. diceres intueri. Vestitus asper hac nra purpura plebeia ac pene fusca, capillo ita horrido, ut iam hominibus non supercilium, sed pignus rei p. uideretur: tanta erat grauitas in oculo, tanta frontis contractio, erat denique hic cuium sermo. Est tandem rei p. magnum firmumque subsidium, habeo quem opponam labi illi atque ceno uultu medius fidius collega sui libidinem, leuitatemque franget, habebit senatus ut illo supercilio annum tamquam illo niti tamquam uideretur.

hanc tetram immanemque beluam uinctam auspiciis alligatam more maiorum constrictam legum sacrarum catenis absoluit subito lege consul, uel ut ego arbitror exhortatus uel ut nemo putaret iniuratus, ignarus quid certe et prudens impendentium scelerum tantorumque ac malorum q. tr. pl.

Cosaus furtorum ac ueterum uexationum etatule sue puteolis et foenatorum gregibus inflatus atque pulsus olim nesculeio illo eris alieni i freto ad colunas adheresceret: In Tribunatus portum ifugeret, contenebat equites ro. minitabat Senatui: uenditabat se operis: atque ab iis se ereptum ne de ambitu causam diceret pdicabat, ab iisdemque se etiam inuito Senatu prouinciam sperare dicebat: eamque nisi adeptus esset, se incolumem nullo modo fore arbitrabatur.

ut capua que ipam tum imaginis formande causa duum virorum gerebat sepius iam sublaturus uideretur. Nam quid ego de supercilio dicam: quod tu hominis.

in huc annu que sequatur, no deerit auctor et dux bonis, mihi denique omnes precipue gratulabantur: quia habituros esse[n]t contra tr. pl. furiosum et audacem tum cum annuum et assiduum, tum etiam fortem et gravem consulem atque eorum alteri fefellit neminem. Quis enim clavum tanti imperij tenere et gubernacula rei p. tractare in maximo cursu et fluctibus posse arbitraretur hominem emersum subito ex diuturnis tenebris lustrorum ac stuprorum vinolentum ganeis lenocinijs, adulterijs que confectum. Cum is preter spem in altissimo gradu alienis opibus positus esset, qui non modo tempestatem impendentem intueri temulentus, sed ne lucem quidem insolitam aspicere posset. Alter multos plane in omnes partes fefellit. Erat enim hominum opinione, nobilitate ipsa blanda conciliatricula commendatus, omnes boni semper nobilitati favemus, et quia eum tristem semper, taciturnumque subhorridum et atque incultum videbant, et quod erat eo nomine, ut ingenita familie frugi nobilitas videretur: favebant, gaudebant et ad integritatem maiorum spe sua hominem vocabant, materni generis obliti. Ego autem hoc vere dicam iudices: tantum esse in homine sceleris, audacie, crudelitatis, quantum ipse cum re. p. sensi: nunquam putavi. nequam esse hominem et levem, et falsa opinione errore hominum ab adolescentia commendatum sciebam: etenim animus eius vultu, flagitia parietibus tegebantur. Sed hec obstructio nec diuturna erat, nec obducta ita ut curiosis oculis perspici non posset. Videbamus genus vite, desidiam et inertiam, inclusas eius libidines, qui paulo propius accesserant, intuebantur: denique et sermonis ansas dabat quibus reconditos eius sensus tenere possemus. Laudabat homo doctus philosophos, nescio quos, neque eorum tamen nomina poterat dicere, sed tamen eos laudabat maxime qui dicuntur at quos noluit preter ceteros esse auctores et laudatores voluptatum. Aiebat nihil esse comparabilius illis otiosa vita, et plena et conferta voluptatibus, eos autem qui dicerent, dignitatis esse serviendum, rei p. consulendum, officij rationem in omni vita, non commodi esse ducenda: adeunda pro patria sub pericula, vulnera excipienda, mortem oppetendam vaticinari atque insanire dicebat. Ex his assiduis eius quotidianisque sermonibus, et quod videbam quibuscum hominibus interiore in edium parte viveret ageret ne diu: et quod ita domus ipsa fumabat, ut multa eius sermonis indicia redolerent. Statuebam sic boni

Et quia utile est rei p. nobiles esse homines dignos maioribus suis: et quia valet apud nos clarorum hominum et senorum de re p. meritorum memoria et mortuorum: quia tristem semper: quia taciturnum quia subhorridum

[b] Cuius et quo tempore et quo modo non querebat verbum ipsum omnibus modis animi et corporis devorabat. eosdemque preclaro dicere aiebat: Sapientes omnia sua causa facere. re p. capessere hominem bene sanum non oportere

foedus fecerunt cum Tr. pl.no palam: ut ab eo provincias acciperent: quas ipsi vellent: exercitum et pecuniam: quantam vellent ea lege: si ipsi prius Tr. pl.no afflictam re. p. tradidissent. Id nos foedus meo sanguine ictum sanciri posse dicebat. Qua re patefacta nec dissimulari tantum scelus poterat, nec latere. Promulgantur uno eodemque tempore rogationes ab eodem Tr.no de mea pernicie et de provincijs nominatim Consulum. hic tum Senatus sollicitus: vos equites ro. excitati: ita illa cuncta permota: omnes denique omnium generum atque ordinum cives summe rei p. a consulibus atque a summo imperio petendum esse auxilium arbitrabantur: cum illi soli essent preter flagitiosum illum Tr.num

P. P. sextio. 18

nihil ab his unquam illius expectandum, mali quidem certe nihil pertimescendum. Sed ita est iudices, ut si gladium parvo puero, aut si inbecillo seni aut debili dederis, ipse impetu suo nemini noceat, si ad nudum vel fortissimi viri corpus accesserit: possit acie ipsa ut et ferri viribus vulnerari. Ita cum hominibus enervatis, et exsanguibus consulatus, tamquam gladius esset datus, qui per se neminem unquam pungere potuissent, hi summi ipsi nomine armati, rem p. trucidarunt tum. hi duo soli fuerunt preter illum furiosum tribunum, duo rei p. turbines, qui non modo precipitanti patrie non subvenirent, sed eam nimium tarde concidere mererent. Flagitabatur ab his quotidie cum querelis bonorum omnium, tum etiam precibus senatus ut meam causam susciperent: agerent aliquid, denique ad Senatum referret. hi non modo negando, sed etiam irridendo, amplissimum quemque illius ordinis insequebantur. hic subito senatus, et universus equestre ordo flens, consulatus mei causa, concionatum Ciannatum consulem orabat. Nam alter ille horridus et severus consulto se domi continebat. quanta superbia cenum illud ac labes amplissimi ordinis preces et lacrimas repudiavit. ut me ipsum contempsit helluo patrie. Ita quid ego de patrimonijs patrimonii dicam. vos inquam equites ro. et omnes boni vestem mutastis, vos inquam pro meo capite ad pedes lenonis impurissimi proiecistis. O diem illum iud. funestum senatui bonisque omnibus et rei p. luctuosum mihi ad domesticum merorem gravem: ad posteritatis memoriam gloriosum: quid enim quisque potest ex omni memoria sumere illustrius. quam pro uno cive et bonos omnes privato consensu et universum senatum pu.co consilio mutasse vestem. Quam quidem tum mutationem non deprecationis causa facta: sed luctus. Quem enim deprecari se cum omnes essent sordidati: cumque hoc satis esset signum esse improbum: qui mutata veste non esset: ac mutatione facta vestis tanto in luctu civitatis omitto quod ille Tr. omnium rerum divinarum humanarumque predo et fecerit: qui adesse nobilissimos adolescentes honestissimos equites ro. deprecatores salutis mee iussit: eosque operarum suarum gladijs et lapidibus obiecerit. De consulibus loquor: quorum fide res p. niti debuit. ... pro Quam ... Propitianto luctu civitatis omitto quid ille tribunus omnium rerum divinarum humanarumque predo fecerit. Exanimatus evolat ex senatu non minus perturbato animo et vultu quam si annis ante paucis in creditorum conventum incidisset, advocat contionem, habet orationem talem, qualem consul nunquam Catilina victor habuisset. errare homines si etiam tum senatum aliquid in re. p. posse arbitrarentur. Et si me attentissimis animis summa cum benignitate auditis iudices, non vereor ne quis forte vestrum miretur, quid hec mea oratio tam longa aut tam alte repetita velit: aut quid ad P. Sestij causam eorum qui ante huius tribunatum rem p. vexarint delicta pertineant. mihi autem hoc propositum est ostendere omnia consilia P. Sestij mentemque totius tribunatus hanc fuisse, ut afflicte ac perdite rei p. quantum posset, mederetur: ac si in exponendis illis vulneribus de me ipso

[o] Cum incredibilis in Capitolium multitudo ex tota urbe, cunctaque Italia convenisset: vestem mutandam omnes: meque etiam omni ratione privato consilio: quoniam publica res p. careret: defendendum putarunt. Erat eodem tempore Senatus in ede concordie quod ipsum templum repetebat me consulatus mei cum cum flens universus ordo Cincinnatum consulem orabat etc.

Quod ille tum qui questum faceret: amisit.

[o] Cum unus pater a latrone illo repudiatus esset. vir incredibili fide, magnitudine animi. L. Ninius ad Senatum de re. p. retulit: Senatusque frequens vestem pro mea salute mutandam censuit.

[II] Que quidem tum mutatio non deprecationis causa est facta: sed luctus: quem enim deprecari se cum omnes essent sordidati: cumque hoc satis esset signum esse improbum: qui mutata veste non esset: ac mutatione facta vestis tanto in luctu civitatis omitto quod ille Tr. omnium rerum divinarum humanarumque predo et fecerit: qui adesse nobilissimos adolescentes honestissimos equites ro. deprecatores salutis mee iussit: eosque operarum suarum gladijs et lapidibus obiecerit. De consulibus loquor: quorum fide res p. niti debuit. Exanimatus evolat ex Senatu non minus perturbato animo atque vultu quam si annis ante paucis in creditorum conventum incidisset. advocat concionem: habet orationem talem consul qualem nunquam Catilina victor habuisset. errare homines: si etiam tum Senatum aliquid

re. p. posse arbitrarentur. equites vero ro. daturos illius diei poenas: quo me consule cum gladiis in capitolium duci fecissent: venisse tempus ijs qui timore fuissent: compatisset ... dicebat vlciscendos: ... dixisset hoc solum: omni supplicio esset dignus. Nam oratio ipsa consulis potest re. p. labefactare. Quid fecerit videte: illum iam quam omni me ipsum pro summa familiaritate que cum fratre meo vel cum patre eius erat unice diligebat tum: cum pro re. p. vel mortem oppetere cupiebat: in concione lege relegavit: edixitque ut ab urbe abesset. M. P. A. quod esset ausus cum bene merito civi: pro amico pro re. p. deprecari. Quid de hoc homine facias: aut quo cive importunum: aut quo potius hostem tam sceleratum reservas: qui ut omittam cetera que sunt ei cum collega immani, impuroque communia atque coniuncta: hoc unum habet proprium: ut expulit ex urbe: relegarit non dico equitem ro: non ornatissimum atque optimum virum non amicissimum rei p. civem: non illo ipso tempore una cum Senatu et cum bonis omnibus casum amici rei que p. lugentem: sed civem Ro.num sine ullo iudicio atque edicto ex patria consul eiecerit. Nihil acerbius socijs et latinis inferre soliti sunt: quam si id quod perraro accidit: ex urbe ire a consule iuberentur. Atque illis tum erat reditus in suas civitates, ad suos lares familiares: et in illo incommodo nulla in quemquam propria ignominia nominatim cadebat. hoc vero quid est: exterminabit cives ro. edicto consul: quos a suis dijs penatibus expellet a patria vel quem volet: damnabit: atque eiiciet nominatim. hic si unquam vos quales nunc estis in re. p. fore putassetis: si denique imagines iudiciorum aut simulacrum aliquod futurum in civitate reliquum credidissent: nunquam ausus esset Senatum de re. p. tollere: equites ro. preces aspernari civium: denique novis omnium et inauditis edictis jus, libertatem que evertere.

ignoscatote

plura dicere videbor, cognoscite. Nam et illam meā cladem vos et omēs boni maximam et rei. p. vulnus vidistis, et P. Sextius est reus, nō suo sed in eo nōīe qui cū omēm vim sui tribunatus in mea salute cōsumpsisset, necesse est meā causā præteriti temporis cū huius presentis defensione esse coniunctam. Erat ē in luctu senatus, squalebat civitas publico cōsilio veste mutata. nullum erat ytalie municipiū, nulla colonia, nulla præfectura, nulla romæ societas vectigalium, nullū collegiū aut concilium aut ōīo aliquod cōe consiliū, quod tū nō honorificentissime de mea salute decrevisset: cū subito edicunt duo consules, ut ad suū vestitū senatōes redirent. Quis tirannus miseros lugere vetuit? parum ne ē piso ut obmittam gabinium, q tantū hōīes fefellisti, ut negliges auctoritatem senatus: optimi cuiusque consilia cōtempneres: rem. p. proderes. consulare nomen affligeres; etiā ne edicere audeas ne mererent hōīes suam meā rei. p. calamitatem, ne ve hūc suū dolorem veste mutata significarent? sive illa vestis mutatio ad luctū ipsorū, sive ad deprecandum valebat. Quis umquam tam crudelis fuit, qui prohiberet quemquam aut sibi merere: aut ceteris supplicare. Idemque consules quos nemo ē, qui nō modo ex memoria, sed etiā ex fastis evellendos putet. voce ac sententia sua decreverat ut servorum delectus haberetur. pro tribunali aurelio, ut vicatim hōīes scriberentur, decuriarentur ad vim ad manus, ad cedem, ad direptionem incitarentur. que cū essent eius mōī videres, cū senatus nullos duces ac pro ducibus proditores aut potius apertos hostes hēret: equester ordo reus a consule in citaretur. italie totius auctoritas repudiaretur. alij notati relegarentur, alij metu, & periculo terrerentur. arma essent in templis armati in foro, eaque nō silentio consulum dissimularentur: sed voce et sententia conprobarentur: cū omēs, nō dum urbem exitiam et eversam sed iam captā, atque oppressam videremus. Tam his tantis malis, tanto bonorum studio videres restitissemus. Sz me alij metus atque alie curæ suspitionesque movērunt. Exponam .n. hodierno die videres, omēm rōem facti, et consilij mei: neque huic vobis tanto studio audiendi, neque huic tante multitudini, quāta mea memoria numquam ullo in iudicio fuit deero: eas res gessam, quarum nō unus auctor, sed dux omnium voluntatis fuissem, que nō modo ad meā singlem gloriā, sed ad cōem salutem omnium civium, et prope gentiū omnium pertinerent, erat aūt in contentio

ea conditione gesserā: ut meus factū se omēs pstare tuerique deberent.

Quis umq̄ consul senatū ipsum r decretis parē consulatus prohibuit.

Quid sua sponte hōīes ī amicorum periculis vestitū mutare nō solent? Pro te ipso Pisone nemo mutavit? Ne isti quidem quos legatos nō modo nullo Senatus consulto: sed et repugnante Senatu tu te tibi legasti. Ergo hōīes desperati ac proditores rei. p. casū lugere forte? Qui volet civis florentissimi benivolentia bonorum ac optime de salute patrie meriti, periculū cōiunctū cū periculo civitatis lugere Senatui nō licebit? Sed consules: si appellandi sunt Consules: quos nemo ē: qui nō modo ex memoria sed et ex fastis evellendos putet, pacto iā foedere provinciarum producti ī circo flaminio in concionem ab illa furia ac peste patrie maximo cū gemitu vestro illa oīa q tū contra me: quæ contra rē. p. dixerant.

Nā si ego ī cā bona tāto studio Senatus consensu tā incredibili bonorum omnium tam parato: tota denique Italia ad omēm contentionem expedita essem: cessi. tr. plebis despicatissimi hōīs furori contempsi Consulis levitatem: audaciā que pertimuit ad me tuendum: nullius animi: nullius consilij fuisse cōfiteor. Quid .n. simile fuit ī. M. Metello? Cuius causam etsi omēs boni probabant: tū nz Senatus publice: nz ullus ordo proprie: nz suis decretis Italia tota susceperat! Ad suam .n. magis ille gloriam: quam ad perspicuā salutem rei. p. sumpserat. Cū unus ī legem per vim latā iurare noluerat. Denique videbatur hac condicione tam fortis fuisse: ut cum patrie caritate cōstantie gloriam commutaret! Erat .n. hæc res cum exercitu. C. Marij invicto. habebat inimicū. C. Mariū cōservatorem patrie. Sextū iā illū Cōsulatum gerentem. Res erat cū. L. Saturnino iterum tr. pl. vigilante hōīe et ī cā populari si nō moderate! at certe populariter. At iste ne tergiversato cessit. ne aut victus a fortibus viris cū dedecore caderet: aut ne victor multis et fortibus civibus rē. p. orbaret. Meā cam Senatus palam: equester ordo acerrime: cuncta Italia publice omnes boni, enixeque susceperant.

18
pro Sex. Roscio

provincie: id utilius esse pro se conservari: quam pro alios. Atque ille est si aliquapiam vi pelleretur illis temporibus ex hac urbe facile pateret. Etenim quod superiore anno senatu caruisset: quī tum veniret: me tam sociorum suorum in re. p. consilio ex videre possit: is equo aīo tum me expulso et meo nomine cum universo senatu: tum sententia sua cōdemnata in hac urbe esse posset. Ille vero eidem tempori, quo nos: eidem furori et eisdem cōsulibus, eisdem minis insidiis, periculis cessit. Luctū nos hausimus maiorē: ille aīo nō minorē. His de tantis iniuriis in socios: in Reges: in liberas Civitates querela esse debuit. in eius magistratus tutela Reges atque extere nationes semper fuerunt. Hæc vox Consulum numquam ē audita: quamquam quis auderet, si maxime queri vellent de Cyprio Rege querere: Qui me civē nullo meo crimine patrie nomine laborantē nō modo stantē nō defenderunt: sed ne quidem iacentem protexerunt. Cesserā. Si alienam a me plebem fuisse vultis: qua nō fuit invidie: siquo moveri oīa videbantur tempore: si vis susceperat armis: si societas magistratuum pactioni: si periculum civium rei. p. cur eum de capite cuius nō disputo, cuiusmodi civis et de bonis proscripti ferret: cum et sacris legibus et xii. tabulis sancitum esset, ut nz privilegium irrogari: neve de capite: nisi centuriatis comitiis rogari. Nulla vox ē audita Consulum: constitutumque illo anno ē, quantum in illis duabus huius imperii pestibus fuit, iure posse per operas concitatas quemvis civē nominatim tr. pl. concilio ex civitate promulgari. Que cum promulgata illo anno fuerunt: que promissa multis: que cōscripta: que rogata, quid dicam. Qui locus orbis terre iā nō erat alicui destinatus. Cuius negocii publici cogitari, optari, fingique ratio potuit. quæ nō esset attributa atque descripta. Quod genus imperii: queque provincia. que ratio aut flande aut conflande pecunie nō reperiebatur. Que regio, ordve terrarum erat latior: in qua nō regnum aliquod statueretur. quis hic Rex erat: qui illo anno nō aut emendū sibi: quod nō habebat: aut redimendum quod habebat, arbitraretur. Quis pecuniā: quis provinciam: quis legationem a senatu petebat. damnatis de vi restitutio, consulatus petitio, ipsi illi popularī Sacerdoti cōparabatur. Hæc gemebant boni: sperabant improbi: agebat tr. pl. Consules adiuvabant. Et Hæc aliquanto serius quam ipse vellet. CN. Pompeius invitissimis iis: quod mentem optimi ac fortissimi viri suis consiliis ac fictis terroribus a defensione mee salutis averterat, excitavit illam suam nō sopitam, sed suspicione aliqua retardatam cōsuetudinem rei p. bene gerende. Nō ē passus ille vir: qui sceleratissimos cives: qui acerrimos hostes: qui maximas nationes: qui Reges: qui gentes feras atque inauditas: qui predonum infinitam manum: qui etiam servitia virtute victoriaque domuisset: qui oībus bellis terra marique compressis imperium p. r. orbis terrarum terminis definisset: rē. p. everti scelere paucorum quam ipse nō solum consiliis: sed et sanguine suo sepe defendisset. Accessit ad causam p. restituit auctoritate sua reliquis rebus: de perditis questus ē sit quedā ad meliorē spē inclinatio visa ē.

Decreuit Senatus frequens de meo reditu Kl. Junii dissentiente nullo, referente L. Ninnio: cuius in mea causa numquam fides virtusque contremuit. Intercessit Ligus iste nescio qui additamentum inimicorum meorum. Res erat et causa nostra eo loci: ut erigere oculos et viuere videretur. Quisquis erat: qui aliquam partem in meo luctu sceleris Clodiani attigisset: quocumque venerat: quod iudicium aliquod sibi erat: damnabatur. Inueniebatur nemo qui se suffragium de me tulisse confiteretur. Decesserat ab Asia frater meus magno squalore: sed multo etiam maiore moerore. Huic ad urbem venienti tota obvia civitas cum lachrymis gemituque processerat. Loquebatur liberius Senatus: concurrebant equites romani. Piso ille gener meus: cui fructum pietatis sue neque ex me neque a populo romano ferre licuit: a propinquo suo socerum suum flagitabat. Omnia Senatus reiiciebat: nisi de me Consules prius tulissent. Que cum res iam manibus teneretur: cum consules provinciarum pactione libertatem omnem perdidissent: qui cum in Senatu privati ut de me sententias dicerent flagitabantur: legem illi se Clodiam timere dixerunt: cum hec non possent iam diutius sustinere: initur consilium de interitu Cn. Pompeii. Quo patefacto, ferroque deprehenso: ille inclusus domi tamdiu fuit: quamdiu inimicus meus in tribunatu. De meo reditu octo tribuni promulgarent. Ex quo intellectum est non mihi absenti crevisse amicos in ea praesertim fortuna: in qua non nulli et quos esse putaveram non erant: sed eos voluntatem semper eandem: libertatem eandem non semper habuisse. Nam ex viii. tribunis quos tunc habueramus unus me absente defluxit: qui cognomen sibi ex aliorum imaginibus arripuit: quo magis nationis eius esse quam generis videretur. Hoc igitur anno Magistratibus novis designatis, cum omnes boni omnem spem melioris status in eorum fidem convertissent: Princeps P. Lentulus auctoritate ac sententia Pisone et Gabinio repugnantibus causam suscepit. tribunisque pl. octo referentibus praestantissimam de me sententiam dixit: qui cum ad gloriam suam atque ad amplissimi beneficii gratiam magis pertinere videret causam illam integram ad sui consulatum reservari: tamen rem talem per alios citius: quam per se tardius confici malebat. Hoc

Hoc interim tempore P. Sextius designatus iter ad C. Cesarem pro mea salute suscepit. Quid egerit: quantum profecerit: nihil ad causam pertinet. Equidem existimo, si ille ut arbitror equus nobis fuit: nihil ab hoc profectum: sin iratus: non multum. Sed tamen sedulitatem atque integritatem hominis videtis. Ingredior iam in Sextii Tribunatum. Nam hoc primum iter designatus rei p. causa suscepit. pertinere esse ad concordiam civium putavit et ad perficiendi facultatem animum Cesaris a causa non abhorrere. Abiit ille annus. Respirare homines videbantur nondum re: sed spe rei p. recuperande. Exierunt malis ominibus atque execrationibus Duo vulturii paludati: quibus utinam ipsis evenisset ea: que tum homines precabantur. Neque nos provinciam Macedoniam cum exercitu: neque equitatum in Syria et cohortes optimas perdidissemus. Ineunt Magistratum tribuni pl. qui omnes se de me promulgaturos confirmarunt. Ex his princeps emitur ab inimicis meis is: quem homines in luctu irridentes Gracchum vocabant: quod id etiam fatum civitatis fuit: ut illa ex vepreculis extracta nitedula rem p. conaretur arrodere. Alter vero non ille Serranus ab aratro, sed ex deserto Gaviole Liorea, calatis Gaviis in calatinos atque illos insitum subito nominibus in tabulas relatus: nomen suum de tabula sustulit. Venitur Kl. Jan. Vos hec melius scire potestis. Equidem audita dico. Que tum frequentia Senatus: que tum frequentia expectatio populi: Qui concursus legatorum ex Italia cuncta: Que virtus, actio, gravitas P. Lentuli fuit Consulis: Que etiam collegee eius moderatio de me: Qui cum inimicitias sibi mecum ex rei p. dissensione susceptas esse dixisset: eas se patribus rei p. permissurum. Tum Princeps rogatus sententiam L. Cotta dixit et cetera

non cum victore exercitu: sed cum operariis conductis, et ad diripiendam urbem concitatis. Habebam inimicum non C. Marium terrorem hostium spem patrie subsidiumque, sed duo importuna prodigia, quos egestas, quos eris alieni magnitudo, quos levitas, quos improbitas tribuno pl. constrictos addixerat. Nec mihi res erat cum Saturnino, sed cum scurrarum locupletum scorto, cum sororis adultero, cum stuprorum sacerdote, cum venefico, cum testamentario, cum sicario, cum latrone. Quos homines, si quod facile factum fuit, vi armisque superassem: non verebar ne quis vim vi depulsam reprehenderet. Sed me illa moverunt omnium in contionibus. Illa furia clamabat, se que faceret contra salutem meam, facere auctore Cn. Pom. clarissimo viro, mihique et nunc et quoad licuit amicissimo. M. Crassus vir fortissimus, ab eadem illa peste infestissimus esse meis fortunis predicabatur. C. Cesar qui a me nullo meo merito alienus esse debebat: inimicissimus esse mee saluti ab eadem quotidianis contionibus dicebatur. His se tribus auctoribus in consiliis capiendis adiutoribus in re gerenda esse usurum dicebat: nec mihi ille iudicium populi: nec legitimam aliquam contentionem, nec disceptationem, aut cause dictionem, sed vim arma, imperatores, exercitus castra denuntiabat. Quid ergo inimici oratio, vana praesertim tam improbe in clarissimos viros coniecta me movit? me vero non movit illius oratio, sed eorum taciturnitas, in quos illa oratio tam improba conferebatur: qui tum quamquam ob alias causas tacebant: tamen hominibus omnia timentibus tacendo loqui non infitiando confiteri videbantur. Hec ego cum viderem, neque tamen erant occulta, senatum sine quo civitas stare non posset, omnino de civitate esse sublatum, consules, qui duces publici consilii esse deberent, perfecisse ut per eos publicum consilium funditus tolleretur, eos qui plurimum possent opponi omnibus contionibus falso, sed formidolose, auctoritates ad perniciem meam, contiones haberi quotidie contra me, vocem pro me ac pro re p. neminem mittere, coniuratorum ac superatas veteres copias, et effusam illam Catiline importunam manum novo duce, et insperata commutatione rerum esse renovatam: hec cum viderem, quid agerem iudices? Scio enim tum mihi non vestrum studium, sed meum prope iam defuisse: contendere contra tribunum plebis privatus armis, vicissent improbos boni fortes inertes, interfectus esset is qui hac una medicina sola potuit a re p. peste depelli. Quid deinde? quid reliqua restaret? cui denique erat dubium, quin ille

qui quod a Questore hostiensi per ignominiam ad Principem et Senatus civitatis M. Scaurum rem frumentariam translatam sciebat.

al. factum et quod fieri debuit: quodque a me optimi et fortissimi cives flagitabant,

aut perditorum civium, vel potius domesticorum hostium morte moereret.

quo cum mihi erat omnis amicitiae necessitudines,

ex quibus unum habere exercitum maximum in Italia: duos qui privati essent et preesse et parare si vellent exercitum: idque facturos esse dicebat.

al. falsos sed formidolosos tamen auctores

intenta signa legionum existimari cervicibus ac bonis viris falso: sed putari tamen

Illi enim mali quorum timore perterriti: quod acta illa atque omnis res superioris anni labefactari a pretoribus: infirmari a Senatu atque a Principibus civitatis putabant: suaque sibi propria esse pericula quem mea loquebantur. Tribunorum plurimorum a se alienare nolebant: et tum Crassus a Consulibus meam causam suscipiendam esse dicebat: et eorum fidem Pompeius implorabat. Neque se privatum publice cause sue suscepte defuturum esse dicebat. Quem virum studiosum mei, cupidissimum rei p. conservande domi meque caverent homines repositi monuerunt: ut esset cautior: eiusque vite a me insidias apud me domi positas esse dixerunt. Atque hanc ei suspicionem alii litteris mittendis: alii nuntiis: alii coram ipso excitaverunt. Tot ille cum a me certe nihil timeret: ab illis neque id meo nomine moliretur, sibi cavendum putaret. L. ipse Cesar: quem maxime ignari homines veritatis mihi esse iratum putabant. Erat ad portas cum imperio: erat in Italia eius exercitus: inque eo exercitu ipsius tribuni pl. inimici mei fratrem prefecerat.

ego vero non perimendum fuisse: ac non acci-
-pienda plaga insanabilis illa mortifera
quam ei imposuisset.
Erat enim altera eiusmodi contentio illa:
ut neque vita neque victores rem publicam tenere possent.

sanguis tribunicius nullo privatorum publico consilio profusus, consules
ultores et defensores esse habituros. Cum quidem in contione dixisset, aut
mihi semel pereundum, aut bis esse vincendum. Quid erat bis vincere?
Id profecto ut cum amentissimo tribuno plebis decertassem: cum consulibus ceterisque
eius ultoribus dimicarem. Ego vero semel perire tamen videres maluissem quam bis
vincere. Quid si in prima contentione, vi tribunicia victus in foro cum
multis bonis viris concidissem? Senatum consules credo vocassent,
quem totum de civitate delerant, ad arma vocarent, qui ne vestitum
quidem defendissent, consules populi Romani tribuni plebis post interitum desedissent, quem eundem
horum mea pestis et suorum priorum esse voluissent. Unum mihi restabat
illud quod forsitan non nemo vir fortis et acris animi magnique dixerit,
restitissem, repugnassem: mortem pugnans oppetissem: de quo te, te inquam
patria testor et vos penates dii patriique me vestrarum sedium templorumque causa
me propter salutem meorum civium quae mihi semper fuit mea carior vita dimi-
cationem, caedemque fugisse. Etenim si mihi in aliqua nave cum meis
amicis naviganti hoc videres accidisset, ut multi ex multis locis
praedones, classibus eam navem se oppressuros minitarentur, nisi me
unum sibi dedissent: si id vectores negarent: ac mecum simul inte-
rire, quam me tradere hostibus mallent: iecissem me potius ipse in profundum
ut ceteros conservarem: quam illos mei tam cupidos non modo ad certam mortem
sed in magnum vitae discrimen adducerem. Cum vero in hanc rei publicae navem
ereptis senatui gubernaculis fluitantem in alto tempestatibus seditionis
ac discordiae armatae tot classes nisi ego essem unus deditus incur-
sure viderentur, depugnare potius cum summo non dicam exitio sed pe-
riculo certe vestro, liberorumque vestrorum: quam non id quod omnibus impendebat unus pro omnibus suscipere ac subire.

impendebat: unus pro omnibus suscipere ac subire.
vicissem enim improbos at ab eo privato: quem si
armis esse rem publicam conservaret. Sin victi essent
boni: quid superesset? Nisi
ad quos videtis rem
venturam fuisse.

pem ac subirem. An mihi ipsi, ut quidam putant, fuit mors aequo
animo oppetenda. Quid tum? mortem ne fugiebam? An erat res ulla
quam magis optandam putarem? aut ego illas res tantas in tanta impro-
borum multitudine cum gerebam: non mihi mors, non exilium ob ante oculos
versabatur? Non num haec denique tum ante tamquam fata in ipsa re gerenda cane-
bantur. An erat mihi in tanto luctu eorum tanta disiunctione, tanta
acerbitate, tanta spoliatione omnium rerum, quas mihi aut natura aut
fortuna dederat, vita retinenda. Tam eram rudis. Tam ignarus
rerum. Tam expers consilii aut ingenii, nihil audieram, nihil videram?

Cum proscriptio caedes direptio demutaverunt: cum alii me suspicione periculi sui
non defenderent: alii vetere odio bonorum
incitarentur: alii inviderent: alii obstare
sibi me arbitrarentur: alii ulcisci dolo-
rem suum aliquem vellent: alii rempublicam
atque hunc bonorum statum otiumque odissent:
et ob hasce causas tot, tamque varias me
unum deposcerent:

nihil ipse legendo, quaerendoque cognoveram? Nesciebam vitam brevem esse,
cursum gloriae sempiternum? Cum esset omnibus mors definita optandum
esse, ut vita, quae necessitati deberetur: patriae potius donata, quam reservata naturae
videretur. Nesciebam hanc inter sapientissimos homines contentionem fuisse,
ut alii dicerent animos hominum, sensusque morte restingui. Alii autem tum
maxime mentes sapientium, ac fortium virorum, cum e corpore excessissent sen-
tire, ac vigere: quorum alterum fugiendum non esse, carere sensu, alterum vel op-
tandum, meliore esse sensu. Denique cum omnia semper ad dignitatem retulisse
nec sine ea quicquam expetendum esse homini in vita putassem: mortem quae etiam
virgines Athenis regis opinor Erichthei filiae pro patria contempsisse
dicuntur. Ego vir consularis tantis rebus gestis timerem? praesertim
cum eius essem civitatis, ex qua C. Mucius solus in castra Porsenae
venisset: eumque interficere, proposita sibi morte conatus esset. Ex qua
P. Decius primum pater post aliquot annos, patria virtute, praeditus filius
se ac vitam suam instructa acie, pro salute populi Romani victoriaque de-
vovisset. Ex qua innumerabiles alii partim adipiscendae laudis, partim
vitandae turpitudinis causa, mortem in variis bellis, aequissimis animis
oppetissent. In qua civitate ipse meminissem patrem huius M. Crassi
fortissimum virum ne videretur victus vivus victorem inimicum eadem sibi manu
vitam exhausisse, qua mortem saepe hostibus obtulisset. Haec ego et
multa alia cogitans hoc videbam. Si causam publicam mea mors perem-
isset: neminem umquam fore: qui auderet suscipere contra improbos cives
salutem rei publicae. Itaque non solum si vi interissem, sed si vi etiam morbo ex-
tinctus essem, fore putabam, ut exemplum rei publicae conservandae mecum
interiret. Quis enim umquam me a senatu populoque Romano tanto bonorum
omnium studio non restituto, quod si essem interfectus, numquam accidere po-
tuisset: ut quis ullam rei publicae partem, cum sua minima invidia auderet
attingere. Servavi igitur rem publicam discessu meo iudices, et caedem a vobis,
liberisque vestris, vastitatem, incendia, rapinas meo dolore, meoque luctu
depuli: et unus rem publicam bis servavi. Semel gloria iterum aerumna
mea. Nam neque hoc negabo, me restituto vivit mecum simul exemplum fidei publicae. Quod si
immortale retinetur, quis non intellegat immortalem hanc civitatem futuram.
Quare moneo vos adolescentes, atque meo hoc vere proprio quam dignitate
qui rem publicam qui gloriam spectatis, ne si quae vos aliquando necessitas

Erichthei

Nam extera bella Regum gentium, nationum
iampridem ita extincta sunt: ut praeclare cum iis
agamus: quos pacatos esse patiamur. Denique
ex bellica victoria non fere quemquam est invidia
civium consecuta domesticis malis et audacium
civium consiliis saepe est resistendum: eorum quorum
periculo est in re publica retinenda medicina: quia
omnis iudicii perdidissetis: si meo interitu senatus
populoque Romano doloris sui de me declarandi
potestas esset erepta.

Homo enim sum: hoc me infitiabor numquam, ut me optimo fratre, carissimis liberis, fidissima coniuge, vestro conspectu
patria hoc honoris gradu sine dolore caruisse glorier. Quod si fecissem: quod a me beneficium haberetis?
cum pro vobis ea quae mihi carissima essent vilia reliquissem. Hoc meo quidem animo summi in patriam amoris mei signum
esse debet certissimum, quod cum abesse ab ea non possem sine summo dolore: hunc me perpeti, quam illam labefa-
ctari ab improbis malui. Meminerant iudices divinum illum virum atque ex iisdem quibus nos radicibus
natum ad salutem imperii huius C. Marium summa senectute cum propter vim iustorum armorum profugisset,
primo senile corpus paludibus occultasse demersum: Deinde ad infirmorum ac tenuissimorum hominum
Minturnensium misericordiam confugisse. Inde navigio perparvo, cum omnes portus terrasque fugeret: in oras
Africae desertissimas pervenisse: Atque ille vitam suam, ne inultus esset, ad incertissimam spem ad rei publicae
statum reservavit. Ego qui quemadmodum multi in senatu me absente dixerunt periculo rei publicae vivebam: quique ob
eam causam consularibus litteris de senatus sententia exteris nationibus commendabar: nonne si meam vitam dese-
ruissem: rem publicam perdidissem. In qua quidem nunc me restituto vivit

·/· Primum non est periculum neque umquam incitati eiusmodi consules, presertim si erit id quod debet persolutum! Deinde numquam ut spero, quisquam improbus consilio et auxilio bonorum se oppugnare rem publicam dicet illis tacentibus, nec armati exercitus terrorem opponet togatis! neque erit iusta causa ad portas sedenti imperatori: quare terrorem suum iactari opportere patiatur. Numquam erit tam oppressus senatus! ut ei ne supplicandi quidem ac lugendi sit potestas. tam captus equester ordo: ut equites romani a consule relegentur. Que cum omnia atque et multo alia maiora, que consulto preteream accidisset, videtis me tamen in pristinam meam dignitatem brevi temporis dolore interiecto rei publice voce esse revocatum.

ad rem publicam contra improbos cives defendendam vocabit, sequioresque sitis et recordatione mei casus a consiliis fortibus refugiatis. Sed ut revertar ad illud quod mihi in hac oratione est propositum, omnibus malis illo anno scelere consulum rem publicam esse confectam: primum illo ipso die qui mihi funestus fuit, omnibus bonis luctuosus, cum ego me complexu patrie conspectuque vestro eripuissem, et metu vestri periculi, non mei furori, hominum sceleri perfidie, telis, minisque cessissem, patriamque que mihi erat carissima, propter ipsius patrie caritatem reliquissem, cum meum illum casum tam gravem, tam horribilem, tam repentinum non solum homines, sed tecta, urbes, ac templa lugerent. Nemo vestrum forum, nemo curiam, nemo lucem aspicere vellet. Illo ipso inquam die, die dico, immo hora atque etiam puncto temporis eodem mihi, reique publice pernicies. Gabinio et Pisoni provincia rogata est. Proh dii immortales custodes et conservatores huius urbis atque imperii, que nam illa in re publica monstra? que scelera vidistis? hac tanta perturbatione civitatis, quo ne nocte quidem consules inter meum discrimen casum et suam corum predam interesse passi sunt. Statim me perculso ad meum sanguinem hauriendum, et spirante etiam re publica ad eius spolia detrahenda advolarunt. Obmitto gratulationes, epulas, partitionem erarii, beneficia spe promissa, predam, letitiam paucorum in luctu omnium. vexabatur uxor mea, liberi ad necem querebantur, gener et Piso gener a Pisonis consulis pedibus supplex reiciebatur, bona diripiebantur, eaque ad consules deferebantur, domus ardebat in palatio, consules epulabantur, et si metus in comodis letabantur, urbis tam periculo commouerentur. Sed ut a miseriis meis causa iam recedam: reliquas illius anni pestes recordamini. Sic enim facillime perspicietis quantam vim omnium remediorum a magistratibus proximis res publica desideraret: que vero promulgata illo anno fuerunt. que promissa multis? que conscripta? que sperata? que cogitata? quid dicam? Quod genus imperii, aut que provincia, que ratio aut acerrendi aut conflandi pecunie non reperiebatur? Que vis aut regis erat qui illo anno non aut emendum sibi quod non habebat aut redimendum quod habebat, arbitraretur? quis provincia, quis pecuniam? quis legationem a senatu petebatur, damnatis de vi restitutio consulatus petitio illi ipsi propulsatis sacerdoti comparabatur. hec gemebant boni

Civis erat expulsus is qui rem publicam ex senatus auctoritate cum omnibus bonis defenderat! et expulsus non alio aliquo quam eo ipso crimine. Erat autem expulsus sine iudicio lapidibus ferro, sinitio denique concitato. Lex erat lata vastato ac relicto foro: et sicariis finisque tradito, et ea lex! que ut ne ferretur senatus fuit veste mutata.

In alio item textu multa reponuntur pluribus locis intermissa usque ad hoc ipsum signum in tertia pagina repetitum: scilicet Tu vero Princeps et quere totum hunc textum in duabus paginis integrum leges: et sine non nulla est corrupta videtur.

Qui locus orbis terre iam non erat alicui destinatus? Cuius negocii publici cogitari optari, fingique ratio potuit? quod non esset attributa atque descripta?

anno flandi

Que regio ora ue terrarum erat latior? in qua non regnum aliquod constitueret?

sperabant improbi agebat tribunus plebis consules adiuvabant. hic aliquo tenuis quam ipse vellet. Cn. Pompeius invictissimus homo, qui mente optimi viri et fortissimi suis consiliis, fictisque terroribus a defensione mee salutis averterant: excitavit illam suam non insolitam, sed suspitione aliqua retardatam sopitam consuetudinem rei publice bene gerende. Non est passus ille vir qui sceleratissimos cives, qui acerrimos hostes, qui maximas nationes qui reges, qui gentes feras atque inauditas: qui predonum infinitam manum qui servitia virtute, victoriaque domuisset qui omnibus bellis terra, marisque compressis imperium populi romani orbis terrarum terminis diffinisset de rem publicam everti scelere paucorum, quam ipse non solum consiliis, sed etiam sanguine suo sepe defendisset. Accessit ad causam publicam, restitit auctoritate sua

reliquis de rebus perteras questus est

fieri quedam ad meliorem spem inclinatio visa est. Decrevit senatus frequens de meo reditu. Kalendis Iuniis dissentiente nullo, referente L. Ninnio, cuius in mea causa numquam fides, virtusque contremuit. Que cum est res iam manibus teneretur interitur consilium de interitu. Cn. Pompei quo patefacto, ferroque deprehenso ille inclusus domi tam diu fuit, quam diu inimicus meus in tribunatu, de meo reditu octo tribuni promulgarunt: princeps etiam P. Lentulus auctoritate et sententia sua Pisone ac Gabinio repugnantibus causam suscepit: tribunisque plebis octo referentibus prestantissimam de me sententiam dixit. hoc interim tempore P. Sestius videlicet designatus iter ad C. Cesarem pro mea salute suscepit. Quid egerit, quantum profecerit, nihil ad causam pertinere ad concordiam civium putavit, et ad perficiendi facultatem animum Cesaris a causa non abhorrere. Abiit ille annus, respirare homines videbantur, non dum re, sed spe rei publice recuperande exierunt malis omnibus atque execrationibus duo vulturii paludati, quibus utinam ipsis evenissent ea que tum homines precabantur. neque magistratum alii triplex qui omnes se de me promulgaturos confirmarunt. Ex his princeps emittitur ab inimicis meis is quem homines in luctu irridentes gratum vocabant: quem id etiam fatum civitatis fuit ut illa ex vepreculis extracta nitedula rem publicam conaretur arrodere. Venitur. Kalendis Ianuariis que tum frequentia senatus? que expectatio populi? tum princeps rogatus, sententiam L. Cotta dixit id quod dignissimum re publica fuit. Nihil de me actum esse iure, nihil more maiorum, nihil legibus non posse quemquam de civitate tolli sine iudicio, de capite

Nitedula

nõ malo ferri, sed ne iudicari quidem posse, nisi comitiis centuriatis. unum fuisse
illam flammam quassatae rei p. perturbato undique tempore, uirtute iudiciisque sub
latis, magna rerum perturbatione impendente, declinasse me paulum, et spe
reliquae tranquillitatis, praesentes fluctus, tempestatesque fugisse. Quare
re cum absens non minus rem p. magnis periculis, quam quodam tempore
praesens liberassem: non restitui me solum, sed etiam ornari a senatu decere.
disputauit etiam multa prudenter. Ita de me illum amentissimum et pro
fligatissimum hostem pudoris et pudicitiae scripsisse quae scripserat
his uerbis, rebus, sententiis, ut etiam si iure esset rogatum, tamen uim habere non posset.
quare qui me nulla lege abesset non restitui lege, sed reuocari senatus auc
toritate oportere. Homo nemo erat, quin uerissime sentire diceret.

Sed post eum rogatus Cn. Pompeius sententiam Cottae laudauit et approbauit
cum omnes certatim aliusque alio grauius atque ornatius de mea salute
sine ulla uarietate decernerent. Venit consilij de me agendi dies. viii.
Kal. Feb. princeps rogationis Q. Fabricius uir mihi amicissimus tem
plum aliquanto ante lucem occupauit. Quietus eo die Sestius est qui est
de ui reus, actor hic defensorque causae meae nihil progreditur. consilia
expectat inimicorum meorum: quid illi quorum consilio P. Sestius in iu
dicium uocatur. quo se pacto gerunt? cum forum, comitium, curiam multa
de nocte armatis hominibus ac seruis plerisque occupauissent. impetum faciunt
in Fabricium, manus afferunt, occidunt nonnullos, uulnerant multos.
uniuersisque districtis gladiis et cruentis in omnibus fori partibus
fratrem meum uirum optimum oculis quaerebant, uoce poscebant. Quorum
ille telis libenter suum corpus obtulisset, nisi suam uitam ad spem
mei reditus reseruasset. pulsus tamen e rostris in comitio iacuit
seque seruorum ac libertorum corporibus obtexit: uitamque suam tum noctis et
fugae praesidio, non iuris, iudiciorumque defendit. meministis tum iudices
corporibus ciuium Tyberim repleri: cloacas refarciri, nihilque neque
ante hoc tempus, neque hoc ipso turbulentissimo die criminabitur esse
in Sestium. hic etiam de ipso accusatore quaero qui P. Sestium queritur in
tribunatu et cum praesidio magno fuisse. num illo die fuerit? certe non
fuit. gladiatores tu suppones cum sicariis e carcere emissis cum luce
in forum comitatus magistratus e templo curiales, eadem mortuorum caedibus
forum purges, etiam cum omnia ui armis egeris. accusas eum qui se praesidio

dixisse eum omnium magistratuum aut omni populari concitatione defringeret ue ad Senatum non referri iussit

cum multitudine

sui sanguinem querunt

munierit. non ut te oppugnaret, sed ut uitam suam posset defendere. Ex eo autem
tempore id egit Sestius, ut a suis munitus rem p. administraret. Itaque
fretus sanctitate tribunatus, cum se non modo in templum Castoris contra uim et
ferrum, sed etiam contra uerba atque interfationem, legibus sacratis esse armatum
putaret. Venit in templum Castoris, obnuntiauit consuli, cum subito manus
illa Clodiana in caede ciuium saepe iam uictrix exclamabat, incitatur, inuadit
inermem atque imparatum tr. pl. alij gladijs adoriuntur, alij fragmentis saeptorum
et fustibus. a quibus hic multis uulneribus acceptis ac debilitato corpore
et contrucidato se abiecit exanimatus, neque ulla alia re ab se mortem nisi op
inione mortis depulit: quem cum iacentem et concisum plurimis uulneribus
extremo spiritu exsanguem et confectum uiderent, defatigatione magis et
errore, quam misericordia et modo aliquando caedere destiterunt. et causam dicit Sestius
de ui. quid ita? quia uiuit. at id non sua culpa: plaga illa una extremo
defuit. quae si accessisset, reliquum spiritum exhausisset. accusa Lentidium
non percussit locum: maledicito Titio Reatino, cur tam tempori exclamarit
occisum. ipsum uero quid accusas? num defuit gladiis? num repugnauit?
num ut gladiatoribus imperari solet, ferrum non recepit? An haec ipsa uis
est, non posse emori? an illa quod tr. pl. templum cruentauit? an quod cum esset
ablatus, primumque resipuisset, non se referri iussit? ubi est crimen quod
reprehendatis? hic quaero iudices, si illo die gens ista Clodiana quod facere
uoluit, effecisset. Si P. Sestius qui pro occiso relictus est, occisus
esset, fuistisne ad arma ituri? fuistisne uos ad patrium illum animum
maiorumque uirtutem excitaturi? fuistisne aliquando rem p. a funesto latrone
repetituri? an etiam tum quiesceretis? cunctaremini? timeretis? cum
rem p. a facinorosissimis sicarijs, et a seruis esse oppressam atque occupatam
uideretis. Cuius igitur mortem ulcisceremini si quidem liberi esse, et habere rem p.
cogitaretis, de eius uirtute uiri, quid uos loqui quod sentire, quid
cogitare, quid iudicare oporteat, dubitandum putatis? At non illi
ipsi parricidae, quorum effrenatus furor alitur impunitate diuturna
adeo uim facinoris sui perhorruerant, ut si paulo longior opinio mortis
Sestij fuisset, gratum illi suum transferendi in nos criminis causa occidere
et cogitarint. Sensit rusticulus non incautus, neque homines tenere
potuerunt; ad restinguendam inuidiam facinoris Clodiani multa
torua pendam arripuit, cum qua primum Romam ad comitia uenerat

tuto in foro magistratum gereret

cur eo tempore exclamaret

dominetur, necesse est. Hoc vident omnes, Milo et vidit et fecit ut ius experiretur [experiretur]
tur, vim depelleret. altero uti voluit, ut virtus audaciam vinceret
altero usus necesse est, ne virtus ab audacia vinceretur. eademque
ratio fuit P. Sestii, si minus in accusando, neque enim per omnis fuit
aeque necesse fieri. At certe in necessitate defendendae salutis suae, praesidioque
contra vim et manum comparato. Nam quid ageret vir ad dignitatem
et gloriam natus? agebat auctoritate, agebat consilio, agebat plurimum
ordinem, agebat exemplo bonorum ac fortium civium. quid re p. quid
se dignum esset, quid etiam ipse etiam, quid sperare, quid maioribus suis
reddere deberet, diligentissime cogitabat. O dii immortales quem iam
ostenditis exitum nobis, quam spem rei p. datis? Quotus quisque
invenietur tanta virtute vir qui optimam quamque causam rei p. am
plectatur? qui bonis viris deserviat? qui solidam laudem veramque
quaerat? neque hic tam ulla umquam iniuria adducetur, ut eum tali vir
tute, tantaque firmitate animi, se in rem p. fuisse poeniteat. Sed qui
hoc vident adolescentes, quonam suas mentes conferent? ille qui monu
menta publica, qui aedes sacras expugnavit, excidit, incendit, qui stipa
tus semper sicariis, septus armatis, munitus indicibus fuit, quorum
hodie copia redundant, voluntate aedilis, accusat eum qui aliqua ex parte
furorem exsultantem repressit. hic qui se est tutatus ita, ut in privata
re deos penates suos in re p. vero tribunatus, auspiciaque defenderet,
accusare eum moderate, a quo ipse nepharie accusatur per senatus auc
toritatem non est permissus [passus]. Hic mirum hoc illud est, quod de me potissimum
tu in accusatione quaesisti. quae esset nostra natio optimatum [tuis] sic enim dixisti.
rem quaeris praeclaram iuventuti ad discendum, nec mihi difficilem
ad perdocendum, de qua pauca iudices dicam, et ut arbitror nec ab utili
tate eorum qui audient, nec ab officio nostro, nec ab ipsa causa publii
Sestii abhorrebit oratio mea. Duo genera semper in hac civitate fuerunt
eorum qui versari in re p. atque in ea se excellentius gerere studuerunt.
quibus ex generibus alteri se populares, alteri optimates et haberi et
esse voluerunt: qui ea quae faciebant, quaeque dicebant, multitudini
iocunda esse volebant esse populares: qui autem ita se gerebant ut sua
consilia optimo cuique probarentur: optimates habebantur. Quis ergo
optimus iste quisque nostrum? si quaeris innumerabiles neque enim aliter
quis nostrorum si quaeris

quid de ipso posset

stare possemus. Sunt principes consilii publici. Sunt qui eorum sectam se
quuntur. Sunt maximorum ordinum homines quibus patet curia. Sunt mu
nicipales, rusticique romani. Sunt negociatoribus [gerentes] gentes. Sunt etiam
libertini optimates. numerus huius generis late et varie diffusus est. Sed
genus universum, ut tollatur error brevi circumscribi et definiri
potest, omnes optimates sunt qui neque nocentes sunt, neque natura improbi
nec furiosi, nec malis domesticis impediti. esto quod ut hi sint, quam tu
nationem appellasti. et qui integri sunt. et sani et bene de rebus domesticis con
stituti. horum qui voluntati, commodis, opinioni [opinionibus] in gubernanda re p. serviunt, de
fensores optimatum, ipsique optimates gravissimi et clarissimi cives numerantur
et principes civitatis. Quid est igitur propositum his rei p. gubernatoribus quod
intueri et quo cursum suum dirigere debeant? Id quod est praestantissimum, maxi
meque optabile sanis et bonis et beatis cum dignitate otium. hoc qui volunt omnes
optimates qui efficiunt, summi viri et conservatores civitatis putantur.
Neque enim rerum gerendarum dignitate homines efferri ita convenit, ut otio non prospi
ciant. neque ullum amplexari otium quod abhorreat a dignitate. huius
autem otiosae dignitatis haec fundamenta sunt. haec membra quae tuenda
principibus, et vel capitis periculo defendenda sunt. religiones, auspicia
potestates magistratuum. Senatus auctoritas, leges, mos maiorum, iudicia, iuris
dictio, fides provinciae socii imperii laus, res militaris, aerarium. harum rerum
tot atque tantarum esse defensorem atque patronum magni animi est. magni in
genii, magnaeque constantiae. Hanc ego viam iudices, si aut asperam atque
arduam, aut plenam esse periculorum, aut insidiarum negem, mentiar praesertim
cum id non modo intellexerim semper, sed etiam praeter ceteros senserim.
maioribus praesidiis et copiis oppugnatur res p. quam defenditur propterea
quod audaces homines et perditi nutu impelluntur: et ipsi etiam sponte
sua contra rem p. incitantur: boni nescio quo tardiores sunt, et
principiis rerum neglectis, ad extremum denique ipsa necessitate excitantur.
ita ut non numquam cunctatione et tarditate, dum otium volunt et sine
dignitate retinere: quae utrumque amittant: propugnatores autem rei p.
qui esse volunt, omnia rei p. causa perferunt: qui tales sunt qualis
pater tuus M. Scaure fuit, qui seditiosis omnibus restitit. quem
nulla umquam vis, nullae minae, nulla invidia labefecit. aut qualis Q.
metellus patruus matris tuae [qui de civitate] maluit contra de scitia dimoveri aut

ut vetera exempla, quorum est copia digna huius imperii gloria relinquam, ne ne-
eorum aliquem qui vivunt nominem, qualis nuper Q. Catulus fuit, quem
neque periculi tempestas, neque honoris aura potuit umquam de suo cursu
aut spe aut metu dimovere. Haec imitamini per deos immortales
qui dignitatem, qui laudem, qui gloriam quaeritis. Haec ampla sunt, haec im-
mortalia, haec divina, haec fama celebrantur, monumentis annalium man-
dantur, posteritati propagantur. Nunc nisi me fallit in eo statu civitas
est, ut si operas conductorum removeris, omnes idem de re p. sensuri esse vide-
antur. Etenim tribus locis significari maxime populi ro. iudicium ac volun-
tas potest: contione, comitiis, ludorum gladiatorumque consessu. Quae contio
fuit per hos annos, quae quidem esset non conducta sed vera, in qua populi ro.
consensus perspici posset? Habitae sunt multae de me a gladiatore sceleratis-
simo contiones, ad quas nemo adibat incorruptus, nemo integer. Erant
enim illae contiones perditorum hominum necessario turbulentae. Huic de eodem
me P. Lentulus consul contionem concursus est populi ro. factus. Equites cum
summa cum gravitate copiaque dicendi, tanto silentio, tanta approbatione
omnium nihil ut umquam videretur tam populare populi ro. auribus accidisse,
productus est ab eo Gn. Pompeius, qui se non solum auctorem meae salutis
sed etiam supplicem populo ro. exhibuit. Huius oratio et gravis et grata in con-
tionibus fuit: quo silentio auditi sunt de me ceteri principes civitatis.
quos ego idcirco non appello hoc loco ne mea oratio, si minus de aliquo dicam,
ingrata sit: si satis de omnibus, infinita esse videatur. Cedo nunc eiusdem
illius inimici mei de me eodem ad verum populum in campo martio contionem.
Quis umquam non improbavit sed non indignissimum facinus putavit, illum non
dicam loqui sed vivere ac spirare? Quis fuit qui non eius voce ma-
culari rem p. seque, si eum audiret, scelere obstringi arbitraretur? Venio
ad comitia sive magistratuum sive legum. Placet de me quem tyrannum atque
ereptorem libertatis esse dicebat: illa ruina rei p. dicit se legem tulisse.
Quis est qui, cum contra me ferebat, inisse se suffragium confiteatur?
Cum autem de me eodem ex S. C. comitiis centuriatis ferebatur, quis qui
non profiteatur se adfuisse, et suffragium de salute mea tulisse? Utro
igitur causa popularis debet videri: in qua omnes honestates civitatis, omnes
aetates, omnes ordines una consentiunt. An in qua furiae concitatae tamquam
ad funus rei p. convolant. An si unus aderit Gellius homo et fratre

indignus viro clarissimo et ordine equestri. Cuius ille ordinis nomen re-
tinet, ornamenta confecit, id erit populare. Usque eo non fuit popularis ut
bona solus comesset: libelli et pro vino saepe solo oppignorabantur. Manebat insatu-
rabile abdomen, copiae deficiebant, qui quasi mea culpa bona perdiderit
ita ob eam ipsam causam est mihi inimicus, quia nihil habet ut ego. Utrum
ego tibi patrimonium eripui Gelli? an tu comedisti? quid tu meo periculo
gurges ac vorago patrimonii helluabare, ut si ego consul rem p. contra
te et gregales tuos defendissem, in civitate esse me nolles. Te nemo
tuorum videre vult: omnes aditum, congressum, sermonem, sermonem tuum fugiunt.
Te sororis filius … dicendum fuit in furiosissimum atque egentissimum ganeonem.
Veniamus ad ludos. Facit enim iudices in me vestrorum oculorumque coniectus
ut mihi iam licere putem remissiore uti genere dicendi. Et quibus vester
hoc loco iudices, ne quam me levitate ductum ad insolitum genus dicendi
labi putetis, si de poetis, de histrionibus, de ludis in iudicio loquar. Non
sum tam ignarus iudices causarum: non tam insolens in dicendo ut omni
ex genere orationem aucuper, et omnes undique flosculos carpam atque
delibem. Scio quid gravitas vestra, quid haec advocatio, quid ille conventus
quid dignitas populi ro. et quid periculi magnitudo, quid aetas, quid honos
meus postulet. Sed mihi sumpsi hoc loco doctrinam quandam iuventuti
qui essent optimates in ea explicanda demonstrandum fuit, non esse popu-
lares omnes eos qui putarentur. Et te quod facere apparatissimos, magni-
ficentissimosque fecisti potissimum quaero. Ille ipse magister ludis non
solum spectator, sed actor et acroama qui omnia sororis embolia novit
qui in coetu mulierum pro psaltria adducitur, nec tuos ludos aspexit
in illo ardenti tribunatu suo, nec ullos alios nisi eos a quibus vivus effugit: vix
se populus ro. tenuit. Vix homines odium suum a corpore eius impuro atque
nefando repressit. Ne histriones quidem coram sedentem pepercerunt.
Quid fuit illud quod summus artifex flens, et recenti laetitia et mixto
dolore ac desiderio mei egit apud populum l. a pictore multo gravioribus verbis meam causam quam
egomet de me agere potuissem? Summi enim poetae ingenium non solum arte sua, sed
etiam dolore exprimebat, tum illa quanto cum gemitu acta sunt: O pater
me me ille absentem ut patrem deplorandum putabat quem Q. Catulus
quem multi alii saepe in senatu patrem patriae nominarant. Quanto cum
fletu cum patrem pulsum patria, afflictam domum deploraret: incensam

eversamque sic egit, ut demonstrata pristina fortuna, fleret et inimicis
atque invidis excitaret, nominatim sum appellatus in bruto tullius qui liber-
tatem civibus stabiliveram milies [vocatus] renovatum est in huius consessum. P. Sextius
tr. pl. cum ageret nihil aliud in eo magistratu nisi meam causam egit. Is se
populo dedit non plausus cupiditate. Sed ut ipsi inimici nostri voluntatem
universi populi viderent. Venit ut scitis a[d] columna [na eneam] menia: tantus est ex
omnibus spectaculis usque a capitolio, tantus ex fori cancellis plausus excita-
tus, ut numquam maior consensio [sens] aut apertior populi romani universi fuisse ullo in
causa diceretur. Tu etiam mihi. M. attilium regulum commemoras, qui redire
ipse cartaginem sua voluntate ad supplicium, quam sine his captivis a quibus
ad senatum missus erat. rome manere maluerit: et mihi negas optandum
reditum fuisse: hunc ego reditum repudiarem: qui ita florens fuit, ut verear
ne quis me studio glorie putet, idcirco exisse, ut ita redirem. Quem enim
umquam senatus civem, nisi me nationibus exteris [mendavit] commendavit: quem curie
magis requisiverunt: quem forum luxit: quem [eque] ipsa tribunalia desideraverunt [ue]
omnia discessu meo, deserta horrida muta plena luctus et meroris fue-
runt. Quis est italie locus, in quo non fixum sit in publicis monumentis
studium salutis mee: testimonium dignitatis: reditus vero meus quis fuit
quis ignorat: cum ipsis nonis sextilis idem dies reditus [mei] mihi fuisset:
qui et natalis meus: idem et filie mee carissime. Cumque universe toto
urbes italie: festos dies agerent, adventus mei eius multitudine legatorumque
undique missorum celebrabantur ad urbem accessus incredibili hominum gra-
tulatione florebat. Reditus erat eiusmodi ut ferream in tanta illud
dolerem, civitatem tam gratam tam miseram, atque oppressam fuisse. habes
igitur quod ex me quesisti: qui essent optimates. Non est ratio ut dixisti,
et cohortari ausus est [accusator] in hac causa vos iudices, ut aliquando essetis severi
aliquam medicinam adhiberetis rei publice non ea est medicina, cum sane
parti corporis scalpellum adhibetur, atque integre: carnificina est ista
et crudelitas. hi medentur rei publice qui exsecant pestem aliquam tamquam
strumam civitatis. Sed ut extremum habeat aliquid oratio mea, et ut ego ante
dicendi finem faciam, quam vos me attente audiendi, concludam illud de
optimatibus eorumque principibus ac rei publice defensoribus. Vosque adolescen-
tes et qui nobiles estis ad maiorum vestrorum imitationem excitabo: et qui
ingenio ac virtute nobilitatem potestis consequi: ad eam rationem in qua

multi homines [novi], et honore et gloria [floruerunt] fuerunt, cohortabor. Hec est una via
mihi credite, et laudis, et dignitatis, et honoris a bonis viris et sapien-
tibus bene natura constitutis laudari et diligi, noscere discriptionem ci-
vitatis a maioribus nostris sapientissime constitutam, qui cum regum
potestatem non tulissent: ita magistratus annuos creaverunt, ut consilium
senatus rei publice preponerent sempiternum, deligerentur autem in id consilium
ab universo populo, aditusque in illum summum ordinem, omnium civium indu-
stria ac virtuti pateret senatum rei publice custodem presidem propugnatorem
[col] adlocaverunt: huius ordinis [ueti] uti auctoritate magistratus et quasi mini-
stros gravissimi consilii esse voluerunt. Senatum autem ipsum proximorum
ordinum splendorem confirmari. plebis libertatem et commoda tueri
atque augeri voluerunt. hec qui pro virili parte defendunt, optima-
tes sunt, cuiuscumque sunt [ordinis] conditionis; qui [autem] precipue suis cervicibus tanta
[v munia rei p.] munera atque rem publicam sustinent: hi semper habiti sunt optimatium
principes: auctores et conservatores civitatis. huic hominum generi fateor
multos adversarios, inimicos invidos esse, multa proponi pericula,
multas inferri iniurias, magnos esse experiendos et subeundos labores.
Sed mihi omnis oratio est in virtute non cum desidia, cum dignitate non cum
voluptate cum his qui se patrie qui suis civibus, qui laudi qui glorie:
non qui sompno et conviviis et delectationi natos arbitrantur. Nam si qui
voluptatibus ducuntur: et se vitiorum illecebris, et cupiditatum lenociniis
dediderunt, missos faciant honores, nec attingant rem publicam pati-
antur, viros laborum patientes frui: qui autem bonam famam, bonorumque [que]
vere sola gloria nominari potest expetunt: aliis otium querere debent,
et voluptates non sibi sudandum est his pro communibus commodis, adeunde
inimicitie, subeunde sepe pro re publica tempestates, cum multis auda-
cibus improbis, non numquam etiam potentibus dimicandum: hec audivi-
mus de clarissimorum virorum consiliis et factis: hec accepimus,
hec legimus: neque eos in laude positos videmus, qui incitarunt
animos populi ad seditionem: aut qui largitione cecarunt mentes
imperitorum, aut qui fortes et claros viros et bene de re publica meritos
in invidiam aliquam vocaverunt. leves hos semper et audaces
et malos, et perniciosos cives putaverunt. At vero qui eorum impetus represse-
runt, et conatus, qui auctoritate, qui fide, qui constantia, qui

magnitudine cum consiliis audacium restiterunt: hi graves, hi principes, hi duces
hi auctores huius ordinis et dignitatis atque imperii semper habiti sunt.
et si quos eorum aut iniqui vidimus quaedam procella pervertit, aut aliqua
repentina vis ac tempestas pertulit popularis: populum tamen ipsum et recreati
recti sunt atque revocati, aut omnino invulnerati, inviolatique vixerunt. At
vero hi qui senatus consilium, qui auctoritatem bonorum, qui instituta ma
iorum neglexerunt, et imperitae aut concitatae multitudini iucundi esse
voluerunt, omnes fere rei. p. poenas, aut praesenti morte, aut turpi exi
lio dependerunt: quod si apud Athenienses homines, Graecos longe a
nostrorum hominum gravitate disiunctos, non deerant qui rem. p. contra
populi temeritatem defenderent: cum omnes qui ita fecerant e civitate
eiicerentur. Si Themistoclem illum conservatorem patriae non deterruit
a re. p. defendenda, nec Miltiadis calamitas, qui illam civitatem
paulo ante servaverat, nec Aristidis fuga, qui unus omnium iustissimus
fuisse traditur; quid nos tandem facere debemus, primum in ea
civitate nati? Unde orta mihi gravitas et magnitudo animi videtur cum tanta
gloriae insistentes: ut omnia humana leviora videri debeantur: deinde ad eam
rem. p. tuendam aggressi: quae tanta dignitate est, ut eam defendentem
oppetente rerum potiri
X occidere non aliud sit: quam oppugnantem rerum potiri. Homines Graeci quos antea
nominavi inique a suis civibus damnati atque expulsi: tamen quia sunt de suis
civitatibus bene meriti, tanta hodie gloria sunt non in Graecia solum sed et
apud nos atque in ceteris terris, ut eos a quibus illi oppressi sunt, nemo
nominet. horum calamitatem dominationi illorum omnes anteponant. Quis car
thaginiensium pluris fuit Hannibale consilio, virtute, rebus gestis, qui unus
nobiscum tot annos de imperio, de gloria decertavit, hunc sui cives e civi
tate eiecerunt, nos etiam hostem litteris nostris et memoria videmus esse ce
lebratum. Quare imitemur nostros Brutos, Halas, Camillos, Decios, Curios,
Fabricios, Maximos, Scipiones, Lentulos, Emilios, innumerabiles alios qui hanc
rem. p. stabilierunt, quos equidem in deorum immortalium coetu ac numero re
pono. Amemus patriam, pareamus senatui, consulamus bonis, praesentes
fructus non negligamus, posteritati et gloriae serviamus. id esse optimum
sed quod acciderit feramus.
putemus, quod erit rectissimum, speremus quod volumus, cogitemus
denique corpus virorum fortium, magnorumque hominum esse mortale, animi motus
et virtutis gloriam sempiternam. Neque hanc opinionem si in illo sanctissimo

Hercule consecratam videmus, cuius corpore ambusto vitam eius et virtutem
immortalitas excepisse dicitur, minus existimemus eos qui hanc tantam rem. p.
suis consiliis aut laboribus aut auxerint, aut defenderint aut serva
verint esse immortalem gloriam consecutos. Sed me repente iudices de for
tissimorum et clarissimorum civium dignitate et gloria dicentem et plura etiam
dicere parantem horum aspectus in ipso cursu orationis repressit. Video
P. Sestium meae salutis, vestrae auctoritatis, p. causae defensorem, propugna
torem, auctorem, reum. Video hunc praetextatum eius filium oculis lacrima
ntibus me intuentem. Video Milonem vindicem libertatis vestrae, custodem
salutis meae, subsidium rei. p. afflictae, extinctorem domestici latrocinii
repressorem caedis quotidianae, defensorem templorum atque tectorum,
praesidium curiae sordidatum et reum. Video. P. Lentulum cuius ego patrem
deum
deum ac parentem statuo, fortunae ac nominis mei et fratris, rerumque nostrarum
in hoc misero squalore et sordibus, cui superior annus idem et virilem
patris et praetextam populi iudicio togam dederit. Hunc hoc anno in hac
toga rogationis iniustissimae subitam acerbitatem pro patre fortissimo et
clarissimo cive deprecantem. Atque hic tot et talium civium squalor hic
quia me
luctus, hae sordes susceptae sunt propter unum me, quia me defenderunt, quia casum
meum, luctumque doluerunt, quia me lugenti patriae, flagitanti senatui po
scenti Italiae, vobis omnibus orantibus reddiderunt. Quod tantum est in me
scelus? quid tantopere deliqui, illo die: cum ad vos indicia, litteras, confessiones
communis exitii detuli: cum parui vobis? At si scelestum est amare patriam
pertuli poenarum satis, eversa domus est, fortunae vexatae, dissipati liberi
rapta coniunx. frater optimus incredibili pietate amore inaudito
maximo in squalore volutatus est ad pedes inimicissimorum. ego pulsus
aris, focis, diis penatibus distractus a meis carui patria quam ut levis
sime dicam, certe tetram, pertuli crudelitatem, inimicorum scelus infide
lium, fraudem invidorum, si hoc non est satis quod haec omnia videntur deleta
reditu meo, multo mihi multo inquam iudices praestat in eandem illam recidere
fortunam, quam tantam importare meis defensoribus et conservatoribus
calamitatem. An ego in hac urbe esse possim his pulsis, qui me huius
urbis compotem fecerunt? Non ero non potero esse iudices. Neque hic unquam
puer qui his lacrimis qua sit pietate declarat amisso patre suo
propter me, me ipsum incolumem videbit, et quotienscumque me viderit, inge-

miscere ac pestem suam ac patriae suae sese ducere viderunt. Ego vero vos in omni fortuna, quaecumque erit oblata, complectar; nec me ab iis quos meo nomine sordidatos videtis, numquam ulla fortuna divellet. neque hae nationes quibus me senatus commendavit, quibus de me gratias egit: hunc exulem propter me sine me videbunt. Sed haec dii immortales, qui me suis templis advenientem receperunt stipatum ab his viris. Et P. Lentulus consul atque ipsa res p. quo nihil est sanctius, vestrae potestati commiserunt: vos hoc iudicio, omnium bonorum mentes confirmare: improborum reprimere potestis. Quare vos obsecro atque obtestor, ut si me salvum esse voluistis, eos conservetis, per quos me recuperavistis?

l. vos his civibus uti optimis: vos me reficere ac renovare rei p. potestis.

M. T. CICERONIS ORATIO AD QUIRITES In reditu suo incipit.

1 Quod precatus a Iove optimo maximo, ceterisque diis immortalibus sum Quirites, eo tempore, cum me fortunasque meas, pro vestra incolumitate, otio, concordiaque devovi: ut si meas rationes umquam vestrae saluti anteposuissem, sempiternam poenam sustinerem mea voluntate susceptam. Sin et ea quae ante gesseram, conservandae civitatis causa gessissem: et illam miseram profectionem vestrae salutis gratia suscepissem: ut quod odium scelerati homines et audaces in rem p. et in omnes bonos conceptum iam diu continerent, id in me uno potius, quam in optimo quoque et universa civitate deferrent. Hoc si animo in vos, liberosque vestros fuissem, ut aliquando vos patresque conscriptos, Italiamque universam memoria mei, misericordiae desiderium teneret, eius devotionis me esse convictum iudicio deorum immortalium testimonio senatus, consensu Italiae, confessione inimicorum, beneficio divino, immortalique vestro maxime laetor Quirites. Etsi homini nihil est magis optandum quam prospera, aequabilis, perpetuaque fortuna secundo vitae sine ulla offensione cursu: tamen si tranquilla et pacata omnia fuissent, incredibili quadam et paene divina, qua nunc vestro beneficio fruor, laetitiae voluptate caruissem. Quid dulcius hominum generi a natura datum est, quam sui cuique liberi? mihi vero et propter indulgentiam meam, et propter excellens eorum ingenium vita sunt mea cariores, tamen non tanta voluptate erant suscepti quanta nunc sunt

l. deferret

restituti. Nihil cuique fuit umquam iucundius quam mihi meus frater, non tam id sentiebam cum fruebar, quam tunc cum carebam. Et postea quam vos me illi et mihi eum reddidistis, incredibile est quantam animo iucunditatem perceperim. Res familiaris sua quemque delectat, reliquae meae fortunae recuperatae plus mihi nunc voluptatis afferunt, quam tum incolumitatis afferebant. Amicitiae, consuetudines, vicinitates, clientelae, ludi denique et dies festi quid haberent voluptatis carendo magis intellexi: quam fruendo. Iam vero honos, dignitas, locus, ordo, beneficia vestra, quae mihi semper clarissima visa sunt: tamen ea nunc renovata illustriora videntur, quam si obscurata non essent. Ipsa autem patria dii immortales vix dici potest, quid caritatis, quid voluptatis habeat, quae species Italiae, quae rei p. dignitas, quae celebritas oppidorum, quae forma regionum, qui agri, quae fruges, quae pulchritudo urbis, quae humanitas civium, quae vestra maiestas, quibus ego omnibus antea rebus sic fruebatur, ut nemo magis. Sed sicut tamquam bona valitudo iucundior est his qui e gravi morbo recreati sunt, quam qui numquam aegro corpore fuerunt. Sic haec omnia desiderata magis quam assidue percepta delectant. Quorsum igitur haec disputo? Quorsum? ut intelligere possitis neminem umquam tanta eloquentia fuisse, neque tam divino atque incredibili genere dicendi, qui vestram magnitudinem multitudinemque beneficiorum, quam in me fratremque meum, et liberos nostros contulistis, non modo augere, aut ornare oratione, sed enumerare aut consequi possit. A parentibus id quod necesse erat, parvus sum procreatus, a vobis natus sum consularis. Illi mihi fratrem incognitum qualis futurus esset dederunt, vos spectatum et incredibili pietate cognitum reddidistis. Rem p. illis accepi temporibus, eam quae paene amissa est, a vobis eam recuperavi, quam aliquando omnes unius opera servatam iudicaverunt. Dii immortales mihi liberos dederunt, vos reddidistis. Multa praeterea a diis immortalibus optata consecuti sumus. Nisi vestra voluntas fuisset, omnibus divinis muneribus caruissemus. Vestros denique honores quos eramus gradatim singulos assecuti, nunc a vobis universos habemus, ut quantum antea parentibus, quantum diis immortalibus, quantum vobismet ipsis, tantum hoc tempore universo senatui, cuncto populo ro. debeamus. Nam cum in ipso beneficio vestro tanta magnitudo est, ut eam complecti oratione non possim: tum in studiis vestris tanta animorum declarata voluntas est.

ut non solum calamitatem mihi detr. eritis [detraxisse], sed etiam dignitatem auxisse vi-
deamini. Non enim pro meo reditu ut [pro] P. Popilii nobilissimi hominis adolescentes
filii, et multi praeterea cognati atque affines deprecati sunt. Non ut pro Q.
Metello clarissimo viro, iam spectata aetate filius, non [L.] Diadematus consul
consularis summa auctoritate vir. Non [C.] Q. Metellus censorius, non eius [eorum] liberi.
N on Q. Metellus Nepos, qui tum consulatum petebat, non sororum filii Luculli
Servilii Scipiones, permulti enim [etiam] tum Metelli aut Metellorum liberi pro Q.
Metelli reditu, vobis ac patribus vestris supplicaverunt. Quod si [quae] ipsius summa
dignitas, maximeque res gestae non satis valerent, tamen illi pietas, propin-
quorum preces, adolescentum squalor, maiorum [natu] lachrimae populum Romanum movere
potuerunt. Nam C. Marii, qui post illos veteres clarissimos consu-
lares, hac vestra, patrumque memoria tertius autem [ante me] consularis subiit in-
dignissimam fortunam, praestantissima sua gloria, dissimilis fuit ratio.
Non enim ille deprecatione rediit, sed in discessu civium exercitu [se] armisque
revocavit. At me nudum [est] a propinquis, nulla cognatione munitum
nullo armorum ac tumultus metu, C. Pisonis generi mei divina
quaedam auctoritas atque virtus, fratrisque mei miserrimi atque optimi
quotidianae lachrimae, sordesque lugubres a vobis deprecatae sunt.
F rater erat unus qui suo squalore vestros oculos inflecteret, qui suo
fletu desiderium [mei] memoriamque renovaret, qui statuerat, Quirites, si vos
me sibi non reddidissetis, eandem subire fortunam. Tanto in me amore
extitit, ut negaret fas esse, non modo domicilio, sed ne sepulchro quidem
se a me esse seiunctum. Pro me praesente senatus, hominumque praeterea viginti
milia vestem mutarunt; pro eodem me absente unius squalorem
sordesque vidistis. Unus qui [demum] hic in foro posset esse, mihi pietate filius
inventus est, beneficio parens, amore idem qui semper fuit frater.
Nam coniugis miserae squalor atque luctus, atque optimae filiae maeror
assiduus, filiique parvi [parvuli singultus] desiderium mei, lachrimaeque pueriles [pietate magis moverunt] itineribus
necessariis et [ut] magnam partem tectis ac tenebris continebantur. Quare
hoc maius est in nos vestrum promeritum, quod non multitudini propinquorum
sed nobis met ipsis [nos] reddidistis. Sed quemadmodum propinqui quos
ego parare non potui, mihi ad deprecandam calamitatem meam non
affuerunt, sic illud quod mea virtus praestare potuit [debuit] adiutores, [auctores] ad
me restituendum ita multi fuerunt ut longe superiores omnes hac

hoc autem maius est vestrum in nos promeritum quod non multitudini propinquorum sed nobis met ipsis nos reddidistis

dignitate, copiaque superarem. Numquam [nunquid] de P. Popilio clarissimo ac fortissi-
mo viro, numquam [quid] de Q. Metello nobilissimo et constantissimo cive,
numquam [quid] de Mario custode civitatis atque imperii vestri [nostri] in senatu mentio
facta est. Tribunitiis superiores illi rogationibus nulla auctoritate
senatus sunt restituti: Marius vero non modo [non] a senatu, sed [etiam] oppresso se-
natu est restitutus. Nec rerum gestarum memoria in reditu C. Marii
sed exercitus atque arma valuerunt. At de me ut valeret [leges valerent], semper
senatus flagitavit, ut aliquando proficeret [careret]. Cum primum licuit, frequentia [et celebritas]
atque auctoritate perfecit. Nullus in meo [eorum] reditu motus municipiorum et co-
loniarum factus est. At me in patriam ter suis decretis Italia cuncta revoca-
vit. Illi inimicis interfectis magistratuum [magna civium] caede facta reducti sunt. Ego his
a quibus eiectus sum provincias obtinentibus, inimico hoc optimo viro
et mitissimo [mitissimo] altero consule referente reductus sum. Cuius inimicus
qui ad meam perniciem vocem suam communibus hostibus praebuisset, spiritu
duntaxat viveret, reliquis infra omnes mortuos amandatus esset.
N unquam de P. Popilio L. Opimius fortissimus consul. Numquam de Q. Me-
tello non modo C. Marius qui erat inimicus, sed ne is quidem qui
secutus [est] M. Antonius homo eloquentissimus cum A. Albino collega senatum
et populum est cohortatus. At pro me superiores consules, semper ut
referrent, flagitati sunt. Sed veriti sunt ne gratiae causa facere
viderentur, quod alius [alter] mihi affinis erat: alterius causam capitis receperam:
qui provinciarum foedere irretitus, totum illum annum querelas senatus
luctum bonorum, Italiae gemitum pertulerunt. Kal. vero Ian. postquam orba res p.
consulis fidem tamquam legitimi tutoris imploravit, P. Lentulus
consul parens deus salutis nostrae, fortunae [vitae], memoriae, nominis simul
ac de solemnibus religionibus retulit. Nihil humanarum rerum sibi
prius quam de me agendum iudicavit, atque eo die confecta ea res esset
nisi his tribunus pl. quem ego maximis beneficiis quaestorem orna- consul ornaram noctem sibi ad deliberandum postulasset.
verim, consul cum et cunctus ordo et multi eum summi viri orarent
et Cn. Pom. socer optimus vir ad pedes flens iaceret, noctem sibi
ad deliberandum postulasset. Quae deliberatio non in reddenda quem-
admodum nonnulli arbitrabantur, sed ut patefactum est in augenda
mercede consumpta est. Postea res acta est in senatu alia nulla
cum variis rationibus impediretur, ea voluntate tamen perfecta senatus

causa apud nostros mense ianuario deferebatur. Hoc tamen interfuit inter me et
inimicos meos. Ego cum homines in tribunali Aurelio palam conscribi centuria-
rique vidissem: cum intelligerem veteres ad spem caedis Catilinae copias
esse renovatas: cum viderem ex ea parte homines, cuius partis nos vel principes
numerabamur, partim quod mihi inviderent, partim quod sibi timerent, aut
proditores esse, aut desertores salutis meae: cum duo consules empti pactione
provinciarum auctores se inimicis rei p. tradidissent: cum egestatem, ava-
ritiam, libidines suas viderent expleri non posse: nisi me constrictum dome-
sticis hostibus dedidissent: cum senatus equitesque Ro. flere pro me ac
mutata veste vobis supplicare edictis atque imperiis vetarentur: cum
omnium provinciarum pactiones, cum omnia, cum omnibus foedera, reconciliationes
gratiarum sanguine meo sancirentur: cum omnes boni non recusarent quin
vel pro me vel mecum perirent armis decertarent pro mea salute nolui
quod potui contra et vincere, et vinci luctuosum rei p. fore putavi.
At inimici mei mense ianuario cum de me ageretur, corporibus civium truci-
datis flumine sanguinis meum reditum intercludendum putaverunt. Itaque
cum ego afuissem, eam rem p. habuistis, ut me atque illam restituendam
putaretis. Ego autem in qua civitate nihil valeret senatus, omnis esset impuni-
tas, nulla iudicia, vis et ferrum in foro versaretur: cum privati parietum
praesidio non legum tuerentur. tr. pl. vobis inspectantibus vulnerarentur
ad magistratuum domos cum ferro et facibus iretur. consulis fasces
frangerentur, deorum immortalium templa incenderentur. rem p. nullam esse
putavi. Itaque neque re p. exterminata mihi locum in hac urbe esse duxi
nec si illa restitueretur, dubitavi quin me secum ipsa reduceret. An
ego mihi cum esset exploratissimum. P. Lentulum proximo anno consulem
futurum: qui illis ipsis periculosissimis rei p. temporibus aedilis curulis
quondam me consule omnium meorum consiliorum particeps periculorumque socius fuisset,
dubitarem: quin is me confectum consularibus vulneribus consulari medi-
cina ad salutem reduceret? hoc duce et collega autem eius clementissimo atque
optimo viro primo non adversante, post etiam adiuvante, reliqui magistra-
tus paene omnes fuerunt defensores salutis meae. Ex quibus excellenti
animo, virtute, auctoritate, praesidio, copiis. T. Annius et P. Sex. praestanti
in me benivolentia et divino studio extiterunt. Eodemque P. Lentulo
auctore et pariter referente collega, frequentissimus senatus uno

19 Ad quirites in reditu suo.

dissentiente, nullo intercedente dignitatem meam, quibus potuit verbis am-
plissimis ornavit: salutem vobis municipiis, coloniis omnibus commendavit.
Ita me nudum a propinquis, nulla cognatione munitum, consules, praetores,
tr. pl. senatus, Italia tota cuncta semper a vobis deprecata est. Denique omnes
qui vestris maximis beneficiis honoribus sunt ornati producti ad
vos ab eodem non solum ad me conservandum vos cohortati sunt, sed etiam
rerum mearum gestarum auctores, testes, laudatoresque fuerunt. Quorum princeps
ad cohortandos vos et ad rogandos fuit. Cn. Pom. vir omnium qui sunt
fuerunt, erunt princeps virtute, sapientia ac gloria, qui mihi unus uni
privato amico, omnia eadem dedit, quae universae rei p. salutem, otium,
dignitatem. Cuius oratio ita primum vos docuit meis consiliis rem p. esse
servatam, causamque meam cum communi salute coniunxit, hortatusque est vos ut auctoritatem
senatus, statum civitatis, fortunas civis bene meriti defenderetis. Tum
me in perorando posuit, vos rogari a senatu, rogari ab equitibus, rogari ab
Italia cuncta. Denique ipse ad extremum pro mea vos salute non rogavit solum,
verum etiam obsecravit. Huic ego homini quirites tantum debeo quantum hominem
homini debere vix fas est. Huius consilia. P. Lentuli sententiam, senatus aucto-
ritatem vos secuti in eo loco in quo vestris beneficiis fueram, isdem centu-
riis quibus collocaratis reposuistis. Eodem tempore audistis, eodem
ex loco summos viros ornatissimos atque amplissimos homines civitatis omnes
consulares, omnes praetorios eadem dicere, ut omnium testimonio per me
rem p. conservatam esse constaret. Itaque cum P. Servilius gravissimus
vir, et ornatissimus civis dixisset, opera mea rem p. incolumem magi-
stratibus deinceps traditam dixerunt, in eandem sententiam ceteri. Sed audi-
stis eo tempore clarissimi viri non solum auctoritatem, sed etiam testimonium. L. Gellii
qui quia suam classem attemptatam magno cum suo periculo paene sensit, dixit
in contione vestrum. Si ego consul cum fui, non fuissem rem p. funditus
interituram fuisse. En hoc ego tot testimoniis quirites hac auctoritate
senatus, tanta consensione Italiae, tanto studio bonorum omnium agente P.
Lentulo, consentientibus ceteris magistratibus, deprecante Cn. Pompeio,
omnibus hominibus faventibus, diis denique immortalibus frugum ubertate
copia, vilitate, reditum meum comprobantibus, mihi meis rei p. restitutus, tantum vobis
quantum facere possum quirites pollicebor. Primum qua sanctissimi homines
pietate erga deos immortales esse solent, eadem erga populum Ro. semper

fore, numquam vultum eque mihi grave et fixum ac deorum immortalium in omni
vita futurum. Quod si quis existimat me aut voluntate esse mutata aut de
bilitata virtute, aut animo fracto, vehementer errat. Mihi quod potuit vis et
iniuria et sceleratorum hominum furor detrahere eripuit abstulit dissipavit.
Quod viro forti adimi non potest, id manet et permanebit. Vidi ego fortissimum
virum municipem meum Marium, qui nobis quasi aliqua fatali necessitate
non solum cum his qui hec impetu delere voluissent, sed etiam cum fortuna bellige
randum fuit, cum tamen vidi cum esset summa in senectute, non modo non infracto
animo propter magnitudinem calamitatis, sed confirmato atque renovato. Quem
egomet dicere audivi, tum se fuisse miserum cum careret patria quam obsi
dione liberasset. Cum sua bona possideri ab inimicis ac diripi audiret
cum adolescentem filium videret eiusdem socium calamitatis, cum in paludibus
demersus concursu ac misericordia Minturnensium corpus ac vitam suam conservaret, cum
parva navicula traiectus in Africam, quibus regna ipse dederat ad eos
supplex inopsque venisset. Recuperata vero sua dignitate se non commissurum
ut cum ea que amiserat sibi restituta essent virtutem animi non haberet quam numquam
perdidisset. Sed hoc inter me atque illum interest quod ille qua re plurimum
potuit, ea ipsa re inimicos suos ultus est armis, ego qua consuevi
utar pietate, quoniam illi arti in bello ac seditione locus est, mihi huic in pace
atque otio, quamquam ille animo irato nihil nisi de inimicis ulciscendis agebat.
Ego de ipsis inimicis tantum quantum mihi res publica permittet cogitabo.
Denique quirites quoniam me quattuor omnino genera hominum violarunt, unum eorum qui odio
rei publicae quod eam ipsis invitis conservaram, mihi inimicissimi fuerunt.
alterum qui per simulationem amicitie nefarie me prodiderunt, tertium qui cum
propter inertiam suam eadem assequi non possent, inviderunt laudi et digni
tati mee. Quartum qui cum custodes rei publicae esse debuerunt, salutem meam
statum civitatis, dignitatem eius imperii, quod erat penes ipsos vendide
runt. Sic ulciscar facinora singula quemadmodum a quibusdam sum laces
situs provocatus, malos cives rem publicam bene gerendo, perfidos amicos
nihil credendo atque omnia cavendo, invidos virtuti et glorie serviendo.
mercatores provinciarum revocando domum atque ab his provinciarum
rationem repetendo. Quamquam mihi maior cure est: quemadmodum quid
vobis qui de me estis optime meriti referam gratiam: quam quemadmodum
inimicorum iniurias crudelitatemque persequar. Etenim ulciscende iniurie

[margin: Deum qui me in civitatem rei publicae ipsa reduxit: nullo me loco rei publicae defuturum]

facilior ratio est quam beneficii remunerandi, propterea quod superiorem esse contra im
probos minus est negotii quam bonis exequari. Tum etiam nec tam neces
sarium quidem est, male meritis quam optime referre quod debeas. Odium vel precibus
mitigari potest, vel temporibus et rei publicae communi utilitate, vel difficultate
ulciscendi teneri, vel vetustate sedari. Bene meritos ne colas nec
exorari fas est, neque id rei publicae est repetere utrumque necesse est. Neque est ex
cusatio difficultatis, neque equum est tempore et die memoriam
beneficii diffinire. Postremo qui in ulciscendo remissior fuit, in os mox
apte laudatur. At gravissime vituperantur qui in tantis beneficiis
quanta vos in me contulistis, remunerandis est tardior, neque solum
ingratus quod ipsum grave est, verum etiam impius appelletur necesse est.
Quapropter memoriam vestri beneficii colam benivolentia sempiterna non solum cum anima
spirabo exspirabo mea, sed etiam cum mortuo monumenta vestri in me beneficii permane
bunt. In referenda autem gratia hoc vobis repromitto, semper me prestabo
mihi neque in consiliis de re publica capiendis diligentiam, neque in periculis
a re publica propulsandis animum, neque in sententia simpliciter referenda fidem
neque in hominum voluntatibus pro re publica ledendis libertatem, nec in perferendo
labore industriam, nec in vestris commodis augendis gratam animi beni
volentiam defuturam. Atque hec cura quirites erit infixa animo meo sem
piterna ut cum vobis qui apud me deorum immortalium vim et numen
tenetis: tum posteris vestris, cunctisque gentibus dignissimus ea civitate
videar, que suam dignitatem non posse tenere se nisi me recuperasset
cunctis suffragiis iudicavit.

[margin: quam ut bene meritos colas]

[margin: Atque in officio persolvendo dissimilis est ratio et pecunie debite. Propterea quod pecuniam qui retinet non dissolvit: qui reddidit non habet. Gratiam et qui retulit habet et qui habet dissolvit.]

M. T. CICERONIS oratio pro domo sua ad Pontifices incipit.

Cum multa divinitus pontifices a maioribus nostris inventa
atque instituta sunt: tum nihil preclarius quam quod vos eosdem
et religionibus deorum immortalium, et summe rei publicae preesse
voluerunt: ut amplissimi et clarissimi cives rem publicam bene
gerendo pontifices, religiones, religionibus sapienter interpretando rem publicam
conservarent. Quod si ullo tempore magna causa sacerdotum ac populi romani iudicio
potestate hac tempestate versata est: hec profecto tanta est, ut omnis rei publicae dignitas

religione armare malitis. Nam si illa
labes ac flama rei. p. suum illum pestife-
rum ac funestum tribunatum quem equitate
humana tueri non potest: divina reli-
gione defenderit: aliae cerimoniae nobis
erunt: alii antistites deorum immortalium:

omnium civium salus, vita, libertas, arae, foci, dii penates, bona fortunae, domici-
lia vestrae sapientiae, fidei, potestatique commissa: credita, et videantur. Vobis ho-
dierno die constituendum est, utrum posthac amentes ac perditos magistratus
improborum ac sceleratorum civium praesidio nudare, an etiam deorum immor-
talium alii interpretes religionum requirendi. Sin autem vestra auctoritate
sapientiaque pontifices, ea quae furore improborum in re. p. ab aliis oppressa,
ab aliis deserta, ab aliis prodita gesta sunt, rescinduntur, erit causa
cur (qua) consilium maiorum in amplissimis viris ad sacerdotia deligendis
iure ac merito laudare possimus. Sed quoniam ille demens si ea quae ego
per hos dies in senatu de re. p. sensi: vituperasset aliquem sibi aditum ad aures
vestras esse habiturum putavit. Non obmittam ordinem dicendi meum, respondebo
homini furioso, non orationi, qua ille uti non potest. Sed convitio cuius exercita-
tionem, cum intollerabili petulantia, tum etiam diuturna impunitate mu-
nivit. Ac primum illud a te homo vesano ac furioso requiro, quae te
tanta poena tuorum scelerum flagitiorumque vexet, ut hos tales viros quo non
solum consiliis suis: sed etiam splendore ipso dignitatem rei. p. sustinent,
quod ego in sententia dicenda salutem civium cum honore Cn. Pompei coniun-
xerim, mihi esse iratos et aliud de summa (hoc tempore) religione sensuros ac me
(l. absente) praesente sensissent, arbitrarere. Fuisti tu inquit apud pontifices supe-
rior. Sed etiam quoniam te ad populum contulisti: sis inferior necesse est. Itane
non quod in imperita multitudine est vitiosissimum varietas et incon-
stantia, et crebra tamquam tempestatum, sic sententiarum commutatio, hoc tu
ad hos transferas, quos ab inconstantia gravitas, a libidinosa sententia
certum et destrictum ius religionum, vetustas exemplorum, auctoritas
litterarum monumentorumque deterretur. Tu ne es ille inquit, quo senatus
carere non potuit, quem boni luxerunt, quem res p. desideravit, quo
restituto senatus auctoritatem restitutam putabamus, quam primum adve-
niens prodidisti. Non dum de mea sententia dico: impudentiae primum tuae
respondebo. Hunc quod funesta rei. p. pestis, hunc tu civem ferro et armis
et exercitus terrore et consulum scelere audacissimorumque hominum nimis
sceleratorum delectu obsessione templorum, occupatione fori oppressione
curiae domo et patria ne cum improbis boni ferro dimicarent, cedere
coegisti: quem a senatu, quem a bonis omnibus, quem a cuncta Italia desideratum,
accersitum, revocatum conservandae rei. p. causa cognosceris. At tu in senatum

venire in capitolium intrare, turbulento illo die non debuisti. Ego non neque
veni. neque et domo me tenui quoad diu turbulentum tempus fuit, cum servos tuos
ad rapinam, ad bonorum caedes paratos cum illa tua consceleratorum hominum ac perdi-
torum manu, armatos etiam in capitolium tecum venisse constabat. Quod cum
mihi nuntiaretur, scito me domi mansisse. Et tibi et gladiatoribus tuis
instaurandae caedis potestatem non fecisse. Posteaque mihi nuntiatum est. po. ro.
in capitolium propter metum atque inopiam rei frumentariae convenisse, mini-
stros autem scelerum tuorum perterritos, partim amissis gladiis, partim ereptis
diffugisse, veni non solum, sine ullis copiis ac manu, verum etiam cum
paucis amicis. An ego cum P. Lentulus consul optime de me ac de re
p. meritus, cum Q. Metellus, qui cum meus inimicus esset frater tuus
et dissensioni nostrae et precibus tuis salutem ac dignitatem meam praetulisset
me accersirent in senatum, cum tanta multitudo civium, tam recenti officio
suo, me ad referendam gratiam nominatim vocaret, non venirem? Cum prae-
sertim te iam illinc cum tuis fugitivorum manu discessisse constaret.
H Hic tu me etiam custodem defensoremque capitolii templorumque omnium
hostem capitolinum appellare ausus es. Quod cum in capitolio senatum
duo consules haberent, eo venerim. Utrum ne est temporis aliquod quo
in senatum venisse turpe sit. An res illa talis erat, ut rem ipsam
repudiare, et eos qui agebant condemnare deberem. Primum
dico senatoris esse boni semper in senatum venire, nec cum his sentio
qui statuunt minus bonis temporibus in senatum ut ipsi non venirent.
non] intelligentes hoc sua nimia perseverantia, his quorum animos offen-
dere voluerunt, gratum et iocundum fuisse. At enim nonnulli propter ti-
morem quod se in senatu tuto non esse arbitrabantur discesserunt. Non
reprehendo. nec quaero, fuerit ne aliquid pertimescendum, puto arbitrio
suo quemque timere oportere. Cur ego non timuerim quaeris. quod
te illinc abiisse constabat. Cur cum viri boni nonnulli putarent, tuto
se in senatu esse non posse ego non idem senserim. Cur cum egomet tuti-
mansissem tuto otio in civitate et non posse illuc irem. An aliis licet
et recte (licet) in metu sibi nihil timere: mihi uni necesse erat, et meam et
aliorum eadem pertimescere. An quia non condemnavi sententia mea
duos consules sum reprehendendus. Eos quod ego potissimum damnare
debui, quorum lege perfectum est, ne (ut) ego indemnatus atque optime de

re. p. meritis damnatorum penam sustinerem. quorum etiam delicta propter eorum gratiam
gratiam in me conservando voluntatem non modo me, sed omnes bonos ferre oporteret,
eorum optimum consilium ego conservatus per eos in meam pristinam dignitatem
restitutus meo consilio repudiarem? At quam sententiam dixi? primum
eam quam populi sermo in animis iam ante defixerat, deinde eam quae erat
superioribus diebus agitata in senatu. Deinde eam quam senatus frequen-
tissimus cum mihi est assensus, secutus est: ut neque allata sit a me res nova
privata ac recens, nec si quod in sententia vitium est, magis sit eius qui
dixerit quam omnium qui probarint. At enim liberum senatus iudicium propter metum
non fuit. Si timuisse eos facis qui discesserunt, concede non timuisse eos
qui remanserunt. Sin autem sine his qui non affuerunt nihil decerni
libere potuit, cum omnes adessent, coeptum est referri de incitando. S. C. ab uni-
verso senatu reclamatum est. Sed quaero in ipsa sententia, quoniam princeps
ego sum eius atque auctor, quid reprehendatur, utrum causa novi consilii
capiendi non fuit, an meae partes in ea causa praecipuae non fuerunt, an
alio potius confugiendum fuit? Quae causa maior est quam fames? quae potuit
quam seditio? quam consilia tua tuorumque, qui facultate oblata ad imperitorum
animos incitandos renovaturi te illa tua funesta latrocinia ob annonae
causam putaverunt? frumentum provinciae frumentariae partim non habebant, partim
in alias terras credo propter varietatem venditorum miserant, partim quo gratius
esset, tum cum in ipsa fame subvenissent, custodiis suis clausum continebant, ut
subito novum mitterent. Res erat non in opinione dubia, sed in praesenti
atque ante oculos proposito periculo, neque id coniectura prospiciebamus, sed
iam experti videbamus. Nam cum ingravesceret annona ut iam plane
inopia ac fames non caritas timeretur, concursus est ad templum
Concordiae factus senatum illuc vocante Metello consule. Qui si verus
fuit ex dolore hominum et fame, certe consules causam suscipere, certe sena-
tus aliquid consilii capere potuit. Si in causa fuit annona seditionis quid
instimulator et concitator tu fuisti, nonne id agendum nobis omnibus
fuit ut materiem subtraheremus furori tuo? Quid si utrumque fuit,
ut et fames stimularet homines, et tu in hoc ulcere tamquam unguis esses,
nonne fuit eo maior adhibenda medicina quae et illud naturae
et hoc delecti mali sanare posset? Erat igitur et praesens caritas et
futura fames, inde satis facta lapidatio est. Si ex dolore plebeio

nullo incitante magnum malum. Si P. Clodii impulsu usitatum hominis
facinorosi scelus, si utrumque ut res esset, ea quae sua sponte multitudinis
animos incitaret, et parati atque armati seditionis duces viderentur [vel videtur nec], nonne
ipsa res p. et consulis auxilium implorasse et senatus fidem? Atqui
utrumque fuisse ad incendia perspicuum est: difficultatem annonae, summamque inopi-
am rei frumentariae, ut homines non iam diuturnam caritatem, sed iam famem
plane timerent, et nemo negat. hunc istum otii et pacis hostem causam arrepturum
fuisse ad incendia, caedes, rapinas nolo pontifices suspicemini nisi vi-
deritis. Qui sunt homines a Q. Metello fratre tuo consule in senatu
palam notati, a quibus ille se lapidibus appetitum et percussum esse dixit?
L. Sergium et M. Lollium nominavit. Quis est iste Lollius? qui sine ferro
ne nunc quidem tecum est, qui te tr. pl. nihil de me dicam. Sed qui Cn. Pom-
peium interficiendum depoposcit. Quis est Sergius? armiger Catilinae,
stipator tui corporis, signifer seditionis, concitator tabernariorum, damp-
natus iniuriarum, percussor, lapidator, fori depopulator, obsessor patriae curiae.
His atque eiusmodi ducibus, cum tu in annonae caritate in consules, in
senatum, in bona fortunasque locupletum per causam inopum atque imperitorum
repentinos impetus compararetis, cum tibi salus vel in otio nulla esse
posset, cum desperatis ducibus decuriatos ac descriptos haberes exercitus
perditorum, nonne providendum senatui fuit, ne in hanc tantam materiem
seditionis ista funesta fax adhaeresceret? Fuit igitur causa capiendi novi
consilii. Videte nunc fuerintne partes meae praecipuae, quem tum
Sergius ille tuus, quem Lollius, quem ceterae pestes in lapidatione illa
nominabant, quem annonam praestare oportere dicebant? nonne me? quid?
puerorum illa concursatio nocturna non a te ipso instituta me frumen-
tum flagitabant? Quasi vero ego aut rei frumentariae praefuissem, aut
compressum aliquod frumentum tenerem, aut in isto genere omnino quicquam
aut curatione, aut potestate valuissem. Sed homo ad caedem imminens
meum nomen operariis ediderat, imperitis iniecerat. Cum de mea dignitate
in templo Iovis optimi maximique senatus frequentissimus uno isto dissentiente
decrevisset, subito illo ipso die carissimam annonam necopinata
vilitas consecuta est. Erant qui deos immortales id quod ego sentio
numine suo reditum meum dicerent comprobasse: non nulli autem
illam rem ad illam rationem, coniecturamque revocabant, qui quod in meo

reditu spes otii, concordiae sita videbatur, in discessu autem quotidianus sedi-
tionis timor, iam pene belli depulso metu, commutatam annonam et duce-
bant, quae quia rursus in meo reditu facta erat durior, a me cuius
adventu fore vilitatem viri boni dictitabant, annona flagitabatur, ego
denique non solum ab operariis tuis, copiis a populo ro. universo qui in Capitolium
convenerat: cum illo die minus valerem, notatum in senatum vocabar.
veni expectatus, cum multis iam sententiis dictis rogatus sum, sententiam
dixi rei p. saluberrimam ac necessariam. Petebatur a me frumenti copia,
annonae vilitas quasi possem aliquid in ea re gerenda, non debebatur, flagita-
bar bonorum expostulatione, improborum convitia sustinere non poteram.
Delegavi amico locupletiori non quo illi ita de me merito onus illud
imponerem, succubuissem enim potius ipse, sed quia videbam id quod omnes
quod nos de Cn. Pompeio polliceremur, id illum fide, consilio, virtute,
auctoritate, felicitate denique sua facillime perfecturum. Itaque sive hunc dii
immortales fructum mei reditus po. ro. tribuunt, ut quemadmodum discessu meo
frugum inopia, fames, vastitas, caedes, incendia, rapinae, scelerum impuni-
tas, fuga, formido, discordia fuisset, sic reditu meo ubertas agrorum
frugum copia, spes otii, tranquillitas animorum, iudicia, leges, concordia
populi, senatus auctoritas mecum simul reducta videantur, sive ego-
met aliquid adventu meo, consilio, auctoritate, diligentia pro tanto be-
neficio populi ro. praestare debui: praesto, promitto, spondeo nihil dico
amplius, hoc quod satis est huic tempori, dico, rem p. annonae nomi-
ne in id discrimen quod vocabatur, non esse venturam. Num igitur in hoc officio
quod fuit praecipue meum, sententia mea reprehenditur? Rem maximam [illegible]
aperte, summi periculi non solum causa mea, sed etiam nos in caede, incendiis, va-
stitate, nemo negat cum ad causam caritatis accedit. et iste speculator
communium miseriarum, qui semper in rei p. malis sceleris sui faces inflamma-
rit, negat oportuisse quicquam uni bonorum extra ordinem decerni: non tamen isti
respondebo ut ceteris. Cn. Pom. plurima periculosissima maxima terra
marique bella extra ordinem sunt commissa: quarum rerum siquem poeniteat
eum victoriae po. ro. necesse est poenitere. Non ita tecum ago cum his hec
bis a me ratio potest qui ita disputant se si qua res sit ad unum deferen-
da: ad Cn. Pom. delaturos potissimum, sed se extra ordinem nihil cuiquam
dare cum Pom. datum sit id se pro dignitate hominis ornare et tueri solere.

im pulsu tuo vocabar. id est depulsis ac dissipatis tuis

hos ego sententiam ne laudem impedior Cn. Pom. triumphis, quibus ille cum esset
extra ordinem ad patriam defendendam vocatus aut si nomine po. ro. imperiique honestatem
constantiam probo, quam in quoque tuendam fuit, qua ille me auctore ex
ordine bellum cum Mithridate Tigraneque gessit. Sed cum illis tamen possum
aliquid disputare, tua vero quae tanta impudentia est, ut audeas dicere
extra ordinem dari cuiquam nihil oportere: qui cum lege nepharia Ptholomeum
regem Cypri fratrem regis Alexandrini eodem iure regnantem causa incognita
publicasses populumque ro. scelere obligasses. Cum in eius regnum bona fortunas
patrocinium huius imperii immisisses, cuius cum patre avo maioribusque socie-
tas nobis et amicitia fuisset huius pecuniae deportandae, et si quis sua
defenderet bello gerendo M. Catonem praefecisti, dices quem virum sanctum,
prudentissimum, fortissimum, amicissimum rei p. virtute, consilio, ratione
vita mirabili ad laudem et prope singulari. Sed quid ad te? qui negas esse verum ulli negotio in rei p. ex ordine praeponendum.
quemquam qui ulli rei p. extra ordinem praeficiatur: atque in hoc solum inconstan-
tiam redarguo tuam, qui in ipso Catone, quem tu non pro illius dignitate
produxeras, sed pro tuo scelere subduxeras, quem tuis sergiis, loliis,
ceterisque caedis et incendiorum ducibus obiceras, quem carnificem civium
quem indemnatorum necis principem, quem crudelitatis auctorem fuisse
dixeras, ad hunc honorem et imperium extra ordinem nominatim rogatione
tua detulisti: et tanta fuisti intemperantia, ut illius tui sceleris rationem
occultare non posses. Litteras in contione recitasti, quas tibi a C. Caesare Caesar Pulchro
missas diceres. P. Clodio cum etiam et argumentaris amoris esse hoc signum
cum nominibus tantum uteretur, neque ascriberet proconsuli aut tribuno plebis,
deinde gratulari tibi quod idem in posterum M. Catonem tribunatu tuo re-
movisses, et quod idem in posterum de extraordinariis potestatibus libertatem
ademisses: quas aut numquam tibi ille litteras misit, aut si misit in con-
tione recitari noluit aut sive ille misit, sive tu finxisti, certe consilium
tuum de Catonis honore illarum litterarum recitatione patefactum est. Sed
omitto Catonem, cuius eximia virtus dignitas et in eo negotio quod
gessit fides et continentia detegere videretur improbitatem et le-
gis et actionis tuae. O quid hominis post homines natos turpissimo scelera-
tissimo, contaminatissimo. quis illam opimam fertilemque Syriam
quis bellum pacatissimis gentibus, quis pecuniam ad emendos agros
constitutam et ereptam vi Caesaris rebus actis, quis imperium infinitum

aliciam cum dedisses mutasti pactionem et

dedisti: cui quidem cum ciliciam ad praetorem, item extra ordinem transtulisti gabinio pretio amplificato, syriam nominatim dedisti. Quid homini taeterrimo, crudelissimo omnium scelerum, libidinumque maculis notatissimo L. pisoni, nonne nominatim populos liberos, multis senatus consultis et recenti lege generi sui ipsius liberatos, vinctos et constrictos tradidisti. Nonne cum ab eo merces tui optatissimi beneficii, pretiumque provinciae meo sanguine tibi esset persolutum, tamen aerarium cum eo partitus es. Ita ne vero tu provincias consulares quas C. graccus qui unus maxime popularis fuit non modo non abstulit a senatu, sed etiam ut necesse esset quot annis constitui per senatum decreta lege sanxit: eas leges sempronias per senatum decretas rescidisti: extra ordinem sine sorte nominatim dedisti non consulibus sed rei publicae pestibus, nos quod nominatim rei maxime paene iam desperatae summum virum saepe ad extrema rei publicae discrimina delectum praefecimus, a te reprehendemur. Quid tandem si quem tu in illis rei publicae tenebris caecisque nubibus et procellis, cum senatum a gubernaculis deiecisses, populum e navi exturbasses, ipse archipirata cum grege praedonum impurissimo plenissimis velis navigasses, si quae tu promulgasti, constituisti, promisisti, vendidisti, perferre potuisses, qui locus orbis terrarum vacuus extraordinariis fascibus atque imperio clodiano fuisset. Sed excitatus aliquando CN. pompei dicam ipso audiente quod sensi et sentio, quoquo animo is modo auditurus est: excitatus inquam aliquando CN. pompeius nimium diu reconditus et penitus abstrusus, cum dolor subiret subito rei publicae civitatemque fractam malis mutatam ac debilitatam abiectam metu ad aliquam spem libertatis et pristinae dignitatis erexit. hic vir extra ordinem rei frumentariae praeficiendus non fuit. scilicet tibi tu ut helluoni spurcissimo praegustatori libidinum tuarum homini egentissimo et facinorosissimo Sex. clodio socio tui sanguinis qui sua lingua etiam sororem tuam a te abalienavit, omne frumentum privatum et publicum, omnes provincias frumentarias, omnes mancipes, omnes horreorum claves lege tua tradidisti: qua ex re primum caritas nata est, deinde inopia impendebat, fames, incendia, caedes, direptio. imminebat tuus fortunis omnium furor et bonis. Queritur etiam importuna pestis ex ore impurissimo Sex. clodii rem frumentariam esse ereptam, summisque in periculis eius viri ad auxilium implorasse rem publicam a quo saepe se et servatam et amplificatam esse meminisset, extra ordinem ferri nihil placet clodio. Quid de me quod tulisse te dicis parricida, fratricida,

sororicida, nonne extra ordinem tulisti. An de peste civis, quem ad meum omnes iam dii atque homines iudicaverunt conservatorem rei publicae, quem ad modum tute ipse confiteris non modo indemnati sed ne accusati quidem licuit tibi ferre non legem, sed nefarium privilegium, lugente senatu maerentibus bonis omnibus, totius Italiae precibus repudiatis, oppressa captaque re publica, mihi populo romano implorante: senatu poscente, temporibus rei publicae flagitantibus, non licuit de salute populi romani sententiam dicere. Quia quod in sententia sic CN. pompei dignitas aucta est, coniuncta cum utilitate communi, desinant homines iisdem machinis sperare me restitutum posse labefactari, quibus ante stantem perculerunt. Quod enim par amicitiae fuit umquam in hac civitate coniunctius quam fuimus inter nos ego et CN. pompeius. quis apud populum romanum de illius dignitate illustrius, quis senatu saepius dixit. qui tantus fuit labor, quae simultas, quae contentio, quam ego non pro illius dignitate susceperim, qui ab illo in me honos, quae praedicatio de mea laude, quae remuneratio benivolentiae praetermissa est. hanc nostram coniunctionem, hanc conspirationem in re publica bene gerenda, hanc iucundissimam vitae atque officiorum omnium societatem certi homines fictis sermonibus et falsis criminibus diremerunt: cum iidem illum ut me metueret, me caveret monerent: iidem apud me mihi illum uni esse inimicissimum dicerent: ut neque ego ab illo quae mihi petenda essent, satis audacter petere possem, neque ille tot suspicionibus certorum hominum et scelere exulceratus quae meum tempus postularet satis prolixe mihi polliceretur, data merces est erroris mei magna pontifices ut me non pigeat solum stultitiae meae, sed etiam pudeat, qui cum me non repentini aliquod tempus meum, sed veteres multo ante susceptas et provisas labores cum viro fortissimo et clarissimo coniunxissem, sum passus a talis amicitia distrahi: neque intellexi quibus aut ut apertis inimicis obsisterem, aut ut insidiosis amicis non crederem. proinde desinant aliquando me iisdem inflare verbis. Quid sibi iste vult? nescit, quantum auctoritate valeat, quas res gesserit, qua dignitate sit restitutus. Cur ornat eum a quo desertus est. Ego vero neque me tum desertum puto, sed paene deditum, nec quae sunt in illo rei publicae flammae gesta contra me, nec quomodo nec per quos patefaciundum

certe laudandus essem si eius dignitati suffragatus viderer quam meae saluti opem et auxilium tulisset. Desinant

mihi et arbitror. Si utile rei p. fuit haurire me unum pro omnibus illam
indignissimam calamitatem etiam hoc utile fuit quorum id scelere confla-
tum sit me occultare et tacere. Illud vero est hominis ingrati tacere.
Itaque liberrime predicabo. Cn. Pom. studio et auctoritate atque unumquemque
nostrum opibus contentione precibus et periculis denique precipue pro salute mea
laborasse. Hic tuus P. Lentule cum tu nihil aliud dies et noctes nisi de salute
mea cogitares, consiliis omnibus interfuit. Hic tibi gravissimus auctor ad
instituendum, fidelissimus socius ad comparandum, fortissimus adiutor ad
rem perficiendam fuit. Hic municipia colonias (colonias) adiit. Hic Italie totius
auxilium cupientis imploravit. Hic in senatu princeps sententie fuit. Idemque
cum dixisset, tum etiam pro salute mea po. ro. obsecravit. Quare istam ora-
tionem qua es usus omittas licet post illam sententiam quam dixerim de
annona pontificum animos esse mutatos. proinde quasi isti aut de Cn. Pom. ali-
terque atque ego existimo sentiant, et (aut) quid mihi pro expectatione populi ro.
pro Cn. Pom. meritis erga me pro ratione mei temporis faciendum fuit
ignorent. aut etiam si cuius forte pontificis animum quod certe scio aliter
esse mea sententia offendit. quo modo sit constituturus aut de religione
pontificis aut de re p. (iure) civis quam (cum) mentium aut cerimoniarum ius aut civi-
tatis salus coegerit. Intelligo pontifices me plura extra causam dixisse
quam aut opinio tulerit aut voluntas mea. Sed cum me purgatum vobis esse
cupiam, tum etiam vestra in me attente audiendo benignitas provexit orationem
meam. Sed hoc compensabo gravitate (brevitate) eius orationis que pertinet ad ipsam
cognitionem vestram. Que cum sit in ius religionis et in ius (et in ius) rei p. dis-
tributa (religionis) partemque que multo est verbosior praetereuntes (mittens) de iure rei p. dicam.
Quid est? aut tam arrogans quam de religione, de rebus divinis, cerimoniis
sacris pontificum collegium docere conari? aut tam stultus quam si quid apud
istius libris invenerit, id narrare vobis? aut tam curiosum quam ea scire
velle, de quibus maiores nostri vos solos et consuli et scire voluerunt?
Nego potuisse iure publico, legibus his quibus hec civitas utitur quemquam
civem ulla eiusmodi calamitate affici sine iudicio. hoc iuris in hac civitate
etiam tum cum reges essent, dico fuisse hoc vobis et a maioribus traditum, hoc
esse denique proprium libere civitatis ut nihil de capite civis (civis) aut (de) bonis sine
iudicio senatus aut populi aut eorum qui de quaque re constituti iudices sint, de-
trahi possit. Vides ne me non radicitus evellere omnes actiones tuas

neque illud agere quod aptum est, te otio nihil gessisse, iure non fuisse tr. pl.
hoc dico et parricidium dico apud pontifices augures adsunt, versor in medio
iure publico. Quid est pontificis ius adoptionis? nempe ut is adoptet
qui neque procreare iam liberos possit, et cum potuerit sit expertus. Que deinde
causa cuique sit adoptionis, que ratio generum ac dignitatis, que sacrorum
queri a collegio pontificum solet. Quid est horum in ista adoptione quesi-
tum? adoptat annos viginti natus etiam minor, senatorem liberorumne causa?
at procreare potest, habet uxorem, suscipiet etiam liberos. exheredabit igitur pater
filium. Quid sacris (sacra)? clades gentis? cur interierunt quod inde est: quod omnis
ratio pontificum cum adoptaret, esse debuit, nisi forte ex te ita quesitum est,
num perturbari seditionibus rem p. velles, et ob eam causam adoptari non ut
filius esses, sed ut tribunus pl. fieres, et funditus everteres civitatem.
Respondisti credo te ita velle. pontificibus bona causa visa est. approbave-
runt non etas eius qui adoptat (adoptabatur) quesita est, ut Cn. Aufidio M. Pupillo
quorum uterque nostra memoria summa senectute alter Orestem, alter Piso-
nem adoptavit, quas adoptiones sicut alias innumerabiles hereditates
nominis, pecunie, sacrorum secute sunt. Tu neque Fonteius es qui esse debebas
neque patris heres, neque amissis sacris paternis in hec adoptiva ve-
nisti. Ita perturbatis sacris contaminatis gentibus et quam deseruisti et
quam polluisti iure quiritium legitimo tutelarum et hereditatum relicto
factus es filius contra fas cuius per etatem pater esse potuisti. Dico
apud pontifices. Nego istam adoptionem pontificio iure esse factam.
primum quod hec vestre sint etates, ut is qui te adoptavit, ut (vel) ille filii loco
per etatem esse potuerit, vel eo quo fuit, deinde quod causa queri solet
adoptandi, ut is adoptet qui quod natura iam assequi non potest, legitimo et
pontificio iure querat, et ita adoptet, ut ne quid aut de dignitate
generum, aut de sacrorum religione (minuatur) inficiatur. Illud in primis ne qua ca-
lumpnia, neque fraus, ne quis dolus adhibeatur, ut hec simulata adop-
tio filii quam maxime veritatem illam suscipiendorum liberorum (imitata) imitata
esse videatur. Que maior calumpnia est quam venire imberbem adolescen-
tulum bene valentem ac maritum dicere se filium senatorem populi ro. sibi
velle adoptare, id autem scire et videre omnes quod non ut ille filius
instituatur, sed ut e patriciis exeat tr. pl. fieri possit, idcirco adoptari
vult, neque id obscure. Nam adoptatum emancipari statim ...

Cur ergo adoptat. Probate genus adoptionis: iã oĩum sacra interierint. quorum custodes vos ẽẽ debetis.
Iam patritius nemo relinquet.

eius filius qui adoptarit. Cur enim quisquam vellet tr. pl. se fieri nõ licere: angu-
stiorem sibi esse petitione consulatus in sacerdotium cũ posset uenire. qui patritio
nõ sit is locus nõ uenire. ut cuiusque aliquid acciderit. quare commodius sit
esse plebeium simili rõe adoptabitur: ita põ. ro. breui tempore, neque regẽ
sacrorum neque flamines, neque salios habebit, nec ex parte dimidia reliquos
sacerdotes, neque auctores centuriatorum, et curiatorum, et comitiorum, auspiciaque ppli
ro. si magistratus patritij creati nõ sunt. interire necesse est, cũ interrex
nullus sit quia et ipsum patritium esse, et a patritio prodi necesse est. Dixi apud
pontifices istam adoptionem nullo decreto huius collegij probatam, contra
omne pontificum ius factam pro nihilo esse habendam, qua sublata intelligis
totum tribunatum tuum concidisse. Venio ad augures, quorum ego libros si qui
sunt reconditi nõ scrutor. nõ sum: in exquirendo iure augurum curiosus
hec que una cũ ppto didici que sepe in contionibus responsa sunt noui.
Negant fas esse agi cũ ppto, quod de celo seruatum sit: quo die de te lex curiata lata
esse dicatur. Audes negare de celo esse seruatum? adest preclarus uir singulari uir-
tute, constantia, grauitate preditus. M. bibulus, hunc consulem illo ipso
die contendo seruasse de celo. Infirma sunt igitur tua acta. C. cesaris uiri
fortissimi. minime, neque enim mea quicquam iam interest exceptis his telis
que ex illius actionibus in meum corpus immissa sunt. Sed hec de auspicijs
que ego nunc perbreuiter attingo acta sunt a te. Tu tuo precipitante
iam et debilitato tribunatu auspiciorum patronus subito extitisti. Tu M.
bibulum in contionem, tu augures, produxisti: te interrogante augures responderunt cum de celo seruatum sit, cum
ppto agi nõ posse. Tibi M. bibulus querenti se de celo seruasse respondit.
idemque in contione dixit ab appio fratre tuo productus te omnino quod adopta-
tus esses contra auspicia tr. pl. nõ fuisse, tua denique omnis actio posterior-
bus mensibus fuit: omnia que. C. cesar gessisset, que contra auspicia
essent acta, per senatum rescindi oportere: quod si fieret dicebas te tuis
humeris me custodem urbis in urbem relaturum. Videte hominis
amentiam, ut per suum tribunatum cesaris actis alligatus teneretur. Si et sacrorum
iure pontifices et auspiciorum religione augures, totum euertunt tribuna-
tum tuum. Quid queris amplius? an etiam apertius aliquod ius populi
atque legum? hora fortasse sexta diei. Questus sum in iudicio cũ C. anto-
nium collegam meum defenderem: quedam de re. p. que mihi uisa sunt
ad illius miseri causam pertinere. hec improbi homines, ad quosdam uiros fortes longe

aliter quam a me dicta erant, detulerunt. hora nona illo ipso die tu es adop-
tatus, siquod in ceteris legibus trinum nundinum esse oportet, id in adoptione satis
est trium esse horarum: nihil reprehendo. Sin eadem obseruanda sunt, decreuit
senatus. M. drusi legibus, que contra legem ceciliam et didiam late essent populum
nõ teneri. Iam intelligis omni genere iuris quod in sacris, quod in auspicijs
quod in legibus sit, te tr. pl. nõ fuisse. Atque ego totum sine causa relinquo, uideo
enim quosdam clarissimos uiros principes ciuitatis, aliquot locis iudicasse
te cũ plebe iure agere potuisse: qui etiam de me ipso cũ tua rogatione
funere elatam rem. p. esse dicerem, tamen id funus et si miserum atque acerbum
fuisset, iure indictum esse dicebant. ex de me ciui acdere p. benemerito
tulisses funestè funus te indixisse rei. p. quod saluis auspicijs tulisses
iure egisse dicebant. quare licebit ut opinor nobis eius actiones non
infirmare, quibus illi actionibus constitutum tribunatum tuum comprobauerunt.
Fueris sane tr. pl. tam iure quam lege quam fuit hic ipse tullius Rullus uir omnibus
rebus clarissimus atque amplissimus. Quo iure, quo more, quo exemplo
legem nominatim de capite ciuis indemnati tulisti: uetant leges sacrate,
uetant. xij. tabule leges priuatis in hominibus irrogari id est enim priuile-
gium nemo umquam tulit. Nihil est crudelius, nihil perniciosius, nihil quod
minus hec ciuitas ferre possit proscriptionis miserum nomen illud et omnis
acerbitas sillani temporis quid habet quod maxime sit insigne ad memoriam
crudelitatis? opinor penam in ciues. ro. nominatim sine iudicio constitutam. hanc uos igitur pontifices iudicio
atque auctori-
tate uestra. tr. pl. potestatem dabitis, ut proscribere possit quos uelit. Quero
enim quid sit aliud proscribere, uelitis iubeatis ut. M. tullius in ci-
uitate ne sit, bonaque eius ut mea sint. Itaque. H. fecit, et si alijs uerbis
tulit. hoc plebiscitum est! hec lex, hec rogatio est, hec uos pati potestis,
hec ferre ciuitas, ut singuli ciues singulis uersiculis e ciuitate tollantur.
Equidem iam perfunctus sum: nullam uim, nullum impetum timeo. Explevi animos
inuidorum, placaui odia improborum, saturaui etiam perfidiam, et scelus prodi-
torum. denique de mea causa que uidebatur perditis ciuibus ad inuidiam
esse proposita iam omnes urbes, omnes ordines, omnes dij atque homines iudica-
uerunt: uobismet ipsis Pontifices iudicibus, et uestris liberis, ceterisque ciuibus pro
uestra auctoritate et sapientia consulere debetis. Nam cum tam moderata
iudicia populi sunt a maioribus constituta, primum ut ne pena capitis cum
pecunia coniungatur. deinde ne pro iudicata die quis accusetur, ut ter tum

ante magistratus accusset intermissa die quam multam irroget aut iudicet.
Quarta sit accusatio trinum nundinum prodicta die, quo die iudicium sit futurum
tum multa etiam ad placandum atque ad misericordiam reis concessa sunt
deinde exorabilis populus, facilis suffragatio pro salute. denique etiam
si qua res illum diem aut auspiciis aut excusatione sustulit, tota
causa iudiciumque sublatum est. Haec cum ita sint in re, ubi crimen est,
ubi accusator, ubi testis? Quid indignius quam qui neque adesse sit iussus neque
citatus, neque accusatus de eius capite, liberis, fortunis omnibus, conductos
et sicarios egentes et perditos suffragium ferre, et eam legem putare? At
si de me hoc potuit, quem honos, quem dignitas, quem res publica tuebatur, cuius denique
petitio non expectabatur, cui nihil oberat praeter conversionem status et inclina
tionem communium temporum, quid tandem futurum est his, quorum vita remota est
ab honore populari et ab hac illustri gratia est? perculsi aut tanti sunt, ut
eas nimium multi egentes, sumptuosi, nobiles concupiscant. Date hanc
tr. pl. licentiam et intuemini adulescentiam et eos maxime qui imminent
iam cupiditate videntur in tribuniciam potestatem, collegia medius fidius tri
bunorum pl. tota respicient: hoc iure firmato quae coeant de hominum locu
pletissimorum bonis, praeda potitum populari et spe largitionis oblata. At
quid tulit legum scriptor peritus, callidus, veteres, urbanus ut M. Tullio
aqua et igni interdicatur. Crudelem nepharium ne in sceleratissimo quidem
cive sine iudicio ferendum: non tulit ut interdicatur. Quid igitur? ut
interdictum sit, cum non sit interdictum. O caenum, o portentum, o scelus hac
tibi legem Clodius scripsit spurciore lingua sua ut interdictum sit,
cui non sit interdictum. Sexte noster bona venia, quoniam iam dialecticus es et
hoc quoque liguris quod factum non est, ut sit factum ferri ad populum
aut verbis ullis sanciri aut suffragiis confirmari potest; hoc tu scrip
tore, hoc consiliario, hoc ministro omnium non bipedum solum, sed etiam
quadripedum impurissimo rem publicam perdidisti, neque tu eras tam excors
tamque demens, ut nescires hunc Clodium esse, qui contra leges faceret,
et contra alios qui leges scribere solerent, sed neque eorum neque ceterorum
in quibus esset aliquid modestiae, cuiusquam tibi potestas fuit: neque tu
legum scriptoribus isdem potuisti uti quibus ceteri, neque operum archi
tectis, neque pontificem adhibere quem velles. Postremo nec in praedae
quidem societate mancipem aut praedonem socium extra nostrorum gladiatorum

numerum, aut denique suffragii latorem in ista tua proscriptione quemquam nisi furem
aut sicarium reperire potuisti. Itaque cum tu florens ac potens per medium forum po
pulari volitares, amici illi tui, te uno amico tecti, et beati qui se populo commise
rant, ita repellebantur, ut etiam Palatinam linguam tuam perderent, qui in
iudicium venerant, sive accusatores erant, sive rei te deprecante damnabantur.
Denique ille novicius Ligur venalis ascriptor et subscriptor tuus cum M.
Papirii sui fratris esset testamento et iudicio improbatus, mortem eius se velle
persequi dixit, nomen Sexti Propertii detulit. accusare alienae dominationis
scelerisque socios propter calumniae metum non esset ausus. De hac igitur lege
dicimus, quae iure rogata videatur: cuius quam quisque partem tetigit digito,
voce, praeda, suffragio, quocumque venit, repudiatus, convictus abiit discessit.
Quid si his verbis scripta est ista proscriptio, ut se ipsa dissolveret?
Est enim quod M. Tullius falsum senatus consultum rettulit: si igitur rettulit
falsum senatus consultum, tum est rogatio; si non rettulit, nulla est. Satis
ne tibi videtur a senatu iudicatum, me non modo non ementitum esse auctorem
eius ordinis, sed etiam unum post urbem conditam diligentissime sena
tui paruisse? Quot modis doceo legem istam, quam vocas, non esse legem?
Quid si etiam pluribus de rebus uno sortitu rettulisti? tamen ne id arbi
traris, id quod M. Drusus in legibus suis plerisque in bonis ille vir
M. Scaurus et L. Crassus consularis non obtinuerunt, id te posse hominum
facinorosorum et stuprorum decumis et Clodiis auctoribus obtinere? Tulisti
de me ne reciperer, non ut exirem, quem tu ipse non poteras dicere non
licere esse Romae. Quid enim diceres? damnatum? certe non. expulsum?
Qui licuit? Sed tamen ne id quidem est scriptum ut exirem; poena est qui
receperit, quam omnes neglexerunt; eiectio nusquam est. Verum sit. quid
operum publicorum exactio? Quid nominis inscriptio tibi num aliud videtur
esse, ac meorum bonorum direptio? praeterquam quod ne id quidem per legem licuit,
ut ipse tibi curationem ferres, facere potuisti. Quid hoc ipsum quod
nunc apud pontifices agis, te meam domum consecrasse, te monumentum
in fecisse aedibus meis, te signum dedicasse, eaque una roga
tiuncula fecisse, unum et idem videtur esse atque id quod de me
ipso nominatim tulisti. Tam hercle est unum quam quod idem tu lege una
tulisti ut Cyprius rex cuius maiores huic populo socii atque amici
semper fuerunt, cum bonis omnibus sub praecone subiceretur.

et exules bizantiũ reducerentur eisdem inquit utraque de re negotium
dedisses. Quid si idem negotiũ dedisset, ut sive in asia cistophorum
flagitaret: inde iret in hispaniam, cũ romę decessisset, consulatum
ei petere liceret. Cum scriptũ est, provinciam Syriã obtineret quoniam
de uno hoie scriberet, una res esset, quod si iam pp̃lus ro. de ista re con
sultus esset, nõ omnia per servos latronesque gessisses, nõne fieri potuit
ut pp̃o de cyprio rege placeret, de exulibus bizantiis displiceret, quę
est quasi alia res. Quę sententia certissime legis et dicitur nisi, ne pp̃o necesse
sit in coniunctis rebus compluribus aut id quod nolit accipere aut
id quod velit, repudiare. Quid si per vim tulisti, tñ ne lex est? aut
quicquam iure gestũ videri pot, quod per vim gestũ ee constet; an si in
ipsa latione tua capta iam urbe, lapides iacti, si manus collata nõ est,
idcirco tu ad illam labem atque eluviem civitatis sine summa vi per
venire potuisti: cũ in tribunali aurelio conscribebas palã nõ modo
liberos sed etiã servos ex omnibus vicis concitatos, vim tũ videlicet
nõ parabas. Cum edictis tuis tabernas claudi iubebas nõ in vim
imperitę multitudinis, sed hominum honestorũ, modestiã prudentiãque
quęrebas, cũ arma in ędem castoris comportabas. Nihil aliud nisi
uti ne quid per vim agi posset, machinabare. Cum vero gradus castoris
convellisti ac removisti: tũ ut modeste tibi agere liceret, homines
audaces ab eius templi aditu atque ascensu repulisti. Cum eos qui co
venerant bonorũ virorũ verba de salute mea ferrent, adesse iussisti, eorũque
advocationem manibus, ferro, lapidibus discussisti, tũ profecto
ostendisti vim tibi maxime displicere. Verũ hec furiosa vis vesani
tr. pl. facile superari, frangique potuit, virorũ bonorũ vel virtute
vel multitudine. Quid cũ gabinio Syria dabatur, macedonia
pisoni utrique infinitũ imperiũ, ingens pecunia, ut tibi omnia permitte
rent, te adiuvarent, tibi manum copiis, tibi suos paratos, centu
riones, tibi pecuniam, tibi familias compararent, te suis sceleratis
contionibus sublevarent, senatus auctem irriderent. equitibus
ro. mortẽ, proscriptionemque minitarent: me terrerent, minis
mihi cędem et dimicationem denuntiarent, meã domũ referta
viris, bonisque amicis suis complerent, proscriptionis metu me
frequentia nudarent, virorũ bonorũ me presidio spoliarent.

20
Pro domo sua ad Pont.

senatũ pro me nõ modo propugnare amplissimus ordinem, sed etiam plorare
et supplicare mutata veste prohiberent, ne tũ quidem vis erat. Quidquid
ego gessi? aut qui timor fuit nõ dicã in me, sed me timidum factum esse
natura. Quid illa tot virorũ fortissimorũ milia? quid illi eques
ro.? quid senatus? quid denique omnes boni? si nulla vis erat, cur me
flentes potius prosecuti sunt, quam aut increpantes retinuerunt, aut
irati reliquerunt? An hęc timebam si mecũ ageretur timore, in
stitutoque maiorum, ut possem pñs sustinere, unũ si dies dicta esset,
iudicium mihi fuit pertimescendum? An sine iudicio privilegium
iudiciũ in causa tam turpi sceleris homo qui causa si iam esset igno
dicendo nõ possem explicare; an quia causam probare nõ poteram, cuius
tanta bonitas est, ut ea ipsa nõ modo se, sed etiã me absentem per se
probarit, an senatus, an omnes, an ordines, an hi qui cuncta
ex ytalia ad me revocandũ convolaverunt: segniores me pñte
ad me retinendũ et conservandũ fuissent? in ea cã quam ipse
iam parricida talem dicat fuisse, ut me ab omnibus ad meã pristi
nam dignitatẽ expectatũ atque revocatũ queratur. Anno in iu
dicio periculi nihil fuit, privilegiũ pertimui, ne mihi pñti simultas irro
garetur: nemo nõ intercederet! tam inops aut eram ab amicis, aut
tam nuda res. p. a magistratibus? Quid si vocate tribus essent, proscrip
tionem nõ dicam in me, ita de sua salute merito, sed omnino in ullo cive
comprobavissent? An si ego presens fuissem, veteres illę copię con
iuratorũ, tuique perditi milites atque egentes et novanorum sceleratissi
morũ consiliũ corpori meo pepercissent? Qui cũ eorũ animum crudeli
tati cessissem, ne absens quidem luctu meo mentes illorũ satiare po
tui. Quid enim vos uxor mea misera violarat? quã vexavistis? rapuisti
stis omni crudelitate laceravistis. Quid mea filia cuius fletus
assiduus, sordesque lugubres, vobis erant iocunde, ceterorũ omnium
oculos mentesque flectebant? Quid parvus filius, quem quamdiu absui
nemo nisi lacrimantem confectumque vidit? Quid fecerat, quod eum totiens per insi
dias interficere voluistis? Quid frater meus, qui cũ aliquanto post
discessum meũ ex provincia venisset: neque sibi vivendũ nisi me re
stituto putaret: cuius meror, squalor incredibilis et inauditus
omnibus mortalibus miserabilis videbatur, quotiens est ex vestro ferro ac

manibus lapsus. Sed quid ego iram crudelitatis exprimo, quam
in ipsum me ac meos adhibuisti, qui parietibus, qui tectis, qui colum-
nis ac postibus meis horrificum quoddam et nepharium omni imbutum odio
bellum intulisti. Non enim te arbitror cum post meum discessum omnium lo-
cupletium fortunas omnium provintiarum fructus, et [te]tr[arc]harum et regum bona
spe et avaritia devorasses argenti et supellectilis meae cupiditate
esse caecatum. Non existimo campanum illum consulem cum saltatore colle-
ga, cum alteri totam achaiam, thessaliam, boetiam, greciam, macedoniam, omnemque
barbariam, bona civium romanorum condonasses: alteri syriam, babylonem
persas integerrimas, pacatissimasque gentes ad diripiendum tradi-
disses: illos tam cupidos liminum meorum et columnarum et valvarum
fuisse. Neque porro illa manus, copiaque catilinae cementis ac tegulis
tectorum meorum se famem suam expleturos putaverunt, sed ut ho-
stium urbes nec omnium hostium, verum eorum quibus cum acerbum bellum in-
ternicivumque suscepimus, non praeda adducti, sed odio solemus exci-
pe qui in [quos] eos per crudelitatem eorum inflammatas mentes nostras fuerint:
cum horum et tectis sedibus residere aliquod bellum semper videretur.
Nihil erat latum de me, non adesse eram iussus, non citatus affueram,
eram etiam tuo iuditio civis incolumis, cum domus in palatio, villa in
tusculano, alter ad alterum consulem transferebatur. senatus, consules
vocabant, columnae marmoreae ex edibus meis inspectante po. ro.
ad socerum consulis portabantur. In fundum autem vicini consulis non
instrumentum aut ornamenta villae, sed etiam arbores transferebantur, cum ex
ipsa villa non praedae cupiditate: Quid enim erat praedae? sed odio et
crudelitate funditus everteretur, domus ardebat in palatio, non
fortuito, sed oblato incendio consules epulabantur, et in coniuratorum
congratulatione versabantur. Cum alter se catilinae delitias alter
cethegi consobrinum fuisse diceretur. hanc ego vim pontifices
hoc scelus, hunc furorem, meo corpore opposito a bonorum omnium cervi-
cibus depulique omnem[que] impetum discordiarum omnem diu collectam
vim improborum, quae inveterata, compresso odio atque tacito iam erumpe-
bat in actum, tam audaces [duces] excepi meo corpore in me uno consu-
lares faces iactae manibus tribunitiis in me omnia quae ego
quondam [re]contuderam, coniuratorum nepharia tela adhesere. Quod si ut

multis fortissimis placuit, vi et armis contra vim decertare voluissem:
aut vicissem cum magna in[ter]emptione [nitione] improborum, sed tamen civium, aut inter-
fectis bonis omnibus, quod illis [erat] optatissimum, una cum re p. concidissem.
Videbam vivo senatu, populo ro. celerem mihi summa et [cum] dignitate reditum,
nec intelligebam fieri diutius posse, ut mihi liceret esse in ea re p.
quam ipse servassem. Quod si non liceret audieram et legeram et clarissimos
viros nostrae civitatis se in medios hostes ad perspicuam mortem pro salute
exercitus iniecisse. Ego pro salute rei p. universae dubitarem hoc me-
liore conditione esse quam decii, quod illi ne auditores quidem suae gloriae, ego etiam
spectator meae laudis esse potuissem. Itaque infractus furor tuus ina-
nis faciebat impetus. omnem enim vim omnium sceleratorum acerbitas mei
casus exceperat. Non erat in tam immani iniuria tantisque ruinis novae
crudelitati locus. Cato fuerat proximus, quid ageres, non erat ut qui
modus moribus fuerat idem esset iniuriae. quid posses extru[d]ere ad
cypriam pecuniam pre[da]dam [perierit] petierit, alia non dederit, hunc modo amandari [mandatum]
esse. Sic M. cato invisus quasi per beneficium cyprum relegatur. Eiiciuntur
duo, quos videre improbi non poterant: alter per honorem turpissimum
alter per honestissimam calamitatem: atque ut sciatis non hominibus istum, sed
virtutibus hostem semper fuisse: me expulso catone [e]amandato, in
eum ipsum se convertit, quo auctore, quo adiutore in contionibus
ea quae gerebat, omnia queque [que] gessat se et fecisse et facere dicebat.
CN. pompeium quem omnium iuditio longe principem esse civitatis videbat
diutius furori suo veniam daturum non arbitrabatur, qui ex eius
custodia per insidias regis amici filium hostem captivum subripuisset:
et ea iniuria virum fortissimum lacessisset [speravit] hisdem se copiis esse cum
illo posse confligere, quibus cum ego noluissem bonorum periculo
dimicare. et primo [primo] quidem adiutoribus consulibus postea fregit foedus Gabinius:
piso tamen in fide [re]mansit, quas iste tum caedes, quas lapidationes
quas fugas fecerit, quam facile ferro, quotidianisque insidiis cum
iam a firmissimo robore copiarum suarum relictus esset. CN. pompeium
foro, curiaque privasset [rit], domique continuerit vidistis, ex quo iudicare
potuistis quanta vis illa fuerit oriens et congregata cum haec CN.
pompeium terruerit iam districta et extincta. haec vidit in sententia di-
cenda. Kl. ian. vir prudentissimus et cum rei p., et cum mihi

tum etiam veritati amicissimus. L. Cotta, qui lege de meo reditu fe
rendam non censuit. Qui me consulem iussisse rei p. cessisse tempestati more
amiciorem vobis, ceterisque civibus quam mihi acta est cepe... vi,
armis, dissensione hominum, et caede instituta, novoque dominatu
pulsum esse dixit. Nihil de meo capite potuisse ferri, nihil esse
inscriptum aut posset valere: omnia contra leges moresque maiorum
temere, turbulente, per vim, per furorem esse gesta. Quae si illa lex esset,
nec referre ad senatum consules, nec sententiam dicere sibi licere
quorum utrumque tum fieret, non oportere ut de me lex ferretur, decerni
ne illa quae nulla esset, esse lex videretur. Sententia verior, gravior,
melior, utilior rei p. nulla esse potuit, hominis enim scelere et furore
notato, similis a re p. labes in posterum demovebatur. Neque hoc
Cn. Pompeius qui ornatissimam de me sententiam dixit: vosque pontifices qui me
vestris sententiis, auctoritatibusque defendistis, non vidistis illam esse nullam
atque esse potius flammam temporis interdictum sceleris vocem furoris
sed prospexistis ne qua popularis in nos aliquando invidia redundaret
si sine populi iudicio restituti videremur. Eodemque consilio M.
Bibuli fortissimi viri senatus sententiam secutus est: ut vos de mea
domo statueretis, non quod dubitaret, quin ab isto nihil legibus, nihil
religionibus, nihil iure esset actum, sed ne quis oriretur aliquando
in tanta ubertate improborum, qui in meis aedibus aliquam reli
gionem diceret residere. Nam legem quidem istam nullam esse, quotienscumque
de me senatus sententiam dixit, totiens iudicavit, quoniam quidem scripto illo
istius sententiam dicere vetabatur, atque hac rem par illud simile
Piso et Gabinius viderunt homines legum, iudiciorumque metuentes, cum
frequentissimus senatus eos, ut de me referrent, cotidie
flagitaret: non se rem improbare dicebant, sed lege istius impe
diri. hoc verum, nam impediebantur, verum ea lege, quam iste idem
de Macedonia, Syriaque tulerat. Hanc tu P. Lentule neque priva
tus, neque consul legem esse umquam putasti: nam tribunis pl. referentibus
sententiam de me designatus consul saepe dixisti. Ex K. Ian. quo
ad perfecta res est, de me retulisti, legem promulgasti, tulisti,
quorum tibi si esset illa lex, nihil liceret. At etiam Q. Metellus collega
tuus vir clarissimus, quam legem esse homines alienissimam a p.

clodio iudicarent. Piso et Gabinius eam nullam esse, tamen P. Clodii
tum de me ad senatum uterque tertius retulit, iudicarunt. Sed vere si non isti Clodii
leges timuerunt, quemadmodum ceteras observaverunt. Senatus quidem
cuius est gravissimum iudicium de iure legum quotienscumque de me con
sultus est, totiens, eam nullam esse iudicavit. Quod item tu Lentule
vidisti in ea lege, quam de me tulisti. Nam non est ita latum ut mihi Romam
venire liceret, sed ut venirem. Non enim voluisti id quod licebat ferre,
ut liceret, sed me ita esse in re p. magis ut arcessitus imperio populi Romani
viderer, quam ad administrandam civitatem restitutus. Hunc tu etiam porten
tosa pestis exulem appellare ausus es, cum tantis sceleribus esses et facinoribus
notatus, ut omnem locum quo adisses exilii simillimum redderes?
Quid est enim exul? ipsum per se, nomen calamitatis, non turpitudinis. Quando
igitur est turpe? re vera cum est poena peccati, opinione autem hominum si est poena
damnati. Utrum igitur peccato meo nomen subeo an re iudicata? peccato
iam neque tu id dicere audes, quem isti satellites tui felicem
Catilinam vocant, neque quisquam eorum qui solebant non modo iam nemo
est tam imperitus, qui ea quae gessi in consulatu peccata esse di
cat. Sed nemo est tam inimicus patriae, qui non meis consiliis patriam
conservatam esse fateatur. Quod enim est in terris commune tantum, tantulum
ut consilium, quod non de meis rebus gestis, ea quae mihi essent opta
tissima et pulcherrima iudicarit? Summum est populi Romani populorumque et
gentium omnium ac regum consilium senatus decrevit, ut omnes qui rem p.
salvam esse vellent, ad me unum defendendum venirent, ostenditque
nec stare potuisse rem p. si ego non fuissem restitutus, nec fu
turam esse ullam, si non redissem. Proximus est huic dignitati ordo
equester, omnes enim omnium publicanorum societates de meo consulatu ac
de meis rebus gestis amplissima atque ornatissima decreta fe
cerunt. Scribae qui nobiscum in rationibus, monumentisque publicis
versantur non obscurum de meis in rem p. beneficiis, suum iudicium
decretis esse voluerunt. Nullum est in hac urbe collegium, nulli pa
gani, aut montani, quoniam plebei quoque urbanae maiores nostri con
venticula, et quasi concilia quaedam esse voluerunt, qui non am
plissime non modo de salute mea, sed etiam de dignitate decreverint.
Nam quid ego illa divina atque immortalia municipiorum et coloniarum

et totius Italiae decreta commemorem, quibus tamquam gradibus mihi
videor in caelum ascendisse, non solum in patriam revertisse. Ille vero dies
quis fuit? Cum me P. Lentulo lege de me ferente populus Romanus vidit,
sensitque [quantus] et quanta dignitate essem. Constat enim nullis umquam
comitiis campum Martium tanta celebritate, tanto splendore fuisse
omnis generis, hominum, aetatum, ordinum floruisse. Omitto civitatum,
nationum, provinciarum, regum, orbis denique terrarum de meis in omnes
mortales meritis, unum iudicium, unumque consensum; adventus
meus atque introitus in urbem qui fuit? Utrum me patria sic acce-
pit, ut lucem, salutemque redditam sibi ac restitutam accipere debuit.
An ut crudelem tyrannum, quod vos Catilinae gregales de me dicere
solebatis? Itaque ille unus dies quo me populus Romanus a porta in Capi-
tolium atque in domum sua celebritate, laetitiaque comportavit, hone-
stavit, tantae mihi iucunditati fuit, ut tua mihi illa consele-
rata vis non modo non propulsanda, sed etiam emendanda fuisse
videatur. Quare illa calamitas si ita est appellanda, certe
sit hoc genus totum maledicti: ne quis quam audeat iam repre-
hendere consulatum meum tot [tantis] armis tam ornantibus iudiciis, testimo-
niis, auctoritatibus comprobatum. Quod si in isto maledicto tuo probrum non
mihi nullum obiectabas sed etiam laudem illustras meam. quid stultius fieri
aut fingi dementius potest? Uno etiam maledicto bis a me patriam ser-
vatam esse concedis. Semel cum id feci quod omnes non negant immorta-
litati si fieri potest mandandum, tu supplicio puniendum putasti. Iterum cum
vim tuam, multorumque praeter te inflammatorum in bonos omnes impetum
meo corpore excepi: ne eam civitatem quam servassem inermis
armatam in discrimen adducerem. Esto non fuit in me poena ulla
peccati. At fuit iudicii, cuius? Quis me umquam ulla lege interroga-
vit? Quis postulavit? Quis diem dixit? Post [te] quam damnati poenam
sustinere videnatus? hoc tribunicium est [hoc] populare, quod ubi tute po-
pularem nisi cum pro te scripsisti potes dicere? Sed cum hoc iuris a maioribus
proditum sit: ut nemo civis Romanus aut impietatem [libertatem] aut civitatem possit
amittere: nisi ipse auctor factus sit: quod tu ipse potuisti in tua
causa discere. Credo enim quamquam in illa adoptione legitime factum
est, nihil tamen te esse interrogatum auctor ne esses, ut in te P. Fonteius

vitae necisque potestatem haberet. ut in filio. Quod vero si aut negasses aut ta-
cuisses, si tamen id XXX [decuriis] cives iussissent, num id iussum [iussum] esset ratum? certe
non. Quid ita? Quia ius a maioribus nostris qui non ficte et fallaciter
populares: sed vere et sapienter fuerunt, ita comparatum [tum] est ut civis
Romanus libertatem nemo posset invitus amittere. Quin et si decemviri
sacramentum in libertatem iniustum iudicassent, tamen quotiens quisque vellet
quis hoc in genere rerum iudicatam referre posse voluerunt. civitatem
vero nemo umquam ullo populi iussu amitteret invitus. Qui cives Romani
in colonias [Latinas] proficiscebantur, fieri non poterant Latini, qui erant
auctores facti, nomenque dederant. Qui erant rerum capitalium con-
demnati, non prius hanc civitatem amittebant quam erant in eam
recepti, quo vertendi hoc est mutandi soli causa venerant, id autem
ut esset faciundum, non ademptione civitatis, sed tecti et aquae et
ignis interdictione faciebant. Populus Romanus L. Sulla dictatore ferente
comitiis centuriatis municipiis civitatem ademit, eisdem agros
de agris ratum est. Fuit enim populi potestas de civitate [hec] ne tamdiu quidem
valuit, quamdiu illa Sullani temporis arma valuerunt. Hanc vero
Volaterranis cum etiam tum essent in armis. L. Sulla [victor] re publica re-
cuperata comitiis centuriatis civitatem eripere non potuit, hodieque
Volaterrani non modo cives, sed etiam optimi cives fruuntur nobiscum
simul hac civitate consulari homo. P. Clodius eversa re publica civitatem
adimere potuit consilio advocato conductis operis non solum egentium
sed etiam servorum, Sedulio principe, qui se illo die confirmat Romae
non fuisse. Quod si non fuit, quid te audacius qui in eius nomen
incideris? Quid desperatius qui ne ementiendo quidem potueris auc-
torem adumbrare meliorem? Sin autem is primus [fuit] scivit quod
facile [fuit] potuit propter inopiam tecti in foro pernoctans, cur non iuret se
Gadibus fuisse, cum tu te fuisse Interamnae probavisti? Hoc tu igitur homo
popularis iure munitam civitatem et libertatem [nostram] putas esse oportere
ut si tribunus plebis rogavit velitis, iubeatis ne Sedulius censuit se velle ei
et iubere dixerint, possit unusquisque nostrum amittere civitatem?
Tum igitur maiores nostri populares non fuerunt, qui de civitate, et
libertate; ea iura sanxerunt, quae nec vis temporum nec potentia
magistratuum, nec res iudicata, nec denique universi populi Romani potestas

legē de iniuriis pub. tulisti ana-
gnino nescio cui me ille pgrāg:
q tibi ob eā legē statuā i meis edib
posuit: ut locus ipē in tua tāta
iniuria legē et inscriptionem
statue refelleret. Que res muni-
cibus anagninis ornatissimis mlto
maiori dolori fuit: q̄ que ille idē
gladiator scelera anagni fecerat.
Quid si ne scriptum quidē umq̄ ē
in ista ipsa rogatione: quā Sedulius
negat scivisse. Tu huius ut [illegible]

que ceteris in rebus est maxīa labefactare posset. At tu et ereptor
ciuitatis, ut acta tui preclari tribunatus hoīs dignitati honestes.
Si nihil de me tulisti: quo minus eēm nō mō in ciuiū nūo, sed et
in eo loco in quo me honores ppli ro collocarūt: tamen ne cū eius tuo
uore uiolabis, que post nepharium scelus consulū superior tot uides
iudiciis, senatus po. ro. et totius italie honestarū. que ne tu quidē ad horā aborum
negare poteras ee tua lege sectorem. Ubi eēm tuleras ut mihi
aqua et ignis interdiceretur, qd gracus de. P. pompilio. Saturnin
de metello tulit homines seditiosissimi, de optīs ac fortissimis ciui
bus, nō ut eēt interdictū, quod ferre nō poterant, tulerunt, sed ut
interdiceretur. ubi cauisti ne meo me loco censor in senatū legēt
q de omibus etiā quibusdam damnatis interdictū est. Scriptū
est in legibus: quere hoc ex clodio scriptore legū tuarum. Iube adeē
latitat oīo, sed si requiri iusseris inuenient hoīem apud sororem
tua occultantē se capite demisso. Sed si patrem tuū, ciuem medius fidius
egregiū dissimilem uī: nemo umq̄ sanus exulem appellauit
qui cū de eo. tr. pl. promulgasset adeē pp iniquitatē illius ciuitatis
temporis noluit: et eā quoque impiū est abrogatū. Si in illo pena
legis tuē turpitudinē nō habuit, pp uim tempor, in me; cui dies
dicta nō est. qui reus nō fui, qui numq̄ sum a tr. pl. citatus dap-
nati pena eē potuit. ea presertim que ne in ista quidē rogatione
pscripta est. at uide quid intersit inter illū iniquissimū patris tui
casum, et hac fortunā, conditione q̄ meam. Patrē tuū ciuē optimum
clarissimi uiri filiū, qui si uiueret, qua seueritate fuit tu pro
fecto nō uiueres. L. philippus censor auunculū suum preteriit, nec
citando senatu. Nihil n. poterat dicere; qr rata nō erāt, que erāt
acta in re. p. in qua se illis ipsis temporibus censorem eē noluiss.
M. e. L. cotta homo censorius in senatu iuratus dixit, si censor tū
eēt, cū aberam: meo eo loco senatorē recitaturus fuisse. Quis i meū
locū iudicē subdidit. Quis meorum amicorum testamento detestat
meo fecit. Quis mihi nō idem tribuerit quasi adeēm. Quis me
nō mō ciuis, sed ciuis egregii recipe contra tuā legē et iuuare dubita
uit. Denique uniuersus senatus multo an q̄ est lata lex de me
grās agendas censuit, ciuitatibus his que nō M. tullium tantū me. etiam

ciue

ciuē optie de re. p. meritū recepissent. Et tu unus pestifer ciuis, eū
restitutū negas ee ciuē, quē eiectū uniuersus senatus nō mō ciuem
sed et egregiū ciuē semper putauit. At uō ut annales ppli. ro. et mo
numenta uetustatis loquuntur. Censor ille. Q. et. M. furius ca
millus et consularis M. seruilius, cū eēnt optie de re. p. meriti, tamen ppli inci
tati in iracundiam q̄ subierunt, damnatique comitiis centuriatis
cū in exilium profugissent, rursus ab eodem pplo placato sunt i pri
stinā suā dignitatem restituti. Quod si his dapnatis nō mō nō mi
nuit calamitas clarissimi noīs gloriam, sed et honestauit. Tamen etsi
optabilius est cursum uite conficere sine dolore, et sine iniuria
tamen ad imortalitatē gloriē plus afferre, desideratū ee a suis ciuibus
q̄ oīo numq̄ ee uiolatū. mihi sine ullo iudicio ppli. profecto nō
cū amplissimis ciuium iudiciis restituto maledicti locum aut crīs
optinebit: fortis et constans in optia ratione ciuis. P. popilius
semper fuit. tamen eius in omi uita, nihil est tā ad laudē illustrius q̄
calamitas ipsa. Quis n. iam meminisset eū bene de re. p. meritum
nisi et ab improbis expulsus eēt, et per bonos restitutus. Q. metelli
preclarū imperiū in re militari fuit egregia censura omīs uita
plena grauitatis: tamen huius uiri laudē ad sempiternā gloriā sine memoria
temporis calamitas propagauit. Quod si et illis qui expulsi sunt
iniqs sed tamen legibus reducti, inimicis interfectis rogationibus
tribunitiis nō auctate senatus, nō comitiis centuriatis, nō decretis italie: nō desiderio ciuitatis sed iniuria
inimicorum probro nō fuit, in me, qui profectus sum integer, abfui
simul cū re. p. duxi maxīa dignitate et uiuo fratre tuo, altero
consulari reducente: alto pretore petente, tuū scelus, meum
probrum putas ee oportere. At si me ppls. ro. incitatus iracu
dia, aut inuidia, é ciuitate eiecisset, idemque postea mea in re. p. bene
ficia recordatus se collegisset, temeritatē atque iniuriā suā
restitutione mea reprehendisset: tamen profecto nemo tam eēt amens
qui mihi ppli tale iudicium nō dignitati potius q̄ dedecori, esse putaret
oportere. Nunc uō cū me in iudicium ppli nemo ciuium uocarit
condemnari nō potuim qui accusatus nō sim. Denique ne ex-
pulsus quidē ita sum, ut si me contederem, superari nō possem
contraque a po. ro. semper sum defensus, amplificatus, ornatus.

Quid est quod quisquam mihi se ipsum populari nomine anteponat? An tu populum ro. esse
illum putas, qui constat ex his qui mercede conducuntur, qui impelluntur
ut vim afferant magistratibus, ut obsideant senatum, optent quotidie
cedem, incendia, rapinas, quem tu tamen populum nisi tabernis clausis
frequentare non poteras, cui populo duces Lentidios, Lollios, Sergios pre-
feceras. O speciem dignitatemque populi ro. quam reges, quam nationes
extere, quam gentes ultime pertimescant: multitudinem hominum ex
servis conductis et facinorosis et egentibus congregatam. Illa fuit pulchritu-
do populi ro. illa forma quam in campo vidisti, tum etiam cum tibi contra
senatus totiusque Italie auctoritatem et studium dicendi potestas fuit.
Ille populus est, dominus regum, victor atque imperator omnium gentium, quem
illo clarissimo die scelerate vidisti, tum cum omnes principes
civitatis, omnes ordinum atque etatum omnium suffragium se non de
cive, sed de civitatis salute ferre censebant. Cum denique homines
in campum non tabernis sed municipiis clausis venerunt.
Hoc ego populo si tum consules aut fuissent in re p. aut omnino non
fuissent, nullo labore tuo precipiti furori atque impio sceleri
restitissem, sed publicam causam contra vim armatam sine populi pre-
uis fortissimi uiri vis intima priuati hominis displiceret: sed Scipionis sidio suscipere nolui: non quo mihi P. Scipionis factum statim
P. Mutius consul qui in gerenda re p. putabatur fuisse segnior
gesta multis senatus consultis non modo defendit, sed etiam ornavit;
mihi aut te interfecto cum consulibus, aut te vivo et tecum et cum
illis armis decertandum fuit. Erant eo tempore multa et alia me-
tuenda: ad servos medius fidius res pervenisset; tantum homines impios
homines ex vetere illa coniuratione inustum nepharijs mentibus
bonorum odium retinebat. Hic tu me etiam gloriari vetas, negas
esse ferenda que soleam de me predicare, et homo facetus in-
ducis et sermonem urbanum ac venustum, me dicere solere esse me
Iovem, eundemque dictitare Minervam esse sororem meam. Non tam
insolens sum quod Iovem me esse dicam, non tam imperitus quod Mi-
nervam sororem meam Iovis esse existimem. Sed tamen ego
mihi sororem virginem adscisco: tu sororem tuam virginem esse non
sivisti. Sed vide ne tu te debeas Iovem dicere, quod tu iure eandem
sororem et uxorem appellare possis. Et quoniam hoc reprehendis,

quod solere me dicas de me ipso gloriosius predicare, quis unquam audi-
vit, cum ego de me nisi coactus ac necessario dicerem? Nam si cum mihi
furta, largitiones, libidines obijciuntur, ego respondere soleo meis
consilijs, periculis, laboribus patriam esse servatam, non tam sum existimandus
de gestis rebus gloriari, quam de obiectis non confiteri. Sed si mihi ante
hoc durissimum durissima rei p. tempora, nihil unquam aliud obiectum est nisi
crudelitas illius temporis, cum a patria perniciem depuli. Quid?
me huic maledicto utrum non respondere an demisse respondere
decuit? Ego non etiam rei p. semper interesse putavi me illius pul-
cherrimi facti, quod ex auctoritate senatus, consensu bonorum omnium
pro salute patrie gessissem, splendorem verbis dignitatemque reti-
nere, presertim cum mihi uni in hac re p. audiente po. ro.
opera mea hanc urbem et hanc rem p. esse salvam iurato dicere
fas fuisset. Extinctum est iam illud maledictum crudelitatis, quod
me non ut crudelem tirannum, sed ut mitissimum parentem
omnium civium studijs desideratum, repetitum, arcessitum vident;
aliquid exortum est; obijcitur mihi meus ille discessus, cui ego
crimini respondere sine mea maxima laude non possum. Quid
enim pontifices debeo dicere? peccati me conscientia profugisse? at
ad id quod mihi crimini dabatur non modo peccatum non erat, sed
erat res post natos homines pulcherrima. Iudicium populi pertimuisse? at
id nec propositum illud fuit et si fuisset, duplicem gloriam
discessissem. Bonorum mihi presidium defuisse? falsum est. Me
mortem timuisse? turpe est. Dicendum igitur est id quod non dicerem
nisi coactus. Nihil enim unquam de me dixi sublatius asciscende
laudis causa potius quam criminis depellendi. Dico igitur et quam possum maxima
voce dico. Cum omnium perditorum et coniuratorum incitata vis duce
tr. pl. consulibus auctoribus et afflicto senatu, perterritis equitibus
ro. suspensa ac sollicita tota civitate, non tam in me impetum
faceret, quam per me in omnes bonos, me vidisse si vicissem tamen
rei p. reliquias, si victus essem nullas futuras. Quod cum iudi-
cassem, deflevi coniugis misere discidium, liberorum carissimorum

solitudine fratris absentis amantissimi atque optimi cuius subitas fundatissime familie ruinas. Sed his omnibus rebus vitam anteposui meam
civium rem publicam concordem meo discessu quam omnium interitu occidere
malui. Speravi id quod accidit, me carentem posse a vobis viris fortibus
excitari si una cum bonis interissem, nullo modo posse recreari.
Accepi, pontifices, magnum atque incredibilem dolorem, non nego neque
istam mihi adscisco sapientiam quam nonnulli in me requirebant, qui
me animo nimis fracto esse atque afflicto loquebantur. An ego poteram
cum a tot rebus tanta varietate divellerer, quas idcirco pretereo quod ne
nunc quidem sine fletu commemorare possum, infitiari me esse hominem et communem nature sensum repudiare? Tum vero neque
illud meum factum laudabile, nec beneficium ullum a me in rem publicam profectum dicerem, si quidem ea rei publicae causa reliquissem, quibus equo
animo carerem: eamque animi duritiam, sicut corporis, quod cum uritur
non sentit, stuporem potius quam virtutem putarem. Suscipere tantos animi dolores atque ea que capta urbe accidunt victis stante
urbe unum perpeti et iam se videre distrahi a complexu suorum, disturbari
tecta diripi, fortunas patrie denique causa patriam ipsam amittere
spoliari populi romani beneficiis amplissimis, precipitari ex altissimo
dignitatis gradu, videre pretextatos inimicos nondum morte complorata, arbitria petentes funeris: hec omnia subire conservandorum
civium causa, atque ita cum dolenter adsis, non tam sapiens quam hi qui
nihil curant, sed tam amans tuorum ac tui quam communis humanitas
postulat, ea laus preclara atque divina. Nam qui ea que numquam
cara ac iocunda duxit animo equo rei publicae causa deserit nullam
benivolentiam insignem in rem publicam declarat. Qui autem ea relinquit
rei publicae causa a quibus cum summo dolore divellitur, ei cara patria
est, cuius salutem caritati anteponit suorum. Quare disrumpatur
licet ista furia atque audiat hec ex me quoniam lacessivit. Bis servavi
rem publicam qui consul togatus armatos vicerim, privatus consulibus
armatis cesserim: utriusque temporis fructum tuli maximum: superioris quod ex senatus auctoritate et senatum et omnis bonos mee

salutis causa mutata veste vidi: posterioris quod et senatus et populus
romanus et omnes mortales et privatim et publice iudicarunt sine meo reditu
rem publicam salvam esse non posse. Sed hic meus reditus pontifices vestro
iudicio continetur: nam si vos me in meis sedibus colloca-
tis id quod in omni mea causa semper studiis consiliis auctoritatibus
sententiis fecistis. Video me plane ac sentio restitutum. Sin mea do-
mus non modo mihi non redditur sed etiam monumentum prebet inimi-
co doloris mei, sceleris sui, publice calamitatis, quis erit qui hunc redi-
tum potius quam penam sempiternam putet? In conspectu prope totius
urbis domus est mea pontifices: in qua si manet illud non
monumentum urbis, sed sepulchrum inimico nomine inscriptum, demigrandum
potius aliquo est quam habitandum in ea urbe in qua trophea de me et de re publica
videam constituta. An ego tantam aut animi duritiam habere aut oculorum im-
pudentiam possim, ut cuius urbis servatorem me esse senatus omnium
assensu totiens iudicarit, in ea possim intueri domum meam eversam
non ab inimico, sed ab hoste communi, et ab eodem exstructam et positam in
oculis civitatis, ne umquam conquiescere possit fletus bonorum? Spurii
Melii regnum appetentis domus est complanata, et quid aliud equum accidisse
populus romanus Melio iudicavit nomine ipso equimelii stultitia pena comprobata est.
Spurii Cassii domus ob eandem causam eversa atque in eodem loco edes
posita Telluris. In Vacci pratis domus fuit M. Vacci que publicata
est, et eversa, ut illius facinus memoria et nomine loci notaretur.
M. Manlius cum ab ascensu capitolii Gallorum impetum repulisset, non
fuit contentus beneficii sui gloria; regnum appetisse est iudicatus,
ergo eius domum eversam duobus lucis convestitam videtis. Quam igitur
maiores nostri sceleratis ac nefariis civibus maximam penam constitui posse ar-
bitrati sunt: eandem ego subibo ac sustinebo, ut apud posteros
nostros non extinctor coniurationis et sceleris, sed auctor et dux
fuisse videar; hanc vero pontifices labem turpitudinis et inconstan-
tie poterit populi romani dignitas sustinere, vivo senatu, vobis prin-
cipibus publici consilii: ut domus M. Tullii Ciceronis cum domo
Fulvii Flacci ad memoriam pene publice constitute coniuncta esse
videatur. M. Flaccus quia cum C. Graccho contra salutem rei publicae fecerat
ex senatus sententia est interfectus, et eius domus eversa et publicata est.

In qua porticum post aliquanto Q. Catullus de manibus [manubijs] cimbricis fecit. Ista
autem fax ac furia patrie cum urbem Pisone et Gabino ducibus cepisset [cepisset],
occupasset, teneret, uno eodemque tempore et clarissimi viri mortui
monumenta delebat, et meam domum cum Flacci [Catuli] domo coniungebat, ut qua
pena senatus affecerat eversorem civitatis, eadem iste oppresso senatu
afficeret eum quem P. C. custodem patrie iudicassent. Hanc vos in palatio
atque in pulcherrimo urbis loco porticum esse patiemini, furoris tribunitii, sceleris consularis, crudelitatis coniuratorum, calamitatis rei p. doloris
mei defixum indicium ad memoriam omnium gentium sempiternam? Quam
porticum pro amore quem habetis in rem p. et semper habuistis non modo sententijs, sed si opus esset manibus vestris disturbare cuperetis, nisi quem
forte illius castissimi sacerdotis superstitiosa dedicatio deterret. O rem
quam homines soluta [soluta] ac iura libertate [vita] ridere non desinunt, tristiores autem sine
maximo dolore audire non possunt. P. ne Clodius qui ex pontificis
maximi domo religionem eripuit, is in meam intulit? Huic vos [vos] et nos
qui estis antistites cerimoniarum et sacrorum auctorem habetis et magistrum publice religionis. O dij immortales vos. n. hoc audire cupio. P.
Clodius vestra sacra curat, vestrum numen horret, res omnes humanas
religione vestra contineri putat. Hic non illudit auctoritati omnium horum
qui adsunt summorum virorum, non vestra pontifices gravitate abutitur?
Ex isto ore religionis verbum excidere aut elabi potest? Cum tu eodem
more accusando senatum quod severe de religione decerneret, impurissime, taeterrimeque violasti. Aspicite [aspicite] pontifices hominem religiosum
et si vobis videtur, quod est bonorum pontificum monete [te] eum [eum] modum
quendam esse religionis: nimium esse superstitiosum non oportere. Quid
tibi necesse fuit anili [anili] superstitione homo fanatice sacrificium quod
aliene domi fieret, invisere? An quem autem te tanta mentis imbecillitas tenuit, ut non putares deos satis posse placari, nisi et muliebribus religionibus te implicuisses? Quem vero umquam audisti maiorum tuorum
qui et sacra privata coluerunt, et sacris publicis sacerdotijs prefuerunt,
cum sacrificium bone dee fieret, interfuisse? Neminem, ne illum quidem
qui cecus factus est, ex quo intelligitur multa in vita falso homines
opinari, cum ille qui nihil videret sciens quod nephas esset, lumina amisit. Istius qui non solum aspectu, sed etiam incesto flagitio et stupro [polluit cerimonias poena o(mn)is oculorum ad cecitatem]

in cecitatem mentis est conversa. Hoc auctore tam casto, tam religioso,
tam sancto, tam pio potestis pontifices non commoveri cum suis dicat se manibus domum civis optimi evertisse, et eam ijsdem manibus consecrasse? Que fuit tua [tua] fuit consecratio? Tuleram inquit ut mihi liceret. Quid non excepistis [excepistis]
ut si quod [que] vis non esset rogare? Ne esset rogatum. Ius quod statueritis esse
unius cuiusque vestrum, sedes, aras, focos, deos penates subiectos [subiectos] esse libidini tribunitie in quem quisque per homines concitatos irruerit [i], quem
impetu non tulerit [perculerit]? Huius domum non solum affligere primo [que] impetu [e] infamem
quasi tempestate repentina, sed etiam in posterum tempus sempiterna [b] religione obligare? Equidem sic accepi pontifices in religionibus suscipiendis caput esse interpretari quem voluntas deorum immortalium
esse videatur. Nec est ulla erga deos pietas nisi honesta, de numine [numine]
eorum ac mente opinio, cum expeti nihil ab his quod sit iniustum aut
inhonestum arbitrere [ari]. Hominem invenire ista labes cum omnia tenebat
neminem potuit cui meas edes adiceret, cui traderet, cui daprinaret [donaret]
ret ipse. Cum loci illius tum edium cupiditate flagraret, ob eamque
tam una ista illa rogatione sua vir bonus dominum se in meis bonis [in meis bonis]
esse voluisset, tamen ille ipso in furore suo non est ausus meam domum
cuius cupiditate inflammatus erat possidere. Deos immortales
existimatis vestro labore et consilio sua ipsi templa ceperunt,
in eius domum afflictam et eversam, per illius hominis sceleratissimi
nepharium latrocinium migrare voluisse? Cuius est nemo tanto
in populo extra contaminatam illam et cruentam P. Clodij manum
qui rem ullam de meis bonis attigerit, qui non pro suis opibus
in illam tempestatem defenderit. At qui aliqua se contagione predeflagitis societatis emptionis contaminaverit, nullius neque privati neque
publici iudicij penam effugere potuerunt. Ex his igitur bonis quorum nemo
rem ullam attigit, qui non omnium iudicio sceleratissimus haberetur,
Dij immortales domum meam concupiverunt? Ista tua pulchra libertas
deos penates et familiares meos lares expulit, ut se ipsa tamquam in
captivis sedibus collocaretur. Quid est sanctius, quid omni religione munitius [munitius] quam domus uniuscuiusque civium? Hic are sunt,
hic foci, hic dij penates, hic sacra religiones cerimonie continentur.
Hoc perfugium est ita sanctum omnibus ut inde abripi neminem fas sit.

Quo magis est iste furor ab auribus vestris repellendus, qui que maiores nostri religionibus tuta nobis et sancta esse voluerunt, ea iste non solum contra religionem labefactavit, sed etiam ipsius religionis nomine evertit. atque dea est, bonam esse oportet, quoniam quidem est abs te dedicata. libertas inquit. Eam tu igitur domi mee collocasti, quam ex urbe tota sustulisti. Tu cum collegas tuos summa potestate preditos negares liberos esse, cum in templum castoris aditus esset apertus nemini. Cum hunc clarissimum virum summo genere natum summis populi beneficiis usum pontificem et consularem et singulari bonitate eiusdem et modestia preditum quem satis mirari quibus oculis aspicere audeas non queo: audiente populo romano a pedisequis conculcari iuberes cum indemnatum privilegiis tirannicis irrogatis exturbares, cum principem orbis terre virum inclusum domi contineres, cum forum armatis catervis perditorum hominum possideres: libertatis simulacrum in ea domo collocabas, que domus erat ipsa indicium crudelissimi tui dominatus et miserrime populi romani servitutis. Eumne libertas sua potissimum domo civitas tota venisset. [debuit depellere, qui nisi fuisset in servorum potestatem civitas tota venisset] At unde inventa est ista libertas. Quesivi enim diligenter. Tanagrea quedam meretrix fuisse dicitur eius non longe a Tanagra simulacrum e marmore in sepulchro positum fuit. Hanc quidam homo nobilis non alienus ab hoc religioso libertatis sacerdote ad ornatum edilitatis sue deportavit. Etenim cogitarat omnes superiores muneris splendore superare. Itaque omnia signa, tabulas ornamentorumque quod superfuit in fanis ac communibus locis, tota e grecia atque insulis omnibus honoris populi romani causa sane frugaliter domum suam deportavit. Is posteaquam intellexit posse se interversa edilitate a pisone se consule pretorem renuntiari si modo eadem prima littera competitorem habuisset, aliquam edilitatem duobus in locis, partim in arca partim in ortis suis collocavit, signum de busto meretricis ablatum isti dedit, quod est signum magis istorum quam publice libertatis. hanc deam quisquam violare audeat, et ymaginem meretricis ornamentum sepulchri a fure sublatam: a sacrilego collocatam hec me domo mea pellet. hec victrix afflicte civitatis rei publice spoliis ornabitur. hec erit in meo monumento quod positum est, ut esset indicium oppressi senatus ad memoriam sempiternam turpitudinis. O Q. catule patrem

ne appellem an filium, recentior enim memoria filii est: et cum rebus meis gestis coniunctior. tantumne te fefellit cum mihi summa et quotidie maiora premia in re publica fore putabas. Negabas fas esse duos consules esse in hac civitate inimicos rei publice duo sunt inventi qui senatum tribuno furenti constrictum traderent. Qui pro me patres conscriptos deprecari et populo et supplices esse edictis atque imperio vetarent, quibus inspectantibus domus mea disturbaretur, diriperetur, qui denique ambustas fortunarum mearum reliquias suas domos comportarent. Venio nunc ad patrem. Tu Q. catule M. Fulvii domum cum is fratris tui socer fuisset monumentum tuarum manubiarum esse voluisti: ut eius qui perniciosa rei publice consilia cepisset, omnis memoria funditus ex oculis hominum ac mentibus tolleretur. Hoc si quis tibi hedificanti illam porticum diceret fore tempus cum hic tribunus plebis qui auctoritatem senatus, iudicium bonorum omnium neglexisset tuum monumentum consulibus non modo inspectantibus, verum etiam adiuvantibus disturbaret, everteret, idque cum eius civis qui rem publicam ex senatus auctoritate consul defendisset, domo coniungeret, nonne responderes id nisi eversa civitate accidere non posse. At videte hominis intollerabilem audaciam cum proiecta quadam et effrenata cupiditate monumentum iste umquam aut religionem ullam excogitavit. habitare laxe et magnifice voluit, duasque et magnas et nobiles domos coniungere eodem puncto temporis quo meus discessus isti causam cedis eripuit a Q. Seio quesivit, contendit ut Q. vetius Postumus sibi domum venderet cum ille id negaret primo se luminibus eius esse obstructurum minabatur. Affirmabat Postumus se vivo illam domum istius numquam futuram. Acutus adolescens ex ipsius sermone intellexit quid fieri oporteret: hominem veneno apertissime sustulit. Emit domum licitatoribus defatigatis prope dimidio carius quam existimabat. Quorsum igitur hec oratio pertinet; domus mea illa prope tota vacua est vix pars edium mearum decima ad catuli porticum accessit, causa fuit ambulatio et monumentum et ista tanagrea oppressa libertate libertas in palatio pulcherrimo prospectu porticum cum conclavibus pavimentatam trecentum pedum concupierat amplissimum peristylum cetera eiusmodi facile ut omnium domos et laxitate et dignitate

suparet. Et homo religiosus cum edes meas idem emeret et uenderet, tam illis tantis
tenebris, non est ausus suum nomen emptioni illi adscribere posuit. C. Scatonem
illum hominem sua uirtute egentem, ut is qui in marsis ubi natus est, tectum
quod imbris uitandi causa succederet, nullum habet, edis in palatio no
bilissimas emisse se diceret. Inferiorem edium partem peruertere assignauit
non sue genti fonteie, sed clodie quam reliquit, que in innumeris e multis
clodiis nemo nomen dedit, nisi aut egestate, aut scelere perditus. Hanc
uos pontifices tam uariam, tam nouam in omni genere uoluntatem impude
tiam, audaciam, cupiditatem comprobabitis? Pontifex inquit affuit.
nemo te pudet, cum apud pontifices res agatur, pontifice dicere te, non
collegium pontificum affuisse: presertim cum tr. pl. uel denuntiare potue
ris, uel etiam cogere. Esto collegium non adhibuisti. Quid de collegio?
quis tandem affuit? poterat enim auctorem in uno quem est in his
omnibus, sed tamen auget et honos et etas dignitatem. Opus erat et scien
tia quam si omnes consecuti sunt: tamen certe peritiores uetustas facit.
Quis quo affuit? inquit frater uxoris mee. Si auctorem querimus et
si id est etatis, ut non dum consecutus sit, tamen quanta est eius in
adolescente auctoritas? Ea propter tantam coniunctionem affinitatis minor
est putanda? Sin autem scientia est quesita, quis erat minus peritus
quam is qui paucis illis diebus in collegium uenerat? Qui etiam tibi erat
magis obstrictus beneficio recenti, cum se fratrem uxoris tue fratri
tuo germano antelatum uidebat: et si in eo prouidisti ne frater te
accusare posset: hanc tu quam dedicationem appellabas? ad quam non
collegium non honoribus populi romani ornatum pontificem, non eum denique adolescentem quemque tu haberes in collegio familiarissimos adhibere
potuisti. Affuit is si tamen affuit quem tu impulisti: soror rogauit, ma
ter coegit. Uidete quam pontifices quid statuatis in mea causa de omnium
fortunis. Ergo ne uerbo pontifices putatis si is postem tenuerit et aliquid
dixerit, domum uniuscuiusque consecrari posse? An iste dedicationes
et templorum et delubrorum religiones ad honorem deorum immortalium
sine ulla ciuium calamitate a maioribus nostris constitute sunt? Est
inuentus tr. pl. qui consularibus copiis instructus omni impetu
furoris in eum ciuem irrueret, quem perculsum ipsa res p. suis
manibus extolleret. Quid si quis similis istius neque, neque enim

iam deerunt, qui imitari uelint aliquem mei dissimilem. Cui res p. non
tantum debeat quantum attribuerit domum eius per pontificem dedicarit, id
uos ista auctoritate constitueritis ratum et oportere? Quis quem repperit
pontificem, quidem et tr. pl. idem et non potuit? M. drusus ille clarissimus
tr. pl. pontifex fuit. ergo si is Q. cepionis inimici sui postem edium
tenuisset et pauca uerba fecisset, edes cepionis essent dedicate? Nihil
loquor de pontificio iure: nihil de ipsius uerbis dedicationis: nihil
de religione, cerimoniis non dissimulo me nescire ea que etiam si
scirem dissimularem ne aliis molestus uobis etiam curiosus uiderer.
etsi effluunt multa ex uestra disciplina: que etiam ad nostras aures
sepe permanant, postem teneri in dedicatione oportere uideor
audisse templi: ibi enim postis est, ubi templi aditus est, ualue,
ambulationis. Postes nemo umquam tenuit in dedicando, simula
crum aut aram si dedicasti: sine religione loco moueri potest.
Sed iam hoc dicere dicitur ibi non licebit, qui per pontificem poste tenuisse
dixisti. quamquam quid ego de dedicatione loquar? aut quid de uestro iure
et religione contra quam proposueram disputabo? Ego uero si omnia sollemp
nibus uerbis, ueteribus et publicis institutis acta et dicerem: tamen me rei
p. iure defenderem. An tu cum eius ciuis discessu: cuius unius opera senatus
atque omnes boni ciuitatem et incolumem totiens uidicassent? oppressam
teterrimo latrocinio cum duobus sceleratissimis consulibus rem p.
teneres domum eius qui priam a se seruatam perire suo nomine noluisset
per pontificem aliquem dedicasses, posset recreata res p. substinere?
Date de hac religione aditum pontifices: iam nullum fortunis communibus
exitum repperietis? An si postem tenuit pontifex et uerba ad religio
nem deorum immortalium composita ad perniciem ciuium transtulerit:
ualebit iniuria nomen sanctissimum religionis? Si tr. pl. uerbis non
minus priscis et pepe solemnibus bona cuius cuiuspiam consecrarit non ualebit? Atqui
Catinius patrum memoria bona Q. metelli qui eum ex senatu censor
reiecerat aui tui Q. metelle et tui P. seruilii et proauitui P. scipio
consecrauit foculo posito in rostris adhibitoque tibicine. Quid
tum? Num ille furor tribuni plebis ductus ex nonnullis pueterum
temporum exemplis fraudi Metello fuit summo illi et clarissimo
uiro? certe non fuit. uidimus hoc idem Cn. lentulo censori. tr. pl.

fatere. Numquid ergo bona Lentuli religionibus religavit. Sed quid ego ceteros
tu tu inquam capite velato, contione advocata, foculo posito bona tui Gabinii
cui regna omnia Syrorum, Arabum, Persarumque donaveras (l. donas) consecrasti. Quod si
tum nihil est actum, quid in meis bonis agi potuit? Sin est ratum, cur ille
gurges helluatus tecum simul rei publicae sanguinem ad celum tamen estruit (l. extruxit)
villam in Tusculano visceribus erarii in meas ruinas quas ego
similem tota urbem esse passus non sim aspicere. Non huius obmitto
Gabinium. Quid ex tua bona tua nonne L. Ninnius vir omnium fortissi
mus atque optimus consecravit? Quod si quia ad te pertinent, rata esse
negas oportere: ea iura constituisti in preclaro tribunatu tuo quibus
in te conversis recusares, alios everteres. Sin ista consecratio le
gitima est: quid est quod prophanum in tuis bonis esse possit. An conse
cratio nullum habet: dedicatio est religiosa. Quid ergo illa tua tum obtestatio
tibicinis, quid foculus, quid preces, quid prisca voluerunt? Men
tiri, fallere, abuti deorum immortalium numine ad hominum timorem
quid voluisti? Nam si est illud ratum, mitto Gabinium tua domus
certe et quicquid habes aliud Cereri est consecratum. Sin ille ludus
fuit, quid te impurius, qui religiones omnes pollueris aut emen
tiendo aut stuprando. Iam fateor inquit in Gabinio me nepharium
fuisse. Quippe vides poenam illam a te in alium institutam in te ipsum esse
conversam. Sed homo omnium scelerum flagitiorumque documentum quod in Ga
binio fateris, cuius impudicitiam pueritiae libidines adolescentiae dedecus
et egestatem reliquae vitae latrocinium consulatus vidimus. Cui ne ista
quidem calamitas iniuria potuit accidere, id in me infirmas et gra
vius esse dicis, quod uno adolescente, quam quod contione tota effecisti. Tota
dedicatio magnam inquit habet religionem. Nonne vobis Numa Pompilius
videtur loqui? Discite oratorem pontifices et vos flamines etiam tu rex
(Ambitu Recii) disce a gentili: At tu quamquam ille gentem istam reliquit. Sed tamen disce
ab homine religionibus dedito, iusto, tum omnium religionum perito. Quid
in dedicatione? Nonne et quis dicit, et quid et quo queritur. An tu
hec ista confundis et perturbas ut quicumque velit quod velit et quo
velit posset dedicare? Quis eras tu qui dedicabas, quo iure, qua
lege, quo exemplo, qua potestate? Ubi te iste rei publicae populus Romanus praefecerat? Video enim
esse legem veterem tribuniciam quae vetet iniussu plebis edes, terram,

aram consecrare, neque tamen hoc Q. Papirius qui hanc legem rogavit sensit neque
suspicatus est fore periculum ne domicilia aut possessiones indemnatorum
civium consecrarentur. Neque enim id fieri fas erat, nec quisquam fecerat, nec erat
causa cur prohibendo non tam deterrere (l. deterreret quam admoneret) videntur quam admonere, sed quia
consecrabantur edes, non privatorum domicilia, sed quae sacra nominantur
consecrabantur agri non ita ut nostra praedia si quis vellet, sed ut imperator
agros de hostibus captos consecraret, hec nisi plebs iussisset, fieri — Statuebant ergo quae religionem afferent: ipso se loco essent consecrate.
vetuit. Quae ut si tu interpretaris de nostris edibus atque agris scripta esse
non repugno. Sed quero quae lex lata sit, ut tu edes meas consecrares,
ubi tibi hec potestas data sit, quo iure feceris. Neque ego nunc de religione
sed de bonis omnium nostrum nec de pontificio iure, sed de iure publico dis
puto, lex Papiria vetat edis iniussu plebis consecrari. Sit sane
hoc de nostris edibus ac non de publicis templis unum ostende verbum con
secrationis in ipsa tua lege, si illa lex est ac non vox sceleris et cru
delitatis tue. Quod si tibi tum in illo rei publicae naufragio omnia in mentem
venire potuissent: aut si tuus scriptor in illo incendio civitatis
non syngraphas cum Byzantiis exulibus et cum legatis regum faceret
sed vacuo animo tibi ista non scita sed portenta conscriberet, esses omnia
si minus re at verbis legitimis consecutus. Sed uno tempore cautio
nes fiebant pecuniarum, federa feriebantur, provinciarum, regum
appellationes venales erant, servorum omnium vicatim celebrabatur
tota urbe descriptio, inimici in gratiam reconciliabantur, imperia
ascribebantur nove iuventuti. Quod scio veneni misero parabat
de Cn. Pompeio propugnatore et custode imperii interficiendo — Senatus neque esset ut lugerent
consilia inibantur, senatus nequid deesset impio tuo servire
cogebatur: ut lugerent boni semper, ut capta res publica consulum prodi
tione in tribunicia teneretur: hec cum tot tantaque agerentur, non
mirum est presertim in furore animi et cecitate multa illum et te fefel
lisse. At videte quanta sit vis huius Papirie legis in re tali, non
qualem tu afferes sceleris plenam et furoris. Q. Marcius censor
signum Concordie fecerat, idque in publico collocarat. Hoc signum
C. Cassius censor cum in curiam transtulisset, collegium vestrum consu
luit: numquid esse cause videretur, quin id signum curiamque Concor
diam dedicaret. Queso pontifices et hominem cum homine et tempus

tu tempore et rem tu re compara. Ille erat summa modestia et equitate
censor hic tr. pl. scelere et audacia singulari. tempus illud erat tran-
quillum et in libertate populi et gubernatione positum senatus. tuum porro
tempus libertate populi ro. oppressa, senatus auctoritate deleta. Res illa
plena iustitie, sapientie, dignitatis. censor n. penes quem maiores nostri
id quod tu sustulisti iudicium senatus de dignitate esse voluerunt,
concordie signum volebat in curia, curieque dedicare, preclara
voluntas atque omni laude digna. prescribere n. se arbitrabantur, ut
sine studiis dissensionis sententie dicerentur, si sedem ipsam ac templum
publici consilii religione concordie devinxisset. Tu cum ferro cum metu
[addictus] cum abiectus, cum [privilegiis] privatis, cum paratis copiis perditorum absentis terroris
terrore et minis consulum, sceleritate et nephario federe, ser-
vitute oppressam civitatem teneres libertatis signum posuisti magis
ad ludibrium impudentie quam ad simulationem religionis. Ille in
curia que poterat, sine cuiusquam incommodo dedicabat [vit]: tu civis
de re p. optime meriti cruore ac pene ossibus simulacrum non li-
bertatis publice, sed licentie collocasti: atque ille tamen ad collegium
retulit, tu ad quem retulisti? Si quid deliberares, si quid tibi aut
piandum aut instituendum fuisset religione domestica tamen insti-
tuto ceterorum vetere, ad pontificem tamen detulisses. Non novum
delubrum cum in urbe clarissimo loco nephando quodam atque
inaudito instituto inchoares referendum ad sacerdotes publicos
non putasti. at si collegium pontificum adhibendum non videbatur:
nemo ne horum tibi idoneus visus est, qui [etate] honore auctoritate
antecellunt, ut cum eo communicatione consultares? quorum quidem tu
non contempsisti: sed pertimuisti dignitatem. an tu auderes
querere ex P. Servilio aut ex M. Lucullo quorum ego consilio
atque auctoritate rem p. consul ex vestris manibus ac faucibus eripui quibus
nam verbis aut quo ritu hoc primum dico cuius [civis] domum consecrares,
deinde cuius [civis], eius [civis] principes senatus tum et ordines omnes deinde [deinde] ytalia tota:
post cuncte gentes testimonium huius urbis atque imperii conservati de-
dissent. Quid diceres o nephanda et perniciosa labes civitatis, ades ades
Luculle, ades Servili, dum dedico domum Ciceronis ut mihi [par] penatis
postemque teneatis. es tu quidem tum audacia tum impudentia singularis

sed tibi tamen oculi vultus verba cecidissent, cum te viri qui sua dignitate pro-
num populi atque auctoritatem imperii sustinerent, verbis gravissimis perterruis-
sent, ne quod sibi fas esse duxissent, furori interesse tuo, atque in patrie
parricidio et scelere. Quem tu videres tamen [tum] te ad tuum affinem non
delectum arte, sed relictum a ceteris contulisti. Quem ego tamen credo si est
ortus ab his, quorum memorie proditum est: ab ipso hercule perfuncto
iam laboribus sacra [dedisse] didicisse in viri fortis erumpnus. Non ita
crudelem fuisse, ut in vivi etiam spirantis caput bustum suis
manibus imponeret. qui aut nihil dixit, aut si fecit omnino, penam propter
hanc materne temeritatis tulit: ut mutum in delicto personam, no-
menque preberet, aut si dixit aliquid verbis hesitantibus, postemque
tremebunda manu tetigit: certe nihil rite, nihil caste, nihil more
institutoque perfecit. Viderat ille murenam vitricum suum consulem
designatum ad me consulem cum allobrogibus communis exitii indicia
afferre: audierat ab illo se a me bis salutem accepisse: separatim
semel iterum cum universis. Quare quis est qui existimare possit.
huic novo pontifici primam hanc post sacerdotii [tum initii] initium religionem
instituenti, vocemque [herenti] invenienti non et linguam obmutuisse, et manum obtor-
puisse, et mentem debilitatam metu concidisse presertim cum ex toto collegio
tanto non regem non flaminem non pontificem videret, fierique particeps alieni
sceleris invitus cogeretur et gravissimas penas affinitatis impurissime
sustineret. Sed ut revertar ad ius publicum dedicandi [de] quod ipsi pontifices
semper non solum ad suas cerimonias: sed etiam ad populi iussa accommodave-
runt: habetis in commentariis vestris. C. Cassium censorem de signo concor-
die [de] dedicando ad pontificum collegium detulisse, eique M. Emilium pontificem
maximum pro collegio respondisse, nisi eum populus ro. nominatim prefecisset
atque eius iussu faceret, non videri eam recte posse dedicari. Quid cum
Licinia virgo vestalis summo loco [nata] sanctissimo sacerdotio predita, tullio Tito
T. Flaminio Q. Metello consulibus aram et ediculam et pulvinar
sub sacro saxo dedicasset: nonne eam rem ex auctoritate senatus ad
hoc collegium Sex. Iulius pretor retulit? cum P. [Scevola] Secunda pontifex maximus
pro collegio respondit quod in loco publico Licinia castissima femina [C. F.] in-
iussu populi dedicasset sacrum non videri esse, quam quidem rem quanta seve-
ritate, quantaque diligentia senatus ex ipso senatus consulto sustulit

facile cognosceretis, videtis ne pretori urbano negotium datum, ut curaret
ne id sacrum esset: et ut si que esset incisa, aut inscripta littera tollerentur.
O tempora o mores, tu censorem hominem sanctissimum simulacrum concordie de-
dicare pontifices in templo inaugurato prohibuerunt. Post autem senatus
in loco augusto consecratam iam aram tollendam ex auctoritate pontificum censuit
neque ullum est passus ex ea dedicatione litterarum extare monumentum.
Tu procella patrie turbo, ac tempestas pacis atque otii, quoniam in naufragio
rei publice tenebris offusis demerso populo romano everso atque eiecto senatu dirue-
res, edificares, religione omnia violata rei publice tanti nominis contamina-
res in hisce edibus ut in urbe quam suis laboribus ac periculis conservasset
monumentum deleto rei publice collocaris ad equitum nota doloris bonorum
omnium, sublatoque Q. Catuli nomine incideres id sperasti rem publicam diutius quam
quoad mecum simul expulsa careret his moenibus esse laturam, ac si pontifi-
ces, ne quis cui liceret, ne quid quod fas fuit, dedicavit. Quid ad
me attinet iam illud tertium quod proposueram docere non his institutum ac
verbis quibus cerimonie postulant dedicasse domum. A principio nihil
de scientia vestra, nihil de sacris, nihil de abscondito pontificum iure dic-
tum, que sunt adhuc a me de iure dedicandi disputata non sunt, quesita
ex occulto aliquo genere litterarum. Sed sumpta de medio, ex rebus palam
per magistratus actis ad collegiumque delatis ex S.C. ex lege illa interiore
iam vestra sunt que dixi, quid preciperetis quod tangi, quid teneri ius fuerit. Que si
omnia et Coruncani scientia qui peritissimus pontifex fuisse dicitur acta et
constarent: aut si M. Oratius ille Pulvillus qui cum eius emuli dedicationem
multi propter invidiam fictis religionibus impedirent, restitit. Et constan-
tissima mente capitolium dedicavit. huiusmodi alicui dedicationi preste
fuisset: tamen in scelere religio non valeret. Ne valeat id quod imperitus
adolescens novus sacerdos sororis precibus, matris minis adductus
ignarus, invitus, sine collegis, sine libris, sine auctore, sine fictore fictore
furtim mente ac lingua titubante fecisse dicatur. presertim cum iste
impurus atque impius hostis omnium religionum, qui contra fas et inter
viros sepe mulier, et inter mulieres sepe vir fuisset, ageret
illam rem ita raptim et turbulente ut neque mens, neque vox neque
lingua consisteret. Delata tamen sunt ad vos pontifices et post
omnium sermone celebrata, quemadmodum iste posposteris verbis

horroribus obstrictis identidem se ipse revocando, dubitans, timens, hesi-
tans omnia aliter ac vos in monumentis litteris et pronuntiarum et fece-
rit. Quod quidem minime mirum est in tanto scelere tantaque dementia
ne audacie quidem locum ad timorem comprimendum fuisse. Etenim si nemo
umquam predo tam barbarus atque immanis fuit: qui cum fana spoliasset fana
deinde aram aliquam in litore deserto somniis stimulatus aut religione
aliqua consecraret, non horreret animo cum divinum numen scelere violatum
placare precibus cogeret. Qua tandem istum perturbatione mentis
templorum omnium benivolorum atque tectorum, totiusque urbis predonem fuisse cense-
tis cum pro detestatione tot scelerum unam aram nepharie consecraret.
Non potuit ullo modo quamquam et insolentia dominatus extulerat animos et
erat incredibili armatus audacia non in agendo ruere ac se pec- ipse
care. presertim illo pontifice et magistro qui cogeretur docere ante-
quam ipse didicisset. Magna vis est cum deorum immortalium, tum non in ipsa re publica — dii immortales suorum templorum
quamquam erat exterminata metum tamen obfuscabat animi, oculos exterminatoris sui — custodem ac presidem scele-
et ab istius inflammato atque ignito furore iam cum metu se repe- — ratissime pulsum cum viderent ex suis templis in eius edes immigrare
rebat. Quare quid est mirum si iste metus furore instinctus scelere — nolebant. Itaque istius vecordissimam mentem cura metuque terrebant. Rei publice quamquam erat
preceps, neque institutas cerimonias persequi, neque verbum unum ullum sollemp-
ne potuit effari. Que cum ita sint pontifices et revocate iam animos
vestros ab hac subtili nostra disputatione ad universam rem publicam quam
antea cum viris fortibus multis, in hac vero causa soli vestris cervicibus
sustinetis. Vobis universi senatus perpetua auctoritas cuius mee
ipsi prestantissimi semper in mea causa fuistis. Vobis Italie magnifi-
centissimus ille motus, municipiorumque concursus, vobis campus
centuriarumque una vox omnium quarum vos principes atque auctores
fuistis. Vobis omnes societates, omnes ordines, omnes qui aut re aut
spe denique sunt boni omnes, cum erga meam dignitatem studium et iudi-
cium non modo commissum: verum etiam commendatum esse arbitrabantur.
Denique ipsi dii immortales, qui hanc urbem atque hoc imperium tuentur
ut esset omnibus gentibus posteritatique perspicuum, divino me numine
esse rei publice redditum: idcirco mihi videntur fructum ipsum reditus et
gratulationis mee, ad suorum sacerdotum potestatem, iudiciumque revocasse.
Hic est enim reditus pontifices, hec restitutio, in domo, in sedibus in
aris, in focis, in diis penatibus recuperandis, quos si iste suis

sceleratissimis manibus, tecta sedesque convellunt, ducibusque consulibus
tamquam urbe capta, hanc unam domum quasi deterrimi propugnatoris
sibi delendam putavit: tamen illi dii penates ac familiares mei, per vos
in meam domum, meum erant restituti. Quocirca te Capitoline, quem
propter beneficia populus ro. optimum, propter vim maximum nominavit: teque Juno regina
teque custos urbis Minerva, que semper adiutrix consiliorum meorum, testis
laborum extitisti, precor atque queso: vosque qui maxime repetistis atque revoca
stis, quorum de sedibus hec mihi est proposita contentio, patrii penates, fami
liaresque qui huic urbi et rei p. presides estis, vos obtestor, quorum ego a
templis atque delubris pestiferam illam et nefariam vim depuli, teque
Vesta mater, cuius castissimas sacerdotes ab hominum amentia, furore
et scelere defendi: cuiusque ignem illum sempiternum non sum passus, aut
sanguine civium restingui, aut cum totius urbis incendio commisceri:
ut si in illo pene fato rei p. obieci meum caput pro vestris cerimoniis
atque templis perditissimorum civium furori atque ferro et si iterum cum et
mea contentione interitus bonorum omnium quereretur, vos sum testa
tus vobis me ac meos commendavi, meque atque meum caput ea conditi
one devovi, ut si et eo ipso tempore et ante in consulatu meo, commodis
meis omnibus emolumentis, premiis pretermissis, cura cogitatione
vigiliis omnibus nihil nisi de salute meorum civium laboravissem, tum mihi
re. p. aliquando restituta liceret frui: sin autem mea consilia patrie non pro
fuissent, ut perpetuum dolorem avulsus a meis sustinerem: hanc ego
devotionem capitis mei, cum ero in sedes meas restitutus, tum denique
convictam et commissam putabo. Nam nunc quidem pontifices, non solum
domo de qua cognostis, sed tota urbe careo in qua videor esse restitutus.
urbis. n. celeberrime et maxime partes adversum illud non monu
mentum, sed vulnus patrie continentur, que cum mihi conspectum morte
magis vitandum, fugiendumque esse videatur. Nolite quesso eum cuius re
ditu restitutam rem p. fore putastis, non solum dignitatis ornamentis
sed etiam urbis partibus velle esse privatum. Non me bonorum direptio,
non tectorum excisio, non depopulatio praediorum, non preda consulum ex meis
fortunis crudelissime capta permovet: caduca semper et mobilia hec
esse duxi: non virtutis atque ingenii et fortune et temporum munera
quorum ego non tam facultatem umquam et copiam expetendam duxi

utendo rationem et in carendo patientiam: etenim ad usum vestrum usum prope modum
iam adest diffinita moderatio: liberis autem nostris satis ampli patri
monium paterni nominis ac memorie nostre relinquimus: domo per scelus
erepta: per latrocinium occupata, per religionis vim sceleratius et hedificata
que eversa carere, sine maxima rei p. ignominia meo dedecore ac do
lore non possum. Quapropter si diis immortalibus, si po. ro. si universe Ytalie
si provinciis, si exteris nationibus, si vobismet ipsis, qui in mea salute
principem semper locum, auctoremque tenuistis, gratum et iocundum meum
reditum intelligitis esse: queso, obtestorque vos pontifices, ut me quem
auctoritate, studio, sententiis restituistis, nunc quoniam senatus ita vult, manibus
quoque vestris, in sedibus meis colloceetis.

M. T. Ciceronis pro M. Celio oratio incipit.

Si quis iudices forte nunc adsit ignarus legum, iudiciorum
consuetudinis nostre: miretur profecto que sit tanta atro
citas huiusce cause: quod diebus festis, ludisque publicis, om
nibus negotiis forensibus intermissis, unum hoc iudicium
exerceatur: nec dubitet, quin tanti facinoris reus arguatur, ut eo ne
glecto civitas stare non possit. Idem cum audiat esse legem, que de sedi
tiosis, consceleratisque civibus, qui armati senatum obsederint, magis
tratibus vim attulerint, rem p. oppugnarint, quotidie queri iubeat:
legem non improbet, crimen quod versetur in iudicio, requirat. Cum
audiat nullum facinus, nullam audaciam, nullam vim in iudicium
vocari: sed adolescentem, illustri ingenio, industria, gratia, accusari
ab eius filio quem ipsum in iudicium et vocet et vocarit, oppugnari
autem opibus meretriciis. Atratinii illius pietatem non reprehendat.
muliebrem libidinem comprimendam putet. vos laboriosos existi
met: quibus otiosis ne in communi quidem otio liceat esse. Etenim si at
tendere diligenter existimare vere de hac omni causa volueritis
ne constituetis iudices, nec discessurum quemquam ad hanc accusationem
fuisse: cui utrum vellet, liceret, nec cum descendisset quicquam
habiturum spei fuisse, nisi alicuius intollerabili libidine et nimis

acerbo odio niteretur. Sed ego Atratino humanissimo atque optimo adoles
centi meo necessario ignosco: qui habet excusationem vel pietatis, vel ne
cessitatis, vel aetatis. Si voluit accusare pietati tribuo, si iussus est ne
cessitati, si speravit aliquid pueritiae: ceteris non modo nihil ignoscendum, sed
etiam acriter est resistendum. Ac mihi [quidem] videtur iudices hic introitus de
fensionis [adolescentiae] M. Celii maxime convenire: ut ad ea quae accusatores defor
mandi huius causa, detrahendae, spoliandaeque dignitatis gratia dixerunt,
primum respondeam. Obiectus est pater varie quod et aut parum filio sple
didus ipse, aut parum pie tractatus a filio diceretur [de dignitate]. Celius notis ac ma
ioribus natu, et sine mea oratione, et tacitus facile ipse respondet; quibus
autem propter senectutem, quod iam diu minus in foro nobiscum versatur
non aeque est cognitus: ii sic habeant, quaecumque in equite romano dignitas
par esse possit: quae certe potest esse maxima, eam semper in M. Celio habitam
esse [summam] hodieque haberi non solum a suis, sed etiam ab omnibus quibus potue
rit aliqua de causa esse notus. Equitis autem romani esse filium criminis
loco poni ab accusatoribus, neque his iudicantibus oportuit, neque nobis
defendentibus. Nam quod de pietate dixistis, est quidem ista nostra exi
stimatio, sed iudicium certe parentis, quid nos opinemur. Audietis
ex iuratis, quid parentes sentiant, lacrimae matris, incredibilisque
maeror, [squalor patris] et haec praesens maestitia, quam cernitis, luctusque declarat. Nam
quod est obiectum municipibus esse adolescentem non probatum suis, ne
mini umquam praesenti pretorij [ani] maiores honores habuerunt quam M. Celio
quem et absentem in amplissimum ordinem cooptarunt, et ea non petenti
detulerunt: quae multis petentibus denegarunt: idemque nunc lectissi
mos viros et nostri ordinis et equites romanos cum legatione ad hoc iudi
cium et cum gravissima atque ornatissima [honesti] laudatione miserunt.
Videor mihi iecisse fundamenta defensionis meae, quae firmissima sunt
si nitantur iudicio suorum. Neque enim vobis satis commendata huius esse
aetas posset: si non modo parenti tali viro, verum etiam municipio tam
illustri ac tam gravi non displiceret. Equidem ut ad me revertar ab his
fontibus profluxi ad hominum famam et meus hic forensis labor
vitaeque ratio [di]manavit, ad existimationem hominum paulo latius com
mendatione, ac iudicio meorum. Nam quod obiectum est de pudici
tia, quodque omnium accusatorum non criminibus, sed vocibus, maledictisque

celebratum est: id numquam tam acerbe feret M. Celius, ut eum paeniteat
non deformem esse natum. Sunt enim ista maledicta pervulgata in omnes quorum
in adolescentia forma et species fuit liberalis. Sed aliud est maledicere
aliud accusare: accusatio crimen desiderat rem ut definiat homi
nem ut notet argumento probet teste confirmet: maledictio autem
nihil habet propositi praeter contumeliam, quae si petulantius iactatur, convicium
si facetius, urbanitas nominatur. Quam quidem partem accusationis
admiratus sum et moleste tuli potissimum esse Atratino datam: neque enim
decebat, neque aetas illa postulabat, neque id quod animadvertere poteratis
pudor patiebatur optimi adolescentis: in tali illum oratione versari. Vellem
aliquis ex vobis robustioribus hunc maledicendi locum suscepisset, ali
quanto liberius et fortius, et magis more nostro refutaremus istam ma
ledicendi licentiam. Tecum Atratine agam lenius, quod et pudor tuus
moderatur orationi meae, et meum erga te, parentemque tuum beneficium
tueri debeo. Illud tamen te esse [ad]monitum volo primum qualis es, talem te
existimes: ut quantum a rerum turpitudine abes: tantum te a verborum
[libertate] levitate seiungas: deinde ut ea in alterum ne dicas quae cum tibi falso
responsa sint, erubescas. Quis est enim cui via ista non pateat: qui
[atque etiam isti dignitati] isti aetati non possit quam velit petulanter, etsi sine ulla suspicione [at cum] ac non
sine argumento maledicere. Sed istarum partium culpa est eorum qui te
agere voluerunt: laus pudoris tui, quod ea te invitum dicere videbamus:
ingenii quod ornate politeque dixisti. Verum ad istam omnem orationem brevis
est defensio. Nam [quoad] aetas M. Celii dare potuit suspicioni locum, fuit primum
ipsius pudore: deinde etiam patris diligentia, disciplinaque munita: qui
[ut] et hunc virilem togam dedit, nihil dicam hoc loco de me tantum
sit quantum vos existimatis: hoc dicam hunc a patre continuo ad me
esse deductum. Nemo hunc M. Celium in illo aetatis flore vidit nisi aut cum
patre, aut mecum, aut in M. Crassi castissima domo: cum artibus honest
issimis erudiretur. Nam quod Catilinae familiaritas obiecta est Celio
longe ab ista suspicione abhorrere debet: hoc enim adolescente [mecum] scitis
consulatum meum petisse Catilinam: ad quem si accessit, aut si a me
discessit umquam? quamquam multi boni adolescentes illi homini nequam atque improbo
studuerunt: tum existimetur Celius Catilinae nimium familiaris
fuisse. At enim postea vidimus, et scimus esse hunc [in] illius amicis

quis negat? Sed ego illud tempus etatis, quod ipsum sua sponte infirmum
aliorum libidine infectum est: id hoc loco defendo. Fuit assiduus mecum pre-
tore me, non noverat catilinam. Affricam tum ille pretor obtinebat, secutus
est annus, causam de pecunijs repetundis catilina dixit. Mecum erat hic, illi ne
advocatus quidem venit umquam: deinceps fuit annus quo ego consulatum
petivi: petebat catilina mecum: numquam ad illum accessit, a me numquam
recessit. Tot igitur annos versatus in foro, sine suspicione, sine infamia
studuit catiline iterum petenti. Quem ergo ad finem putas custodiendam
illam etatem fuisse? Nobis quidem olim annus erat unus ad cohibendum
bracchium toga constitutus: et ut exercitatione, ludoque campestri tuni-
cati uteremur, eademque erat, si statim mereri stipendia ceperamus
Castrensis ratio ac militaris, qua in etate nisi qui se ipse sua gravita-
te, et castimonia, et cum disciplina domestica, tum et naturali quodam bono
defenderat: quoquo modo a suis custoditus esset, tamen infamiam veram
effugere non poterat. Sed qui prima illa initia etatis integra atque
inviolata prestitisset: de eius fama, ac pudicitia, cum is iam se corrobora-
visset, ac vir inter viros esset, nemo loquebatur. Studuit catiline, cum
iam aliquot annos esset in foro celius, et multi hoc idem ex omni ordine
atque ex omni etate fecerunt. Habuit enim ille sicuti meminisse vos arbitror
permulta maximarum non expressa signa, sed adumbrata virtutum. Utebatur
hominibus improbis multis, et quidem optimis se viris deditum esse simula-
bat. Erant apud illum illecebre libidinum multe. Erant etiam industrie
quidam stimuli ac laboris: flagrabant vitia libidinis apud illum,
vigebant etiam studia rei militaris, neque ego umquam fuisse tale mon-
strum in terris ullum puto tam ex contrarijs, diversisque inter se repu-
gnantibus nomine, studijs, cupiditatibusque conflatum. Quis clarioribus
viris quondam tempore iucundior? quis turpioribus coniunctior? quis
civis meliorum partium aliquando? quis tetrior hostis huic civitati? quis
in voluptatibus inquinatior? quis in laboribus patientior? quis
in rapacitate avarior? quis in largitione effusior? Illa vero iudices
in illo homine mirabilia fuerunt, comprehendere multos amicitia, tueri
obsequio, cum omnibus communicare, quod habebat, servire temporibus suorum
omnium pecunia, gratia, labore corporis, scelere etiam si opus esset
et audacia versare, suam naturam et regere ad tempus, atque huc et

illuc torquere ac flectere, cum tristibus severe, cum remissis iocunde, cum senibus
graviter, cum iuventute comiter, cum facinorosis audacter, cum libidinosis
luxuriose vivere. hac ille tam varia multiplicique natura cum omnibus ex
terris, improbos homines, audacesque collegerat: tum etiam multos fortes viros
et bonos specie quadam virtutis assimulate tenebat, neque umquam ex
illo delendi huius imperij tam consceleratus impetus extitisset, nisi tot vitiorum
tanta immanitas quibusdam facilitatis et patientie radicibus niteretur.
Quare ista conditio iudices respuatur: nec catiline familiaritatis crimen
haereat: est enim commune multis et cum quibusdam etiam bonis. me ipsum me
inquam quondam pene ille decepit, cum et civis mihi bonus, et optimi cuiusque
cupidus et firmus amicus et fidelis videretur: cuius ego facinora oculis
prius quam opinione, manibus antequam suspicione deprehendi: cuius in magnis
catervis amicorum si fuit etiam celius, magis est ut ipse moleste fe-
rat, errasse se, sicut et non numquam in eodem homine me quoque erroris
mei penitet, quam ut istius amicitie crimen reformidet. Itaque a male-
dictis pudicitie, ad coniurationis invidiam oratio est vestra delapsa.
posuistis enim atque id tamen titubanter et strictim coniurationis hunc propter amici-
tiam catiline participem fuisse: in quo non modo crimen non herebat
sed vix diserti adolescentis coherebat oratio. Qui enim tantus furor in
celio, quod tantum aut in moribus naturaque vulnus aut in re atque fortuna, ubi denique
est in ista suspicione celij nomen auditum? nimium multa de re mini-
me dubia loquor: hoc tamen dico non modo si socius coniurationis fuisset,
sed nisi inimicissimus istius sceleris fuisset, numquam coniurationis
accusatione adolescentiam suam potissimum commendare voluisset.
Quod haud scio an de ambitu et de criminibus istis sodalium ac sequestrium
quoniam huc incidi similiter respondendum putem. Numquam enim tam celius
amens fuisset: ut si sese isto infinito ambitu commaculasset, ambitus
alterum accusaret: neque enim eius facti in alio suspicionem quereret, cuius
ipse sibi perpetuam licentiam optaret: nec si sibi semel periculum
ambitus subeundum putaret, ipse alterum iterum ambitus crimine
accerseret. Quod quamquam nec sapienter et me invito facit, tamen est
eius modi cupiditas ut magis insectari alterius innocentiam quam de
se timide cogitare videatur. Nam quod es alienum obiectum est, sumptus, rep-
rehensi tabule flagitate, videte quam pauca respondeam. Tabule

qui in patris potestate est, nullas conficit, versuram numquam fecit omnino ullam. Sump-
tus unius generis obiectus est: habitationis; triginta milibus dixistis eum habi-
tare. Nunc demum intellego P. Clodii insulam esse venalem: cuius hic in
aediculis habitet, decem ut opinor milibus. Vos autem dum illi placere vultis
ad tempus et mendacium vestrum accommodavistis. Reprehendistis a patre
quod semigrarit. quod quidem iam in hac aetate minime reprehendendum est.
Qui cum et ex rei publicae causa iam esset mihi quidem molesta, sibi tamen gloriosam victo-
riam consecutus. et per aetatem magistratus petere posset, non modo permittente
patre: sed etiam suadente ab eo semigravit. Et cum domus patris a foro
longe abesset, quo facilius et nostras domos obire et ipse a suis coli posset
et conduxit in palatio non magno domum, quo loco possum dicere id
quod vir clarissimus M. Crassus cum de adventu regis Ptholomei
quereretur: paulo ante dixit Utinam ne in nemore Pelio ac longius mihi quidem
contexere hoc carmen liceret: nam numquam hera errans hanc molestiam nobis
Medea exhiberet. Medea animo aegra, amore saevo saucia, sic enim iudices reperietis.
quod cum ad id loci venero, ostendam hanc palatinam Medeam, migrationemque
hanc adolescenti causam, sive malorum omnium, sive potius sermonum fuisse.
Quamobrem illa quae ex accusatorum oratione praemuniri iam et fingi intellegebam
fretus vestra prudentia iudices, non pertimesco. Aiebant enim fore testem se-
natorem, qui se pontificiis comitiis pulsatum a Caelio diceret, a quo quaeram
si prodierit primum, cur statim nihil egerit: deinde si id queri quam agere
maluerit, cur productus a vobis potius nunc sit quam ipse per se, cur tum
tanto post potius queri quam continuo maluerit. Si mihi ad haec acute, arguteque
responderit: tum quaeram denique ex quo iste fonte senator emanet. Nam si
ipse orietur et nascetur ex sese fortasse ut soleo commovebor: sin autem
est etiam rivulus accersitus et ductus ab ipso capite accusationis vestrae lae-
tabor, cum tanta gratia, tantisque opibus accusatio vestra nitatur, unum
senatorem solum esse, qui vobis gratificari vellet inventum. Nec tamen
illud genus alterum nocturnorum testium pertimesco. Est enim ab illis dictum
fore, qui dicerent uxores suas a cena redeuntes attrectatas esse a
Caelio. graves erunt homines, qui hoc iurati dicere audebunt, cum sit iis
confitendum, ut qui numquam se ne congressu quidem ex constituto coepisse
de tantis iniuriis experiri. Sed totum genus oppugnationis huius
iudices, et iam prospicitis animis, et cum inferetur, propulsare debebitis.

21 P. M. Caelio

Non enim ab hisdem accusatur M. Caelius a quibus oppugnatur: palam in eum tela
iaciuntur, clam subministrantur: neque id ego dico, ut invidiosum sit in
eos quibus gloriosum hoc esse debet, funguntur officio, defendunt suos,
faciunt quod viri fortissimi solent, laesi dolent, irati efferuntur, pug-
nant lacessiti: sed vestrae sapientiae tamen est iudices videre, non si causa iusta
est viris fortibus oppugnandi M. Caelium, ideo vobis quoque vos causam
putare esse iustam, alieno dolori potius quam vestrae fidei consulendi.
Quae sit multitudo in foro, quae genera, quae studia, quae varietates ho-
minum videtis. Ex hac copia quam multos esse arbitramini qui hominibus
potentibus disertis gratiosis, cum aliquid eos velle arbitrentur ultro
se offerre soleant, operam navare, testimonium polliceri hoc ex genere
si qui se in hoc iudicium forte praecerint, excludite eorum cupidita-
tem iudices sapientia vestra: ut eodem tempore huius saluti et religioni
vestrae et contra periculosissimas hominum potentias condicioni omnium
civium providisse videamini. Equidem vos abducam a testibus, neque
huius iudicii veritatem, quae et mutari nullo modo potest, in voluntate
testium collocari sinam: quae facillime effingi, nullo negotio flecti
ac detorqueri potest. Argumentis agemus, signis luce omni clariori-
bus crimina refellemus, res cum re, causa cum causa, ratio cum ratione
pugnabit. Itaque illam partem causae facile patior graviter et or-
nate a M. Crasso peroratam de seditionibus Neapolitanis, de Alexan-
drinorum pulsatione Puteolana, de bonis Palle vellem esset dictum ab
eodem etiam de Dione: de quo ipso tamen quid est quod expectetis?
quod is qui fecit aut non timet, aut etiam fatetur. Est enim rex: qui autem
dictus est adiutor fuisse et conscius P. Asitius iudicio est libe-
ratus: quod igitur est eiusmodi crimen ut qui commisit non neget, qui ne-
gavit absolutus esset. Id hic pertimescat qui non modo a facto verum etiam
a conscientiae suspicione abfuit. et si Asitio causa plus profuit quam
nocuit invidia, huic oberit tuum maledictum, qui istius facti non modo
suspicione, sed ne infamia quidem est aspersus? At praevaricatione
est Asitius liberatus. perfacile est isto loco respondere mihi praesertim
a quo illa causa defensa est. Sed Caelius optimam causam Asitii esse arbi-
tratur: cuiusmodi autem sit, a sua putat eius esse seiunctam: neque solum
Caelius, sed etiam adolescentes humanissimi et doctissimi rectissimis

Coponii: qui ex omnibus maxime Dionis mortem doluerunt, qui

studiis atque optimis artibus preditum. T. cque omni cum doctrina [studio] homines atque
1. humanitatis, tum etiam hospitio Dionis tenebantur, habitabat is apud Luci-
um ut audistis, fuerat ei cognitus alexandrie. Quid aut hic aut sum-
mo splendore preditus, frater eius, de M. celio existimet ex ipsis, si producti
erunt, audietis. ergo hec removeantur, ut aliquando in quibus causa nititur, ad ea
veniamus. Animadverti enim iudices, audiri a vobis meum familiarem
L. herennium perattente: in quo et si magna ex parte ingenio eius et dicen-
di quodam genere tenebamini, tamen non numquam verebar ne illa subtiliter
ad criminandum inducta oratio ad animos vestros sensim ac leniter accederet.
Dixit enim multa de luxuria, multa de libidine, multa de vitiis iuventutis,
multa de moribus, et qui in reliqua vita mitis esset, et in hac suavitate
humanitatis qua prope iam delectantur omnes homines versari periucunde soleret: fuit
in hac causa pertristis quidam patruus censor, magister obiurgavit M. celium
sicut neminem umquam parens. multa de incontinentia, intemperantiaque disse-
ruit. Quid queritis iudices? ignoscebam vobis attente audientibus
propterea quod egomet tam triste illud, et tam asperum genus orationis horrebam,
ac prima pars fuit illa que minus me movebat fuisse meo necessario
bestie, celium familiarem contra, apud eum ventitasse domum, studuisse
preture. Non me hec movent, que perspicue falsa sunt: etenim eos una
cenasse dixit qui aut absunt aut quibus necesse est idem dicere. Neque vero
illud me commovet, quod sibi in lupercis sodalem esse celium dixit. Fera quedam
est sodalitas et plane pastoricia atque agrestis germanorum lupercorum: quorum
coitio illa silvestris ante est instituta quam humanitas atque leges siquidem
non modo nomina deferunt inter se sodales, sed etiam commemorant sodalitatem
in accusando, ut ne si quis id forte nesciat, timere videantur. Sed hec
omittam, ad illa que magis moverunt respondebo: deliciarum obiurgatio
fuit longa, et ea lenior, plusque disputationis habuit quam atrocitatis quo
etiam audita est attentius. Nam P. clodius amicus meus, cum se gravis-
sime vehementissimeque iactaret, et omnia inflammatus ageret, tristis-
simis verbis voce maxima, tametsi probabam eius eloquentiam, tamen non
pertimescebam. Aliquot enim in causis eum videram frustra litigantem. tibi
aut balbe respondeo primum precario si fas est defendi a me eum qui
nullum convivium renuerit [inierit], qui unguenta sumpserit, qui baias viderit.
E quidem multos in hac civitate et vidi et audivi non modo qui primoribus

labris gustassent genus hoc vite, et extremis ut dicitur digitis attigissent.
sed qui totam adolescentiam voluptatibus dedidissent, emersisse aliquando et se aliquando
ad frugem bonam ut dicitur recepisse, gravesque homines atque illustres fuisse.
datur enim concessu omnium huic aliquis ludus etati et ipsa natura profundit
adolescentie cupiditates. Que si ita erumpunt: ut nullius vitam labe-
factent, nullius domum evertant, faciles et tollerabiles haberi solent.
Sed tu mihi videbare ex communi infamia iuventutis aliquam invidiam
celio velle conflare. Itaque omne illud silentium, quod est orationi tributum
tue, fuit ob eam causam quod uno reo proposito de multorum vitiis cogitabamus.
facile est accusare luxuriem, dies iam me deficiet, si que dici in eam
sententiam possunt, coner exprimere; de corruptelis, de adulteriis
de protervitate, de sumptibus immensa oratio est, ut tibi reum neminem
sed vitia proponas: res tamen ipsa et graviter accusari potest. Sed vestre sapie-
ntie iudices est non abduci a reo, nec quos aculeos habeat severitas,
gravitasque vestra, cum eos se accusator exerit, in rem, in vitia, in mores,
in tempora, emittere in hominem et in reum cum is non suo crimine sed
multorum vitio sit in quoddam odium iniustum vocatus. Itaque severitati
tue ut oportet, ita respondere non audeo. Erat enim deprecatio mea [vel de prevaricatione] vacatio-
nem adolescentie, veniamque petere non vinc audeo. Perfugiis non
utor etatis: concessa omnibus iura dimitto, tantum peto ut si qua est
invidia communis hoc tempore eris alieni, petulantie libidinum iuventutis
quam video esse magnam, ne huic aliena peccata, ne etatis ac temporum
vitia noceant. Atque ego idem qui hoc postulo, quin criminibus que in
hunc proprie conferuntur, diligentissime respondeam non recuso. Sunt autem
duo crimina auri et veneni, in quibus una atque eadem persona versatur.
aurum sumptum a clodia: venenum quesitum quod clodie daretur, dicitur.
omnia sunt alia non crimina sed maledicta iurgii petulantis magis
quam publice questionis. Adulter, impudicus, sequester, convitium est
non accusatio, nullum est enim fundamentum horum criminum, nullo
sedes, voces sunt contumeliose temere ab irato accusatore [arbitratu accusatoris] nullo auc-
tore emisse: horum duorum criminum iudices video fontem, video auctorem,
video certum nomen et caput. Auro opus fuit, sumpsit a clodia, sump-
sit sine teste, habuit quamdiu voluit. maximum video signum cuiusdam
egregie familiaritatis. necare [vel negare] eandem voluit, quesivit venenum.

sollicitavit quos potuit, paravit locum constituit, attulit magnum rur-
sum odium, video cum crudelissimo dissidio exarsisse. Res est omnis nobis
in hac causa iudices: cum clodia muliere non solum nobili sed etiam nota
de qua ego nihil dicam, nisi depellendi criminis causa. Sed intelligis pro tuo
praestanti prudentia cn. domiti cum hac sola rem esse nobis que si se aurum
celio commodasse, si non dicit, si venenum ab hoc paratum sibi esse non arguit
petulanter facimus si matrem familias secus quam matronarum sanctitas
postulat, nominamus. Si vero ista muliere remota, nec crimen ullum nec opes
ad oppugnandum celium illis relinquuntur, quid est aliud quod nos patroni
facere debeamus, nisi ut eos qui insectantur, repellamus. Quod quidem
facerem vehementius nisi intercederent mihi inimicitie cum istius mulie-
ris viro fratre qui non fecit pluris bonam deam quam tris sorores. volui
dicere, semper hic erro, nunc agam modice, nec longius progrediar quam
me mea fides et causa ipsa coget. Neque enim muliebres umquam inimicitias
mihi gerendas putavi: presertim cum ea quam omnes semper amicam omnium
potius quam cuiusquam inimicam putaverunt. Sed tamen ex ipsa quaeram prius
utrum me secum severe et graviter, et prisce agere malit an remisse
et leniter et urbane. Si illo austero more ac modo aliquis mihi
ab inferis excitandus est, ex barbatis illis, non hac barbula que ista
delectatur, sed ex illa horrida in statuis antiquis et imaginibus vide-
mus: qui obiurget mulierem et pro me loquatur, ne mihi ista forte
succenseat. Existat igitur ex hac ipsa familia, ac potissimum cecus ille mini-
mum enim dolorem capiet, qui istam non videbit. Qui profecto si extite-
rit sic aget, et sic loquetur mulier, quid tibi cum celio? quid cum homine
adolescentulo? quid cum alieno? cur aut tam familiaris huic fuisti
ut aurum commodares? aut tam inimica ut venenum timeres? non
patrem tuum videras, non patruum non avum, proavum atavum audieras
consules fuisse. Non denique modo te. Q. metelli matrimonium tenuisse
sciebas clarissimi et fortissimi viri, patrieque amantissimi, qui simul
ac pedem limine extulerat omnis quippe cives virtute, gloria digni-
tate superabat: cum ex amplissimo genere in familiam nupsisses cur tibi
celius non tam coniunctus fuit? cognatus? affinis? viri tui fa-
miliaris? nihil horum. quid igitur fuit, nisi quedam temeritas ac libido?
none te si nostre imagines viriles non commovebant, ne progenies

1421
P. M. Celio.

quidem mea, quinta illa claudia emulam domestice laudis in gloria muliebri
esse admonebat? non virgo illa vestalis, que patrem complexa triumphantem
ab inimico tr. plebis de curru detrahi, passa non est? Cur te fraterna
vitia potius quam bona paterna, et avita et usque nobis cum in viris cum et
in feminis repetita moverunt? ideo ne ego pacem pyrrhi diremi ut tu
amorum turpissimorum quotidie federa ferires? ideo aquam adduxi
ut ea tu inceste uterere? ideo viam munivi, ut eam tu alienis viris
comitata celebrares? Sed quid ego iudices ita gravem personam induxi?
ut verear ne se idem appius repente convertat, et celium incipiat ac-
cusare illa sua gravitate censoria. Sed videro hoc posterius atque ita
iudices, ut vel severissimis disceptatoribus M. celii vitam me probaturum
esse confidam. Tu vero mulier, iam enim ipse tecum nulla persona introducta
loquar, si ea que facis, que dicis, que in sororem tuam moliris argu-
menta probare cogitas, rationem tante familiaritatis et consuetudinis, tante
coniunctionis reddas, atque exponas necesse est. Accusatores quidem libidi-
nes amores adulteria baias acta convivia, comessationes, cantus,
simphonias, navigia iactant, idemque significant nihil se te invita
dicere, que tu quoniam mente nescio qua effrenata atque precipiti in forum
deferri, iudiciumque voluisti, aut diluas oportet, aut falsa esse doceas
aut nihil neque crimini tuo, neque testimonio credendum esse fateare. Sin
autem urbanius me agere mavis sic agam tecum removebo illud
senem durum ac pene agrestem. Ex his igitur tuis sumam aliquem, ac
potissimum minimum fratrem, qui est in isto genere urbanissimus, qui te
amat plurimum, qui propter nescio quam credo timiditatem, et nocturnos
quosdam inanes metus tecum semper pusio cum maiore sorore cubi-
tavit, eum putato tecum loqui quid tumultuaris soror? quid insa-
nis? quid clamore exorso verbis parvam rem magnam facis? vicinum
adolescentulum aspexisti: candor huius te et proceritas vultus, ocu-
lique pepulerunt. Saepius videre voluisti: fuisti nonnumquam in isdem
ortis vicina nobilis mulier, et illum filium patris familias, parco ac tenaci
habere tuis copiis devinctum non potes: calcitrat, respuit, non putat
tua dona esse tanti. Conferte alio habes ortos ad tiberim ac diligen-
ter eo loco parasti, quo omnis iuventus natandi causa venit, hinc
licet conditiones quotidie legas: cur huic qui te spernit molesta es?

Redeo nūc ad te celi uitissim, ac iā auctem, primūqz seueritate suscipio
sed dubito quē pitm potissimū sumam; cerilianū ne aliquē uehemēte
atqz durū. nūc enim demū mihi animus ardet, nūc meū cor cumulat ira.
an illum. o infelix, o scelestus. ferrei sunt isti patres. ego ne qd
dicam. ego ne quid uelim. quē tu omnia tuis sceleribus factis facis ut nequicq̄ uelim. uix ferenda diceret talis pater: cur te in istam uicinitatem, meretriciā contulisti. cur illecebris cognitis nō refugisti.
cur alienā ullam mulierem nosti. scīderet ac disperge per me licebit
si egebis tibi dolebit, mihi sat est qui etatis quod reliqui est
oblectem me. tibi tristi ac decrepito seni responderet, celius se nulla
cupiditate inductū decessisse de uia. Quid signi? nulli sumptus, nulla
iactura, nulla uersura, at fuit fama. quotus quisqz istam
effugere pōt in tam maledica ciuitate. uicinū eius mulieris
miraris male audisse: cuius frater germanus sermones
iniquoꝝ effugere nō potuit. leni uō et clementi patri cuiusmōi
ille est, scīderet. Fores effregit, restituentur, discidit uestem, resarcietur, filij causa est expeditissima quid .n. est in quo se facile
nō defenderet. Nihil iam in istam mulierē dico: sed si esset aliqua
dissimilis istius, quē se omnibus peruulgaret, quē haberet palam decretū semp
aliquod, cuius in ortos domū baias iure suo libidines omnium commearent, quē et aleret adolescentes, et parsimonia patrum suis sumptibus
substentaret. Si uidua libere proterua petulans, diues effusa. libidinosa meretricio more uiueret: adulteriū ego putarem si quis
hac paulo liberius salutasset. Dicet aliquis h' q̄ est tua disciplina, sic
tu instituis adolescentes. ob hanc causā tibi puerū parens commendauit et tradidit ut in amore atque in uoluptatibus adolescentiā
collocaret: et hanc tu uitam, atqz hec studia defenderes. Ego si quis
iudices hoc robore aī atqz hac yndole uirtutis ac continentie
fuit, ut respueret omēs uoluptates, omneqz uite sue cursum in
labore corporis atqz in aī contentione conficeret, quē nō quies
nō remissio, nō equaliū studia, nō ludi, nō conuiuia delectarent:
nihil in uita expetendū putaret, nisi quod esset cum laude et dignitate
coniūctum. hunc mea sniā diuinis quibusdam bonis instructum
atqz ornatū puto. Ex hoc gnē illos fuisse arbitror, camillos fabricios

curios, omnesqz eos qui h' ex minimis tanta fecerunt. Sed hec genera
uirtutū nō solū in moribus nostris, sed uix iam in libris reperiuntur.
Carte quoqz quē illam pristinam seueritatem continebant obsoleuerunt, neqz solū apud nos, qui hanc sectam rationemqz uite re magis q̄
uerbis secuti sumus, sed et apud grecos doctissimos homines, quibus
cū facere nō possent, loqui tamen et scribere honeste et magnifice licebat alia quedam mutatis grecie temporib: precepta extiterunt.
Itaqz alij uoluptatis causa omnia sapientes facere dixerunt, neque
ab hac orōis turpitudine eruditi homines refugerunt: alij cum uoluptate dignitatem coniungendam putauerunt: ut res inter se maxime
repugnantes dicendi facultate coniungerent. Illud unū iter directū
ad laudem cum labore, qui probauerunt prope soli iam in scholis sunt
relicti. Multa .n. nobis blandimenta natura ipsa genuit, quibus sopita uirtus coniuueret: et interdū multas uias adolescentie lubricas ostendit, quibus illa insistere aut ingredi sine casu aliquo aut
prolapsione uix posset, et multaꝝ reꝝ iocūdissimaꝝ uarietatem
dedit: qua nō mō hec etas, sed et corroborata caperetur. Quobrem
si quē forte inueneritis, qui aspernetur oculis pulchritudinem reꝝ
nō odore ullo nō tactu, nō sapore capiatur: excludat auribus
omnem suauitatem, huic hoī ego fortasse et pauci deos propitios
pleriqz aut iratos putabunt. ergo hoc deserta uia et inculta atque interclusa iam frondibus et uirgultis relinquatur, detur aliqd etati
sit in adolescentia liberioꝝ, nō omnia uoluptatib denegentur, nō
semper superet uera illa et directa ratio. Uincat aliquando cupiditas, uoluptasqz rōem, dū mō illa in hoc gnē prescriptio, moderatioqz teneatur: parcat iuuentus pudicitie sue. ne spoliet alienam, ne
offendat primonium, ne fenere trucidetur, ne incurrat in alterius
domū atqz famam ne probrū: castis labem integris, infamiam
bonis inferat, ne quē interimat, ne intersit insidijs, scelere
careat. Postremo cū paruerit uoluptatib dederit aliqd tēporis
ad ludū etatis atqz ad inanes adolescentie cupiditates, reuocet
se aliquando ad curā rei domestice, rei forensis, rei.p. ut ea q̄
rō ania nō perspexerat, satietate abiecisse experiendo contempsisse
uideatur. At multi et nrā memoriā et patrum memoriā uidimus

summi homines atque clarissimi fuerunt cives, quorum cum adolescentiae cupi-
ditates defuissent (ferb), eximiae virtutes firmata iam aetate extiterunt: ex
quibus mihi neminem necesse est nominare, vosmet vobiscum recordamini.
Nolo enim cuiusquam fortis atque illustris viri ne minimum quidem erratum
cum maxima laude coniungere. Quod si facere vellem, multi a me
summi atque ornatissimi viri praedicarentur, quorum partim nimia liber-
tas in adolescentia, partim profusa luxuries, magnitudo aeris alieni,
sumptus, libidines notarentur: quae multis postea virtutibus obtecta
adolescentiae qui vellet excusatione defenderet. At vero in M. Caelio
dicam enim iam confidentius de studiis eius honestis quoniam audeo (quaedam)
fretus vestra sapientia libere confiteri, nulla luxuries repperietur,
nulli sumptus, nullum aes alienum, nulla conviviorum ac lustrorum libi-
do: quod quidem vitium ventris et gulae (gutturis) non modo non minuit aetas hominis,
sed etiam auget: amores autem et hae deliciae quae vocantur, quae fir-
miore animo praeditis diutius (molestae) non solent esse, mature enim et celeriter
deflorescunt, numquam hoc (hunc) occupatum impeditumque tenuerunt. Audi-
stis cum pro se diceret, audistis antea cum accusaret, defendendi causa loquor
hoc non gloriandi: eloquiorum genus orationis, facultatem, copiam sententiarum
atque verborum, quae vestra prudentia est, perspexistis: atque in eo (cum) non solum
ingenium eius elucere videbatis (tur): quod saepe etiam si industria non
alitur, valet tamen ipsum suis viribus, sed inerat, nisi (me) propter benivolen-
tiam forte fallebat, ratio, et bonis artibus instituta et cura et
vigiliis elaborata. Atque scitote, iudices, eas cupiditates quae obici-
untur Caelio, atque (haec) studia de quibus disputo non facile in eodem homine
esse posse: fieri enim non potest ut animus libidini deditus, amore, deside-
rio, cupiditate, saepe nimia copia, inopia etiam nonnumquam impeditus
hoc quidquid est quod nos facimus in dicendo quoquo (non) modo agendo, verum
etiam cogitando possit sustinere. An vos aliam causam esse ullam
putatis, cur in tantis praemiis eloquentiae, tanta voluptate dicendi,
tanta laude, tanta gratia, tanto honore tam sint pauci, semperque
fuerint, qui in hoc labore versentur. Obterendae (omittendae) sunt omnes volup-
tates, relinquenda (relinquenda) studia delectationis, ludus, iocus, convivium.
Sermo paene est (omnium) familiarium deserendus. Quae res in hoc genere homines
a labore, studioque discendi deterreret, non quo aut ingenia deficiant

P. M. Celio.

aut doctrina puerilis. An hic si sese isti vitae dedidisset, consularem ho-
minem admonitu adolescens in iudicium vocavisset? hic si laborem fugeret
si obstrictus voluptatibus teneretur, in hac arte (quotidie) versaretur. Appeteret
inimicitias, in iudicium vocaret, subiret periculum capitis ipso inspectante
populo Romano tot menses aut de salute, aut de gloria dimicaret. Nihil igitur
illa vicinitas redolet, nihil hominum fama, nihil Baiae denique ipsae lo-
quuntur: illae vero non loquuntur solum, verum etiam personant, (huc) huius unius
mulieris libidinem esse prolapsam: ut ea non modo solitudinem ac te-
nebras, atque haec flagitiorum integumenta non quaerat: sed in turpis-
simis rebus frequentissima celebritate, et clarissima luce laetetur.
Verum si quis est qui etiam a meretriciis amoribus interdum (interdictum) iuventuti
putet: est illud ille quidem severus valde, negare non possum,
sed abhorret non modo ab huius saeculi licentia: verum etiam a maiorum con-
suetudine atque concessis: quando enim hoc non factum est? quando reprehensum?
quando non permissum? quando denique fuit ut quod licet, non liceret. Hic ego
iam rem definiam (dif), mulierem nullam nominabo, tantum in medio relinquam.
Si quae non nupta mulier domum suam patefaceret omnium cupiditati,
palamque sese in meretricia vita collocaret, virorum alienissimorum
conviviis uti instituerit, si hoc in urbe, si in hortis, si in Baiarum illa
celebritate faceret: si denique ita sese gereret non incessu solum
sed ornatu atque comitatu, non flagrantia oculorum, non libertate
sermonis, sed etiam complexu, osculatione, aquis, navigatione,
conviviis ut non solum meretrix, sed etiam (proterva meretrix) procax videatur, cum hac
si qui adolescens forte fuerit: utrum hic tibi L. Herenni adulter an
amator expugnare pudicitiam, an explere libidinem voluisse vide-
atur. Obliviscor iam iniurias Clodiae, depono memoriam doloris
mei: quae abs te crudeliter in meos me absente facta sunt neglego:
ne sint (haec) in te dicta quae dixi. Sed ex te ipsa requiro, quoniam et crimi-
nis accusatoris abs te et testem eius omnibus, te ipsam (ipsa) diceret (dicunt) se habere. Si quae
mulier sit eiusmodi qualem ego paulo ante descripsi, tui dissimilis
vita, meretricioque instituto, cum hac aliquid adolescentem hominem
habuisse rationis, num tibi perturpe aut flagitiosum esse videatur? (Ea) Et si
tu non es sicut ego malo, quid est quod obiciunt Caelio? Sin eam
te voluit (volunt) esse: quid est cur nos crimen hoc si tu contemnis pertimescamus?

Quare nobis da uiam, romeque defensionis: nam aut pudor tuus defen
deret nihil a M. celio petulantius esse factum, aut impudentia et hunc
facultatem defendendi dabit. Sed quoniam emersisse iam [e uado] euadisse scopulos
perspecta uidetur oratio mea: perfacilis mihi reliquus cursus ostenditur.
duo sunt .n. crimina una in muliere summorum facinorum: auri sumpti ut
dicitis. Auri quod sumptum a clodia dicitur et ueneni quod eiusdem clodie
necande causa parasse celium criminantur. Aurum sumpsit ut dicitis
quod L. lucei seruis daret per quos alexandrinus dio, qui tum apud luceium
habitabat, necaretur: magnum crimen uel in legatis insidiandis uel in
seruis ad hospitem domini necandum sollicitandis: plenum sceleris consi
lium, plenum audacie, quo quidem in crimine primum illud requiram
dixerit ne clodie, quam ad rem aurum [ob] ex armario tuo promere
ausa est. Tu ne uenerem illam tuam spoliatricem ornamentis spoliare
ceterorum cum scires quantum ad facinus aurum hoc quereretur aduerteris.
scilicet legati ad L. lucei sanctissimi hominis atque integerrimi labem sce
leris sempiterni. huic [facinori tanto] tua mens liberalis conscia tua domus popula
ris ministra: tua denique hospitalis illa uenus adiutrix esse non de
buit. Vidit hoc balbus facinori tanto celatam esse clodiam dixit
atque ita celium ad illam attulisse: se ad ornatum ludorum aurum querere.

tu sumeret. anno dixerit. Si non dixit: cur dedit. Si dixit: eodem se conscientie scelere deuinxit. Tu ne aurum

si tam familiaris erat clodie quam tu esse uis cum de libidine eius
tam multa dicis, dixit profecto quo uellet aurum: si tam familiaris
non erat, non dedit: ita si uerum tibi celius dixit o immoderata mu
lier sciens tuum aurum ad facinus dedisti: si non est ausus dicere
non dedisti. Quid ego nunc argumentis huic crimini que sunt
innumerabilia resistam. possum dicere mores M. celii longissi
me a tanti sceleris atrocitate esse disiunctos minime esse creden
dum homini tam ingenioso, tamque prudenti non [unquam] uenisse in mentem rem
tanti sceleris ignotis alienisque seruis non esse credendam. Possum
et illa et ceterorum patronorum et mea consuetudine ab accusatore
perquirere, ubi sit congressus cum seruis lucei celius qui ei fuerit
aditus si per se: qua temeritate, si per alium: per quem. Possum omnes
latebras suspitionum [peragrare] perquirere dicendo, non causa non locus, non fa
cultas, non conscius non perficiendi non occultandi maleficii spes
non ratio ulla, non uestigium maximi facinoris reperietur. Sed [tamen] hec que

sunt oratoris propria, que mihi non propter ingenium meum, sed propter hanc exerci
tationem, usumque dicendi fructum aliquem ferre potuissent, cum a me
ipso laborata proferri uiderentur: breuitatis causa relinquo omnia.
habeo enim iudices, quem uos socium uestre religionis, iurisque iurandi
facile esse patiamini. L. luceium sanctissimum hominem et grauissimum
testem: qui tantum facinus in famam atque fortunas suas, neque non
audisset illatum a celio, neque neglexisset, neque tulisset. An ille uir illa
humanitate preditus, illis studiis artibus, atque doctrina, illius ipsius
periculum, quem propter hoc ipsa studia diligebat, negligere potuisset. et
quod facinus in alienum hominem illatum seuere acciperet, id omisisset
curare in hospite. quod per ignotos actum cum comperisset, doleret.
id a suis [esse] temptatum negligeret. Quod in agris locisue publicis
factum reprehenderet: id in urbe ac sue domi ceptum esse leniter
ferret. quod in alicuius agrestis [periculo] non [post] pretermitteret, id homo eru
ditus in insidiis doctissimi hominis dissimulandum putaret. Sed
cum diutius uos iudices teneo, ipsius iurati religionem auctorita
temque percipite atque omnia diligenter testimonia [huius uerba cognoscite. Recita testimonium] lucei. Quid expec
tatis amplius. an aliquam uocem putatis ipsam causam prosse, et ueri
tatem posse mittere. hec est innocentie defensio: hec ipsius cause
oratio: hec una uox ueritatis in crimine ipso nulla suspitio est. et in re
nihil est argumenti in negotio quod actum esse dicitur nullum uestigium
sermonis, loci, temporis, nemo testis, nemo conscius nominatur.
Totum crimen profertur ex inimica, ex infami, ex crudeli, ex facinorosa,
ex libidinosa domo, domus autem illa que temptata scelere isto nephario
dicitur: plena est integritatis, officii, religionis, ex qua domo recitatur
nobis iureiurando deuincta auctoritas, ut res minime dubitanda in
con[te]tione ponatur: utrum temeraria, procax irata mulier finxisse
crimen: an grauis sapiens moderatusque uir religiose testimonium dixisse
uideatur. Reliquum est quod crimen de ueneno: cuius ego neque
principium inuenire, neque euoluere exitum possum. Que fuit .n.
causa: quobrem isti mulieri uenenum uellet dare celius. ne aurum
redderet. num petiuit. sic crimen [hereret] hereret: num quis obiecit. num quis
denique fecisset mentionem: si [hic] nemini [nus] nomen detulisset. quin etiam
herennium dicere audistis uerbo se molestum non futurum fuisse

celio

celio, nisi utrumque eadem de re suo familiari absoluto nomini hec detulisset. Credibile est quod tantum facinus ob nullam causam esse commissum. Et uos non uidetis fingi sceleris maximi crimen, ut alterius causa sceleris suscipiendi fuisse uideatur? Cui denique commisit? Quo adiutore usus est? Quo socio? Quo conscio? Cui tantum facinus, cui se, cui salutem suam credidit? Seruis ne mulieris? Sic enim obiectum est. Et erat tam demens hic cui uos ingenium certe tribuitis, etiam si cetera inimica oratione detrahitis: ut omnes suas fortunas alienis seruis committeret? At quibus seruis? refert enim magnopere id ipsum. Iis quos intelligebat non communi conditione seruitutis uti, sed licentius, liberius, familiarius cum domina uiuere. Quis enim hoc non uidit iudices, aut quis ignorat in eiusmodi domo, in qua mater familias meretricio more uiuat, in qua nihil geritur, quod foras proferendum sit, in qua inusitate libidines luxuriae, omnia denique inaudita uitia ac flagitia uersentur: hic seruos non esse seruos, quibus omnia committantur, per quos gerantur, qui uersentur iisdem in uoluptatibus, quibus occulta credantur, ad quos aliquantum etiam ex quotidianis sumptibus ac luxuria redundet. Id quod celius non uidebat? Si enim iam familiaris erat mulieris, quod uos uultis, istos quoque seruos familiares esse domine sciebat. Si enim tanta consuetudo quanta a uobis inducitur non erat, que cum seruis potuit familiaritas tanta esse? Ipsius autem ueneni que ratio fingitur? ubi quesitum est, quemadmodum paratum, quo pacto? cui, quo in loco traditum? Habuisse aiunt domi, uimque eius esse expertum in seruo quodam ad eam rem ipsam parato, cuius perceleri interitu esse ab hoc comprobatum uenenum. Proh dii immortales cur interdum in hominum sceleribus maximis aut conniuentis aut presentis fraudis penas in diem reseruatis? Vidi enim, uidi et illum hausi dolorem uel acerbissimum in uita: cum Q. Metellus abstraheretur e sinu gremioque patrie, cumque ille uir qui se natum huic imperio putauit, tertio die postquam in curia, postquam in rostris, postquam in re p. floruisset, in integerrimo etate optimo habitu, maximis uiribus eriperetur indignissime bonis omnibus atque uniuerse ciuitati. Quo quidem tempore ille moriens cum iam ceteris ex partibus oppressa mens esset, extremum sensum ad memoriam rei p. reseruabat, cum me intuens flentem significabat

interruptis ac morientibus uocibus, quanta impenderet procella urbi, quanta tempestas ciuitati; et cum parietem sepe feriens eum, qui cum Q. catulo fuerat ei communis, crebro catulum sepe, me sepissime, rem p. nominabat, ut non tam se emori quam spoliari suo presidio cum patriam, tum etiam me doleret. Quem quidem uirum si nulla uis repentini sceleris sustulisset, quonam modo ille furenti fratri suo patruelis consularis restitisset, qui consulem incipientem furere atque conantem sua se manu interfecturum audiente senatu dixerit. Et quod domo progressa ista mulier de ueneni celeritate dicere audebit? Non ne ipsam domum metuet, ne quam uocem eliciat? non parietes conscios, non noctem illam funestam ac luctuosam perhorrescet? Sed reuertar ad crimen, etenim hec facta illius fortissimi ac clarissimi uiri mentio, et uocem meam fletu debilitauit et mentem dolore impediuit. Sed tamen ueneni unde fuerit, quemadmodum paratum sit, non dicitur: datum esse aiunt hoc P. Licinio pudenti adolescenti et bono celii familiari, constitutum factum esse cum seruis ut uenirent ad balneas Senias, eodem Licinium esse uenturum: atque iis ueneni pyxidem traditurum. (fieri in eum locum constitutum: cur illi qui) Hic primum illud requiro quid attinuerit ferri, non ad eum huius domum uenerunt, si manebat tanta illa consuetudo celii cum Clodia tantaque familiaritas. Quid suspicionis esset si apud celium mulieris seruus uisus esset? Sin autem iam suberat simultas, extincta erat consuetudo, discidium exstiterat: hinc illae lacrime nimirum et hec causa est omnium horum scelerum atque criminum. Immo inquit cum serui (ad dominam) rem illam et maleficium celii detulissent: mulier ingeniosa precepit suis omnia celio pollicerentur. Sed ut uenenum cum a Licinio traderetur, manifesto comprehendi posset constitui locum iussit balneas Senias, ut eo mitteret amicos qui delitescerent: deinde repente cum uenisset Licinius, uenenumque traderet, prosilirent hominemque comprehenderent: que quidem omnia iudices perfacilem rationem habent reprehendendi. Cur enim potissimum balneas publicas constituerat? in quibus non inuenio que latebra togatis hominibus esse posset: nam si essent in uestibulo balnearum non laterent; sin se in intimum coniicere uellent, nec satis commode calceati et uestiti id facere possent et fortasse non reciperentur, nisi forte mulier potens, quadrantaria illa permutatione familiaris facta erat balneatori. Atque equidem uehementer expectabam quinam isti uiri boni testes

huius manifesto deprehendi veneni dicerent. Nulli .n. adhuc sunt notati
deinde eam provinciam susceperunt, ut in balneas contruderentur; quod
illa nisi a viris honestissimis ac plenissimis dignitatis quamvis velit
sit potens, numquam impetravisset. Sed quid ego de dignitate istorum testium
loquor? virtutem illorum diligentiamque cognoscite in balneis delitue-
runt testes egregios: deinde temere prosiluerunt homines gravitati
deditos, sic enim fingunt: cum Licinius venisset, pyxidem teneret in
manu conaretur tradere, nondum tradidisset, tum repente evolasse istos
praeclaros testes sine nomine: Licinium hic autem cum iam manum ad tradendam
pyxidem porrexisset, retraxisse: atque illo repentino hominum impetu
se in fugam convertisse. O magna vis veritatis, quae contra hominum
ingenia, calliditatem, sollertiam, contraque fictas omnium insidias facile
se per se ipsam defendat. Velut haec tota fabella veteris et plurimarum
fabularum poetriae quam est sine argumento, quam nullum invenire exitum
potest. Quid .n. isti tot viri? nam necesse est fuisse non paucos ut
et comprehendi Licinius facile posset, et res multorum oculis esset testa-
tior? cur Licinium de manibus amiserunt? qui minus .n. hic Licinius
comprehendi potuit cum se retraxit, ne pyxidem traderet, quam si non
retraxisset? Erant .n. illi positi ut comprehenderent Licinium, ut mani-
festo Licinius teneretur, aut cum retineret venenum, aut cum tradidisset.
Hoc totum consilium mulieris: haec istorum provincia, qui rogati sunt.
quos quidem tu quamobrem temere prosiluisse dicas atque ante tempus non
invenio. Fuerant hi rogati; fuerant ad hanc rem collocati, ut ve-
nenum, ut insidiae, facinus denique ipsum ut manifesto comprehenderetur.
potueruntne meliori magis tempore prosilire, quam cum Licinius venisset,
cum in manu teneret veneni pyxidem? Quae si iam erat tradita
servis, evasissentque subito ex balneis mulieris amici Liciniumque
comprehendissent, imploraret omnium fidem, atque a se pyxidem illam
traditam pernegaret: quid quo illi responderent? vidisse se dicerent?
P rimum ad se revocarent maximi facinoris crimen: deinde id se vidisse
dicerent, quod quo loco collocati fuerant non potuissent videre. Tem-
igitur ipso se ostenderent, cum Licinius venisset, pyxidem expediret
manum porrigeret, venenum traderet: mimi ergo est iam exitus, non fabulae;
in quo cum clausula non invenitur, fugit aliquis e manibus, deinde

Margin notes: Sz no dubites … / sit pergamus: q… / sit talis femina … / iuvet! — v. si [illegible]

scabella concrepant, aulaeum tollitur. Quaero .n. cur Licinium titubantem, hae-
sitantem, cedentem, fugere conantem, muliebris varia manus ista de manibus
emiserit? cur non comprehenderint, cur non ipsius confessione multorum
oculis facinoris voce denique tanti sceleris crimen expresserint. An time-
bant ne tot unum valentes imbecillum, alacres perterritum superare non possent?
N ullum argumentum in re, nulla suspicio in causa, nullus exitus criminis
reperietur. Itaque haec causa ab argumentis, a coniectura, ab his signis a-
quibus veritas illustrari solet, ad testes tota traducta est. Quos quidem
ego iudices testes non modo sine ullo timore, sed etiam cum aliqua spe delecta-
tionis expecto. Praegestit animus iam videre primum lautos iuvenes mu-
lieris beatae ac nobilis familiares: deinde fortes viros ab imperatrice in
insidiis atque in praesidio balnearum collocatos, ex quibus requiram quonam
modo latuerint; aut ubi alveus ne ille an equus Troianus fuerit
qui tot invictos viros muliebre bellum gerentes tulerit ac texerit?
I llud vero respondere cogam, cur tot viri ac tales hunc et unum et tam
imbecillum quem videtis non aut stantem comprehenderint aut fugientem
consecuti sint. Qui se numquam profecto si istum locum processerint expli-
cabunt quamvis volent in conviviis faceti, dicaces non numquam etiam ad vinum
diserti sint. Alia fori vis est, alia triclinii; alia subselliorum ratio,
alia lectorum; non idem iudicium comessatorumque aspectus: lux denique longe
alia est solis et alia lychnorum. Quamobrem excutiemus omnes istorum delicias
omnes ineptias si prodierint. Sed me audiant, navent aliam operam
aliam ineant gratiam, in aliis rebus se ostentent, vigeant apud istam
mulierem venustate, dominentur sumptibus, haereant, iaceant, deserviant:
capiti vero innocentis ac fortunis parcant. At sunt servi illi de cogna-
torum sententia, nobilissimorum atque clarissimorum hominum manumissi. Tandem
aliquid invenimus, quod ista mulier de suorum propinquorum fortissi-
morum virorum sententia atque auctoritate fecisse dicatur. Sed scire cupio quid
habeat argumenti ista manumissio: in qua aut crimen est Caelio quaesitum
aut quaestio sublata, aut multarum rerum consciis servis cum causa
vel praemium persolutum. At propinquis placuit, cur non placeret? cum tu
rem ad eos non ab aliis tibi allatam, sed a te ipsa compertam deferre di-
ceres. Hic etiam miramur si illam commenticiam pyxidem obscenissima
sit fabula consecuta nihil est quod in eiusmodi mulierem non cadat

uideatur. audita et puulgata et celebrata sermonibus res est
percepitis aio, uide quid uelim. uel potius quid nolim dicere quod
etiã si est factũ, certe a celio nõ est. quid eim attinebat. est enim ab
aliquo fortasse adolescente nõ tam insulso q̃ nõ uerecũdo. Sin
aũt est fictũ. nõ illud quidẽ modestum, sed tam est nõ infacetũ
mendaciũ. Quod profecto numq̃ hominum sermo atq; opinio compro
basset, nisi omĩa que cũ turpitudine aliqua dicerentur, istã cum
quadrare apte uiderentur. dicta est aũt causa iudices, et peroratio.
iam intelligetis quantũ iudiciũ sustineatis. q̃ta res sit commissa uobis.

Reliquũ habes i pagina sequẽti ubi incipit De ui queritis hoc signo #

22

M·T·CICERONIS P. L. CORNELIO BALBO ORO Incipit.

Si auctores pronorũ in iudiciis ualerent ab amplissimis uiris
L. cornelii causa defensa est. Si usus a peritissimis, si inge
nia ab eloquentissimis, si studia ab amicissimis et cũ
beneficiis cũ L. cornelio, tũ maxia familiaritate cõiunctis,
que sunt q̃ mee partes aucte. tantũ, quantã uos in me esse uoluistis.
sui mediocris, ingenii minime uoluntati parenti. Nam cetis a quibus
est defensus, huic debere plurimũ uideo: ego quantũ ei debeam alio loco
ostendam. principio orõis hoc pono me omibus qui amici fuerint saluti
mee et dignitati: si minus ad se ferendam grãm satisfacere nõ potuim
ad predicandam et ad habendam certe satis esse facturum. Que fuerit
hesterno die. Cn. pompei grauitas in dicendo iudices que facultas
que copia nõ opinione tacita uestrorũ animorũ sed perspicua admiratiõe
declarari uidebatur. Nihil. n. umq̃ audiui, quod mihi de iure subtilius
dici uideretur. nihil de memoria, de more. de exemplis acutius, nihil
peritius de federibus, de illustriori auctẽ. nihil de bellis, nihil de re. p.
grauius, nihil de ipso modestius, nihil de causa et crimĩe ornatius
ut mihi iam uerũ uideatur illud esse quod nõ nulli litteris ac studiis
doctrinis q; dediti. q̃ quodda incredibile dicere putabant eum qui
omis aĩo uirtutes penitus cõprehendisset, omia que uellet facere
facillime tractare. Que nisi. L. crasso potuit hoĩe nato adducere
singularem quãdam facultatem. si hãc causam ageret. maior esset.

De ui queritis: Que lex ad Imperium: ad maiestatẽ: ad statum patrie ad salutẽ
oĩum pertinet. Quam legẽ. Q. Catulus armata dissensione ciuiũ rei. p. pene
extremis tẽporibus tulit: Que q; lex sedata illa flama cõsulatus mei fumantes reliquas
coniurationis extinxit. hac lege celii adolescentia, nõ ad rei. p. poenas: Sed ad muli
eris libidines, et delitias deposcatur. Atq; hoc est loco. M. camurti et cersenii damnatio
predicatur. O stultitiam ne dicam: an impudentiam singularẽ. Audetis ne cum ab
ea muliere ueniatis facere istorum hominum mentionẽ. Audetis ne excitare tanti flagitii
memoriam nõ extinctam illam quidem, sed repressam uetustate. Quo e illi crimine,
peccatoq; perierunt. Nempe q eiusdẽ mulieris dolorẽ et iniuriam uettiano ne
fario sunt stupro persecuti. Ergo ut audiretur uettii nomen i causa: ut illa uetus Afraria
fabula referetur. Idcirco camurti et cesernii e causa renouata. Qui q̃q̃ longe de ui
certe nõ tenebantur eo maleficio: tamen erant implicati ut ex nullius legis laqueis emittendi
uiderentur. M. uero celius cur in hoc loco in iudicium uocatur. cui nec proprium
questionis crimen obiicitur. Nec uero aliquid eiusmodi: quod sit a lege seiunctum,
et cũ uestra seueritate coniunctum. Cuius prima etas dedita disciplinis fuit. iisq; ar
tibus: quibus instruimur ad hunc usum forensem ad capessendam rẽ p. ad honorẽ,
gloriam, dignitatẽ. iis usus fuit amicitiis maiorum natu: quorum imitari industriam,
continentiamq; maxime uellet. his equalium studiis: ut eundẽ quem optimi ac no
bilissimi petere cursum laudis uideretur. Cum huius aũt paululum iam roboris accessisset
etati: in africam profectus e. Q. Pompeio proconsule contubnalis castissimo uiro: atq; omis
officii diligentissimo. In qua prouincia cum res erant et possessiones paterne: tum et
usus quidam prouincialis nõ sine causa a maioribus huic etati tributus. Discessit illinc
Pompeii iudicio probatissimus: ut ex ipsius testimonio cognoscetis. Voluit uetere
instituto eorum adolescentium exemplo: qui post in ciuitate summi uiri et clarissimi ciues
extiterunt: industriam suam a populo ro. ex aliqua illustri accusatione cognosci. uellem
alio potius eum cupiditas glorie detulisset. Sed habuit hoc tempus querele. Accusauit. C.
Antoniũ collegam meũ: cui misero preclari i re. p. beneficii memoria nihil profuit.
Nocuit opinio maleficii cogitati. Postea nemini concessit equalium: plus ut i foro.
plus ut in negociis uersaretur causisq; amicorum: plus ut ualeret inter suos gratia:
que nisi uigilantes homines, nisi sobrii: nisi industrii consequi nõ possunt. Omia
labore et diligentia e consecutus. In huius flexu q̃ etatis nihil e occultabo, fretus
humanitate ac sapientia uestra fama adolescentis paulum hesit ad metas notitia n
noua mulieris et infoelici uicinitate et insolentia uoluptatum: que cum inclusę
diutius et prima etate compresse et constricte fuerunt: subito se nõ numq̃ pro
fundunt. atq; eiiciunt uniuerse. Qua ex uita: uel dicam, quo ex sermone: neq;
enim tantũ erat. quantum homines loquebantur. uerum ex eo quicquid erat, emersit.
totumq; se eiecit: atq; extulit: tantumq; abest ab illius familiaritatis infamia

ut ei dē mino ab se se inimicitias odiumq̧ ꝓpulset: Atq ut iste interpositus sermo
deliciarꝫ desidieq̧ moreret̄: fecit me hercule inuito et multū repugnāte. Sꝫ tn̄ fecit.
nomē amici mei de ambitu detulit: quē absolutum insequit̄, reuocat. nemini uīrm
obtempat. ē uiolentior q̄ uellem. Sꝫ ego nō loquor de sapiā: que nō cadit ī hanc
etatem. De ipetu animi loquor: de cupiditate uincendi: de ardore mentis ad
gloriā: q̄ studia iam ī hꝫ etatibꝫ nrīs contractiora ēē debeant: In adolescentia ui
tanq̄ in herbis significant, que uirtutis maturitas: et quante fruges industrie
sint future: etē sp̄ magno ingenio adolescētes refrenandi potius a gloria: q̄ incitādi
fuīt. Amputanda plura sunt illi etati: siquidem efflorescit ingenii laudibꝫ q̄ in
inserenda. Quare sicui nimiū efferbuisse uideret̄ huius uel ī suscipiendis uel ī gerendis
inimicitiis uis, ferocitas ꝑtinacia: si quē et minorꝫ horꝫ aliqd offendit. si purpure gen⁹.
Si amicorꝫ caterue. si splendor. si nitor iā ista deferuīt: iam etas omīa: iam res: iā dies
mitigarit. Cōseruate igr̄ iudices ciuē bonarꝫ artiū: bonarꝫ partiū, bonorꝫ urorꝫ. Pro-
mitto h̄ uobis: et rei p. spondeo. si mō nos ipsi rei p. satisfecimus: nunq̄ hunc a nrīs
rōnibꝫ seiunctū fore. Quod cū fretus nrā familiaritate ꝓmitto: tū q̄ durissimis se ipse
legibꝫ iā obligauit. Nō n. pōt: q̄ hoīem consularem, q̄ ab eo rē p. uiolatam dicēt: in iudi-
cium uocarit: ipē ī re p. ciuis ēē turbulentus. Nō pōt: qui ambitu ne absolutū qdē
patit̄ ēē absolutum ipē impune unq̄ ēē largitor. Habet a M. Celio Res p. iud. duas
accusationes: uel obsides periculi: uel pignora uoluntatis. Quare oro, obtestorq̧ iudices,
ut qua in ciuitate paucis diebꝫ his Sex. Clodius absolutus sit: quē ꝑ bienniū aut ducē
seditionis aut ducē uidistis: Qui edes sacras: q̄ censum ꝑpli ro.m: qui memoriā pub.caꝫ
suis manibꝫ incendit: hominē sine re: sine fide: sine spe: sine sede, sine fortunis ore,
lingua, manu, uita omni inquinatū: q̄ Catuli monumentum afflixit: meam domū diruit:
mei fratris incendit: q̄ in palatio aut in orbis oculis seruitia ad cedeꝫ et iflamandaꝫ
urbē incitauit. In ea ciuitate ne patiamini illū absolutū muliebrꝫ grā. M. celiū libidini
mulieris condonatū, ne eadē mulier cū suo coniuge et frē turpissimū latronē eripuisse:
et honestissimū adolescentē oppressisse uideat̄. Quod cū h̄ uobis adolescentiā ꝓposueritis:
cōstituitote uobis an oculos h̄ et miseri senectutē: qui h̄ unico filio nitit̄: in huius spe requiescit:
huius unius casus ꝑtimescit: quē uos supplicē urē misericordie: seruum potestatis abiectum,
nō tam ad pedes: q̄ ad mores sensusq̧ urōs uel recordatione parentum urōrꝫ: uel liberꝫ
iocunditate sustentate: ut in alterius dolore uel pietati uel indulgentie urē seruiatis.
Nolite iud. aut hunc iā nā ipsa occidentem uelle maturius extingui uulnē urō q̄ suo fato:
aut hunc nc̄ ꝑm florescentē firmata iā stirpe uirtutis, tanq̄ turbine aliquo aut subita te-
pestate ꝑuertē. Conseruate parenti filium: parentē filio: ne aut senectutē iā ꝓpe despe-
ratā contempsisse: aut adolescentiam plenā spei maxe nō mō uos non aluisse: s; et perculisse
atq̧ afflixisse uideamini. Quē si nob: si suis: si re p. cōseruatis addictū, deditū obstrictū
uob ac liberis urīs habebitis: omiūq̧ h̄ neruorꝫ ac laborꝫ uos potissimū iud. fructus uberes
diuturnosq̧ capietis.

22 ꝓ L. Cornelio Balbo.

ubertas, uarietas, copia: q̄ fuit in eo qui tantū inopiret huic stu-
dio temporis: quantū ipse a pueritia usq̧ ad hāc etatem a cōtinuis
bellis et uictoriis conquieuit, quo in difficilior est hic extremus
perorandi locus: etenim ei succedo oroī que nō ꝑuenerit sit aures
uras, sed in aīus oīum penitus ut insederit, uel plus uoluptatis ex re-
cordatione illius orōnis: quā nō mō ex mea, sed ex cuiusq̄ orōne
capere possitis. sed mos est gerendus nō mō cornelio cuius ego uolu-
tati in eius ꝑiculis, nullo mō deēe possum. Sed et CN. pom. q̄ sui
sui bn̄ficij facti sui iudicij uoluit me ēē, ut apud eosdē uos iud. nuper in
alia caūa fuerim, et ꝑdicatorem, et autorem: ac mihi quidē hoc
dignū rēo uidetur. Id deberi huius excellentis uiri pstantissime
glorie: id propriū ēē uīri officij: hoc satis ēē causē, ut qd fecisse
CN. pompeiū constet, id oēs et licuisse cōcedant. Nam uerius
nihil est, q̄ q̄ hesterno die, dix ipē: ita L. cornelium de fortunis
omnibus dimicare, ut nullius in delicti crimi uocaretur. Non
enim furatus ēē ciuitatem, nō genus suū ementitus, nō ī aliquo
impudenti mendacio delituisse. nō nec irepsisse in censum dicit:
unū obiicitur natū ēē gadibꝫ, quod negat nemo. cetera accusator
fatetur hūc ꝑ iiii in hispania durissimo bello cū Q. metello cū
C. memmio et ī classe et in exercitu fuisse, et ut pom. in hispaniā uenerit me-
mmiū q̄ hēre questorem cepisset: nunq̄ a memmio discessisse: cartagi-
nem noua ē ꝑ ssē possessu ꝑtem acerrimis illis premiis tiis et maxīs luronesi,
et durensi intfuisse: cum pom. ad extremū belli eps interfuisse. hec
sunt pugnia cornelij talis in rēm p. nrām labor, assiduitas, dimi-
catio, uirtus digna summo impatore, spes pro ꝑiculis premiorum.
P remia quidē ipā nō sunt in eius fcō qui adeptus est: sed in eius q̄
dedit. Donatus est q̄ ob eas caūas a CN. pom. ciuitate id accusator
nō negat: sed reprehendit ut causa ipsa probetur: pena queratur
in. pom. causa ledatur, pena sit nulla, sic fama sic innocentissimi
hoīs, fortunas prestantissimi impatoris factum cōdemnari uolunt.
Ergo in iudiciū caput cornelij factum Pompeij uocat̄. huc. H. in ea ciuitate
in qua sit natus honestissimo loco: natū ēē concedis, et ab ineunte
etate relictis rebus suis omnibus in nrīs bellis, nrīs cū impe-
ratoribꝫ ēē uersatum, nullius laboris, nullius obsessiōis nullius

periculi expertem fuisse. Hec sunt omnia cum plena laudis, tum propria Cornelii
nec in his rebus crimen est ullum. Ubi igitur est crimen? quod eum Pompeius ciuitate
donauit. huius(ne) modi crimen? minime, nisi honos ignominia putanda est.
Quis igitur est uersatus nullius actiones accusatoris eius unius qui donauit
qui si adductus gratia, minus idoneum hominem premio affecisset, quin etiam
si uirum bonum, sed non ita meritum: si denique aliquid quod non contra ac liceret
factum diceret: sed contra atque oporteret, tamen esset omnis eius reprehensio
ab uobis iudices repudianda. Nunc uero quid dicitur, quid ait accusator
fecisse Pompeium quod ei facere non licuerit. Quod grauius est, quam si id
factum ab eo diceret, quod non oportuisset. Est enim aliquid quod non oporteat
etiam si licet. quicquid uero non licet, certe non oportet: hic ego nunc non cuncter sic
agere iudices. non esse fas dubitari quin quod Cn. Pompeius fecisse constiterit
id non solum decuisse, sed etiam debuisse fateamur. Quid enim abest huic homini
quod si abesset et uire hoc et tribui et concedi putaremus? usus ne rerum,
qui pueritie tempus extremum principium habuit bellorum atque imperiorum maximorum: cuius plerique equales minus sepe castra uiderunt, quam hic triumphauit: qui tot habet triumphos: quot ore sunt partesque terrarum: tot uictorias bellicas: quot sunt in rerum natura genera bellorum. an ingenium?
cui etiam ipsi casus euentusque rerum non duces, sed comites eius consiliorum
fuerunt: in quo uno ita summa fortuna cum summa uirtute certauit
ut omnium iuditio plus homini quam dee tribueretur. An pudor? an integritas?
an religio in eo an diligentia umquam requisita est? quem prouincie nostre
quem liberi populi, quem reges, quem ultime (altere) gentes, castiorem, moderatiorem, sanctiorem
rem non modo uiderunt: sed aut sperando umquam, aut optando cogitauerunt?
Quid dicam de auctoritate quanta in his tantis uirtutibus ac laudibus esse debet.
cui senatus populusque Romanus amplissime dignitatis premia dedit: non postulanti
imperia, uerum etiam recusanti: huius de facto ita queri ut id agatur, licuerit
ne id facere quod fecit. An uero non dicam non licuit, sed nephas fuerit
contra fedus. id est contra populi Romani religionem et fidem fecisse dicitur. Non
turpe rei publice? non ne nobis? audiui hoc de parente meo puer, cum Q.
Metellus L. filius causam de pecuniis repetundis diceret, ille ille
uir: cui patrie salus dulcior quam conspectus fuit. qui de ciuitate de
cedere, quam de sententia maluit: hoc igitur eo causam dicente cum ipsius tabule circum
ferrentur inspiciendi nominis causa fuisse iudicem ex illis equitibus Romanis
grauissimis uiris neminem, qui non remoueret oculos, seque totum auerteret
ne forte quod ille in tabulas publicas retulisset, dubitasse quisquam
uerum ne an falsum esset uideretur. Nos Cn. Pompeii decretum

iudicium de consilii sententia pronuntiatum recognoscemus? cum legibus conferemus?
cum federibus? quorum acerbissima et diligentia perpendemus. Athenis aiunt
cum quidam apud eos qui sancte grauiterque uixisset, et testimonium dixisset
publice, et ut mos est grecorum iurandi causa ad aras accederet, uno
uoce omnes iudices ne id iuraret, reclamasse. Cum greci homines
spectatum uirum noluerunt religione uideri potius quam ueritate fidem esse con
strictam: nos etiam in ipsa religione et legum et federum conseruanda qualis
fuerit Cn. Pompeius dubitamus? utrum eum inscientem uultis contra federa
fecisse: an scientem? Si scientem! o nomen nostri imperii, o populi Romani excellens dignitas,
o Gn. Pompeii sic late longeque diffusa laus ut eius glorie domicilium
communis imperii finibus terminetur. o nationes urbes populi tetrarche ty
ranni testes Cn. Pompeii non solum uirtutis in bello sed etiam religionis
in pace. Uos denique mute religiones imploro et sola terrarum ulti
marum, uos maria portus insule litoraque, que est enim ora, que sedes
qui locus? in quo non extent huius cum fortitudinis, tum humanitatis, tum
animi tum consilii impressa uestigia. hunc quisquam incredibili quadam
atque inaudita grauitate, uirtute, constantia preditum, federa
scientem neglexisse, uiolasse, rupisse dicere audebit? Gratificatur
mihi gestu accusator nescientem Cn. Pompeium fecisse significat, quasi uero
leuius sit cum in tanta re publica uersere et maximis negotiis presis
facere aliquid quod scias non licere, an omnino nescire quod liceat.
Etenim cum in hispania bellum acerrimum et maximum gereret: quo
iure Gaditana ciuitas esset, nesciebatur an cuius lingue propter non
posset interpretationem federis non tenebat? Igitur quisquam Cn. Pompeium
ignorasse dicere audebit, quod mediocres homines, quod nullo usu
nullo studio militari prediti: quod librarioli denique scire profitean
tur. Equidem contra existimo iudices. cum in omni genere ac uarietate
artium et illarum que sine summo otio non facile discuntur. Cn. Pompeius
excellat singularem quandam laudem eius et prestabilem esse scientiam
in federibus, pactionibus, conditionibus populorum, regum exterarumque na
tionum in uniuerso denique belli iure atque pacis: nisi forte ea
que nos libri docent in umbra et otio ea Cn. Pompeium neque cum rege
sceret? licet neque cum rem gereret, regiones ipse docere potuerunt.
Atque ut ego sentio iudices. causa dicta est temporis magis ego nunc rationi

huius in hoc genere uidi plura dicam. Est enim huius saeculi labes quaedam
et macula uirtuti inuidere, uelle ipsum florem dignitatis infringere. Et
enim si Cn. Pompeius abhinc annos quingentos fuisset, is uir, a quo senatus
adolescentulo atque equite ro. saepe communis salutis auxilium expetisset,
cuius res gestae omnes gentes cum clarissima uictoria terra marique
peragrassent, cuius tres triumphi testes essent totum orbem terrarum
nostro imperio teneri, si nunc apud uos id quod fecisset contra foedus
que p. r. i singularib. e decorass
factum diceretur, quis audiret? nemo profecto. Mors enim cum exstinxisset
inuidiam, res eius gestae sempiterni nominis gloria niterentur: cuius
quasi audita uirtus dubitationis locum non daret, huius experta
atque perspecta obtrectatorum uoce laedetur? Obmittam quod Pom. iam ora
tione mea relinquam. Sed uos iud. aures atque memorias tenetote
de lege, de foedere, de exemplis, de perpetua consuetudine ciuita
tis nostrae. renouabo ea quae dicta sunt. nihil enim mihi noui nihil inte
gri, neque M. Crassus qui totam causam et pro facultate et pro fide
sua diligentissime uobis explicauit: neque Cn. Pom. cuius oratio
omnibus ornamentis abundauit, ad dicendum reliquit. sed quoniam
me recusante placuit ambobus adhiberi: hunc a me quasi perpoli
endi quendam operis extremum laborem, peto ab uobis ut me officii
potius quam dicendi studio hanc suscepisse operam ac munus putetis.
ac prius quam aggrediar ad ius causamque Cornelii quiddam de commu
ni condicione omnium nostrum deprecandae maliuolentiae causa breuiter
commemorandum uidetur. ¶ Si quo quisque loco nostrum est iud. natus
aut si qua fortuna est nascendi initio constitutus, hunc uitae statum
usque ad senectutem obtinere deberet: et si omnes quos aut fortuna extulit
aut ipsorum illustrauit labor et industria poena sunt afficiendi: non grauior
L. Cornelio quam multis uiris bonis atque fortibus constitui lex uitae et
condicio uideretur. Sin autem multorum uirtus ingenium humanitas ex
infimo genere et fortunae gradu non modo amicitias et rei familiaris
copias consecuta est: sed summam laudem honores gloriam dignitates
non intellego cur potius inuidia uiolatura uirtutem L. Cornelii quam
aequitas uestra pudorem eius adiutura uideatur. Itaque quod maximum
petendum est ab uobis: idcirco non peto iudices ne de uestra sapientia atque de uestra humanitate
dubitare uidear. Est autem petendum ne oderitis ingenium ne inimici

sitis industriae, ne humanitatem opprimendam, ne uirtutem puniendam pu
tetis. Illud peto ut si causam ipsam per se firmam esse et stabilem uideritis
hominis ipsius ornamenta adiumento causae potius quam impedimento esse malitis.
Nascitur iudices causa Cornelii ex ea lege quam L. Gellius Cn. Cornelius
ex senatus sententia tulerunt: qua lege uidemus satis esse sanctum ut ciues
ro. sint hi quos Cn. Pom. de consilii sententia singillatim ciuitate donauerit.
Ciuitate donatum esse L. Cornelium praesens Pom. dicit, indicant publicae tabulae,
accusator fatetur, sed negat ex foederato populo quemquam potuisse nisi is populus
fundus factus esset, in hanc ciuitatem uenire. O praeclarum interpretem iuris
auctorem antiquitatis correctorem atque emendatorem nostrorum expertes fa
nostrae ciuitatis: qui hanc poenam foederis ascribat: ut omnium praemiorum beneficiorumque
ciat foederatos. Quid enim dici potuit inscitius quam foederatos populos
fieri fundos oportere? nam id non magis est proprium foederatorum quam
omnium liberorum. Sed totum hoc iud. in ea fuit semper positum ratione atque
sententia, ut cum iussisset populus Ro. aliquid, si id ascivissent populi foederati atque Latini,
et si ea lex quam nos haberemus eadem in populo aliquo tamquam in fundo resti
disset, ut tum lege eadem is populus teneretur, non ut de nostro iure aliquid
deminueretur, sed ut illi populi aut iure eo quod a nobis esset constitutum
aut aliquo beneficio aut commodo uterentur. Postremo hoc ius est
ciuis et iuris et uerbi ut fundi populi beneficio nostro non suo iure
fiant. cum aliquid po. ro. iussit id si est eiusmodi ut quibusdam populis
sive foederatis, siue liberis permittendum esse uideatur, ut statuant
ipsi non de nostris, sed de suis rebus quo iure uti uelint, tum utrum
fundi facti sint an non quaerendum esse uideatur. De nostra uero re p. de
nostris imperiis, de nostris bellis, de uictoria, de salute fundos populos
fieri noluerunt. Atqui si imperatoribus nostris, si senatui si po. ro. non
licebit propositis praemiis elicere ex ciuitatibus sociorum atque amicorum
fortissimum atque optimum quemque ad subeunda pro salute nostra peri
cula: summa utilitate ac maximo saepe praesidio in periculis atque
asperis temporibus carendum erit. Sed per deos immortales quae est
ista societas, quae amicitia, quod foedus, ut aut nostra ciuitas careat
in periculis suis Massiliensi propugnatore, careat Gaditano, ca
reat Saguntino: aut si quis ex illis populis sit exortus qui nostros
duces auxilio laboris commeatus periculo suo iuuerit, qui cum
hoste nostro cominus in acie saepe pugnarit, qui se saepe telis

Tulit apud nostros maiores legem C. Furius de testamentis. Tulit Q. Voconius de mulierum hereditatibus. Innumerabiles aliae leges de iure ciuili sunt latae, quas Latini uoluerunt, asciuerunt. Ipsa denique Iulia: qua lege ciuitas est sociis et Latinis data: qui fundi populi facti non essent, ciuitatem non haberent: in quo magna contentio Heracliensium et Neapolitanorum fuit: cum magna pars in iis ciuitatibus foederis sui libertatem ciuitati anteferrent.

hostiu qui dimicatio capitis qui morti obiecerit, nulla conditione huius civitatis premiis affici posset. Est .n. in pplo ppli. ro. grave no posse uti sociis excellenti virtute preditis qui velint cu periculis nris sua comunicare in socios ut ipsos et in eos de quibus agimus federatos, iniuriosum et contumeliosum est his premiis et his honoribus exclusos et fidelissimos et coniunctissimos socios, que pateant stipendariis pateant hostibus, pateant servis. Nam et stipendarios ex affrica, sicilia, sardinia ceterisque provinciis multos civitate donatos videmus: et qui hostes ad nros imperatores profugissent et magno usui rei p. nre fuisset sciimus civitate et donatos. Servos denique quorum ius et fortune conditio infima est: bn de re p. meritos persepe libertate .i. civitate publice donari videbamus. Hanc tu igitur patrone federu ac federatorum conditione statuis gaditanis tuis civibus, ut quod his quos gaditanis adiutoribus armis subegimus, atque in ditionem nram redegimus liceat si ppls. ro. permisit, qui si suis decretis legibusve sanxissent, ne quis suorum civium castra imperatorum ppli. ro. iniret ne quis se pro nro imperio in periculi capitis atque in vite discrimen digerimur inferret: gaditanorum auxiliis uti cu vellemus no liceret: privatus vo ne quis vir et aio et virtute precellens pro nro imperio periculo suo dimicaret, graviter id iure ferremus minui auxilia ppli. ro. debilitari aios fortissimorum virorum alienigenarum nos horum studiis atque paterna virtute privari. Atqui nihil interest iudices utru hec federati iura constituerint ut ne cui liceat ex his civitatibus ad nostrorum bellorum pericula accedere: an que nos eorum civibus virtutis causa tribuerimus, ea rata esse non possint. Nihil enim magis uteremur his adiutoribus sublatis premiis virtutis, quam si omnino his versari in nris bellis non liceret. Etenim cu pro sua patria pauci post genus hominum natu reperti sint, qui nullis premiis propositis vitam suam hostium telis obiicerent pro aliena re p. quemque fore putatis qui se opponat periculis no modo nullo proposito premio, sed etiam interdicto.

Sed quam est illud imperitissime dictu de ppls fundis: que causa liberorum ppolorum est, no proprius federatorum. Ex quo intelligi necesse est aut neminem ex sociis civem fieri posse aut etiam posse ex federatis. Tu vo ius omne causamque noster iste magister mutande civitatis ignorat.

quod est iudices no solu in legibus publicis positum, sed etiam in privata voluntate. Iure .n. nostro neque mutare civitatem quisquam invitus pot, neque si velit mutare no pot, modo asciscatur ab ea civitate cuius esse se civitatis velit, ut si gaditani sciverint nominatim de aliquo cive ro. ut sit is civis gaditanus, magna ptas sit nro civi mutande civitatis, nec federe impediatur: quominus ex cive ro. civis gaditanus possit esse: duarum civitatum civis noster esse iure civili nemo pot, no esse huius civitatis civis qui se alii civitati dicarit potest.

Neque solu dicatione quod in calamitate clarissimis viris. Q. maximo. C. lenati. Q. philippo nucerie. C. catoni tarracone. Q. et cepioni. P. rutilio smyrne vidimus accidisse, ut earum civitatum fierent cives: hanc autem amittere no potuissent, antequam huius soli civitatis mutatione vertissent: sed etiam postliminio pot civitatis fieri mutatio. Neque .n. sine causa de. Cn. publicio menandro libertino hoie: quem apud maiores legati nri in grecia proficiscentes interpretem secu hre voluerunt ad pplm latum ut is publicius si domum revenisset, et inde romam redisset, ne minus civis esset: multi etiam superiori memoria cives. ro. sua voluntate indemnati et incolumes his rebus relictis, alias se in civitates contulerunt. Q si civi. ro. licet esse gaditanum sive exilio, sive postliminio, sive reiectione huius civitatis, ut iam ad foedus veniam quod ad causam nihil ptinet: de civitatis .n. iure non de federibus disceptamus, quid est quobrem civi gaditano in hanc civitatem venire no liceat. Ego quidem longe secus sentio. Nam cu ex omnibus civitatibus via sit in nram: cumque nostris civibus pateat ad ceteras iter civitates, tu vo ut quaeque nobiscum maxime societate amicitia sponsione, pactione, federe est coniuncta: ita mihi maxime comunionem beneficiorum premiorumque civitatis continere videtur. Atqui cetere civitates omnes, no dubitarent nros omnes recipere in suas civitates si idem nos iuris haberemus, quod ceteri. Sed nos no possumus et huius esse civitatis et cuiusvis preterea, ceteris concessum est. Itaque in grecis civitatibus videmus athenis rhodios, lacedemonios ceteros undique ascribi, multarumque esse eosdem hoies civitatum quo errore ductus vidi ego met no nullos imperitos hoies nros cives athenis in

ut a senatu ab imperatoribus nostris civitate donentur: id ne liceat ipsis.

numero iudicum atque areopagitarum certa tribu, certo numero cum ignorarent
si illam civitatem essent adepti, hanc se perdidisse nisi postliminio
reciperassent. Peritus vero nostri moris ac iuris nemo umquam qui hanc
civitatem retinere vellet, in aliam se civitatem dicavit. Sed hic
totus locus disputationis atque orationis meae iudices pertinet ad com-
munis mutandarum civitatum, nihil habet quod sit proprium religionibus ac
federum: defendo enim rem universam, nullam esse gentem ex omni
regione terrarum, neque tam dissidentem a populo romano odio, sed quodam
atque dissidio, neque tam fide benivolentiaque coniunctam ex qua nobis interdum
sit, ut neque asciscere civem aut civitatem donare non possimus. O iura praeclara
atque divinitus iam inde a principio romani nominis a maioribus nostris com-
parata, ne quis nostrum plus quam unius civitatis esse possit, dissimilitudo enim
civitatum varietatem iuris habeat necesse est: ne quis invitus civitate
mutetur, neve ut in civitate maneat invitus: haec sunt enim fundamenta
firmissima nostrae libertatis, sui quemque iuris retinendi et dimittendi
esse dominum. Illud vero sine ulla dubitatione maxime nostrum fundavit impe-
rium, et populi romani nomen auxit, quod princeps ille creator huius urbis romulus
federe sabino docuit, etiam hostibus recipiendis augeri civitatem hanc
oportere: cuius auctoritate et exemplo numquam est intermissa a maioribus
nostris largitio et communicatio civitatis. Itaque et ex latio multi ut tusculani
et lanuvini et ex ceteris generibus gentes universe in civitatem sunt re-
ceptae, ut sabinorum, volscorum, hernicorum: quibus ex civitatibus nec coacti
essent civitate mutari si qui noluissent, nec si qui essent civitatem nostram
beneficio populi romani adepti, violatum foedus eorum videretur. Etenim quaedam
federa extant ut germanorum, insubrum, helvetiorum, quorum in federibus exceptum
est, ne quis eorum a nobis civis recipiatur. Quod si exceptio facit ne li-
ceat, alibi necesse est non licere. Ubi est igitur exceptum federe gaditano
ne quem populus romanus gaditanum recipiat civitate? nusquam. At si ubi
esset, lex id illa gellia et cornelia, quae definite potestatem pompeio civitatis
donandi dederat, sustulisset. Exceptum est inquit foedus, si quid sa-
crosanctum est. Ignosco tibi si neque poenorum iura calles, reliquisti enim
civitatem tuam, neque nostras potuisti leges inspicere: ipsae enim te a co-
gnitione sua iudicio publico reppulerunt. Quid fuit in rogatione
ea, quae de pompeio a gellio et a lentulo consulibus lata est, in qua aliquid

item ex gallia barbarorum iapidum non nullorum

sacrosanctum ac exceptum videretur. Primum enim sacrosanctum esse nihil potest nisi quod
populus plebesve sanxisset: deinde sanctiones sacrandae sunt aut genere
ipso, aut obtestatione et consecratione legis, aut poenae cum caput eius
qui contra fecerit consecratur. Quid habes igitur dicere de gaditano federe eius
modi? utrum capitis consecratione, an obtestatione legis sacrosanctum
esse confirmas? Nihil omnino umquam de isto federe ad populum, nihil ad plebem
latum esse dico; de quibus etiam si latum esset, neque legem neque poenam rata esset, ne
quem civem reciperemus, tamen id esset quod postea populus iussisset ratum:
neque quicquam illis verbis, si quid sacrosanctum esset, exceptum videretur.
de hiis cum populus romanus nihil umquam iusserit, quicquam audes dicere sacro-
sanctum fuisse? Nec vero haec oratio mea ad infirmandum foedus gadita-
norum iudices pertinet. neque enim est meum contra ius optime meritae civi-
tatis, contra opinionem vetustatis, contra auctoritatem senatus dicere. Duris
enim quondam temporibus rei publicae nostrae, cum praepotens terra marique car-
thago nixa duabus hispaniis huic imperio immineret, et cum duo
fulmina nostri imperii subito in hispania Cn. et P. Scipiones extincti
occidissent, L. martius primipili centurio cum gaditanis foedus fe-
cisse dicitur. Quod cum magis fide illius populi, iustitia nostra, vetustate denique
ipsa, quam aliquo publico vinculo religionis teneretur, sapientes homines
et publici iuris periti gaditani M. lepido Q. catulo consulibus a
senatu de federe postulaverunt: tum est cum gaditanis foedus vel
renovatum vel ictum, de quo federe populus romanus sententiam non tulit, qui
iniussu suo nullo pacto potest religione obligari. Ita gaditana civi-
tas quod beneficiis suis erga rem publicam nostram consequi potuit, quod
imperatorum testimoniis, quod vetustate, quod Q. catuli summi viri auctoritate,
quod iudicio senatus, quod foedere consecuta est, quod publica religione
sanciri potuit, id habet [abest] populus enim se [vel senatus est] numquam obligavit, neque ideo est gadi-
tanorum causa deterior, gravissimis enim et plurimis rebus est fulta. sed certe
isti disputationi certe nihil est loci. sacrosanctum enim nihil potest esse
nisi quod per populum plebemve sanctum est. Quod si hoc foedus quod populus romanus
auctore senatu commendatione et iudicio vetustatis voluntate
et sententiis suis comprobat, idem suffragiis comprobasset, quid erat
cur ex ipso federe gaditani in civitatem nostram recipi non liceret?
Nihil est enim aliud in federe, nisi ut pia et eterna pax sit. Quid id

ad civitatem adiunctum illud etiam est, quod non est in omnibus foederibus:
maiestatem populi romani comiter conservanto. id habet hanc vim, ut sit ille in foedere
inferior. primum verbi genus hoc conservandi, quo magis in legibus
quam in foederibus uti solemus, imperantis est, non precantis: deinde cum
alterius populi maiestas conservari iubetur, de altero siletur, certe ille
populus in superiori condicione causaque ponitur: cuius maiestas foe-
deris sanctione defenditur. in quo erat accusatoris interpretatio indigna
responsione, qui ita dicebat comiter esse communiter, quasi non priscum aliquod
aut insolitum verbum interpretaretur. Comes benigni faciles suaves
homines esse dicuntur: qui erranti comiter [et] monstrant viam benigne
non gravate, comiter [communiter] quidem certe [non] convenit, et simul absurda res est
caveri foedere ut maiestatem populi romani comiter conservent, id est ut
populus romanus suam maiestatem esse salvam velit, quod si iam ita esset, ut esse
non posset [pot], tamen de nostra maiestate nihil de illorum caveretur. Potest vero
nostra maiestas Gaditanis benigne conservari, si ad eam retinendam
Gaditanos praemiis elicere non possumus? Potest esse ulla denique maie-
stas si impedimur, quominus per populum romanum beneficiorum virtutis causa
tribuendorum potestatem imperatoribus nostris deferamus? Sed quid ego
disputo quae mihi tamen [tum] si Gaditani contra me dicerent, vere posse
dici viderentur? Illis enim repetentibus L. Cornelium responderem legem
populus romanus iussisse de civitate tribuenda, huic generi legum fundos populos
fieri non solere. Cn. Pompeium de consilii sententia civitatem huic dedisse,
nullum populi nostri iussum Gaditanos habere. Itaque nihil esse sacrosanctum quod
lege exceptum videretur. Si esset tamen in foedere, nihil esse cautum praeter
pacem, additum esse etiam illud, ut maiestatem illi nostram servare debe-
rent, quae certe minueretur [re], si [aut] adiutoribus illorum civibus uti in bellis
nobis non liceret. Nunc vero quid ego contra Gaditanos loquar?
cum id quod defendendo, voluntate eorum, auctoritate, legatione ipsa compro-
betur? qui a principio [sui] generis ac studio rei publicae ab omni studio sensuque
Poenorum mentes suas, ad nostrum imperium nomenque [nostrum] flexerunt, qui [quos] cum
maxima bella nobis inferrent, moenibus exclusuerunt, classibus
insecuti sunt, corporibus, opibus, copiis depulerunt, qui et
veterem illam speciem foederis Marciani semper omni sanctiore
arce duxerunt: et hoc foedere Catuli, senatusque auctoritate se [sic] nobiscum

vel non licet: aut si tribuendi potestas non

coniunctos [et devinctos] arbitrati sunt: quorum moenia delubra agros ut [olim] Hercules itinerum ac
laborum suorum, sic maiores nostri imperii ac populi romani nominis terminos esse voluerunt.
T Testantur [et] ut mortuos nostros imperatores, quorum vivit immortalis memoria et
gloria, Scipiones, Brutos, Oratios, Cassios, Metellos, et hunc praesentem Cn. Pom-
peium, quem procul ab illorum [eorum] moenibus acre et magnum bellum gerentem
commeatu, pecuniaque iuverunt. Et hoc tempore ipso, populum romanum quem in caritate
annonae ut saepe ante fecerunt [eorum] frumento suppeditato levarunt, sit hoc
ius et velle, ut sibi et liberis suis qui eximia virtute fuerunt [rint], sint [sint]
in nostris castris, sint [sint] in imperatorum praetoriis, sint [sint] denique inter signa atque
in acie locus sit, his gradibus ascendere etiam ad civitatem. Quod si Afris,
si Sardis, si Hispanis agris stipendioque multatis virtute adipisci
licet civitatem, Gaditanis autem officiis vetustate, fide, periculis, foe-
dere coniunctis hoc idem non licebit: non foedus sibi nobiscum, [sed] iniquissi-
mas leges impositas a nobis esse arbitrabuntur. Atque haec iudices, non
a me fingi oratione, sed me dicere [quae] contra Gaditani iudicarint, res ipsa
declarat, hospitium multis annis ante hoc tempus cum L. Cornelio Gaditanos fecisse publice dico, profero
gatos. Excito laudatores ad hoc iudicium summos homines ac nobilissimos testes proferam legatos.
deprecatores huius periculi missos videtis, re denique multo ante Gadibus
iam audita fore, ut huic ab illo periculum crearetur, gravissima tum
in istum civem suum Gaditani senatus consulta [comitia] fecerunt. Potuit magis
fundus populus Gaditanus fieri, quoniam hoc magnopere delectare verbo, si
tum sit fundus, cum scita ac iussa nostra [suae] sententia comprobat, quam cum hospitium
fecit, ut et civitate illum mutatum esse fateretur, et [ius] huius civitatis honore
dignissimum iudicaret? Potuit certius interponere iudicium voluntatis
suae: quam cum et accusatorem huius multa et poena multavit? Potuit
magis de re iudicare, quam cum ad vestrum iudicium cives amplissimos legavit
testes huius viri [iuris], vitae laudatores, periculi deprecatores? Etenim quis est
tam demens qui sentiat ius hoc Gaditanis esse retinendum, ne in-
terseptum sit his iter perpetuum ad hoc amplissimum praemium civita-
tis, et magnopere his esse laetandum huius L. Cornelii benivolentia
erga suos remanere Gadibus, gratiam et facultate commorandi [end] in hac
civitate versari? Quis est enim nostrum cui non illa civitas huius studio
sit cura diligentia commendatior? Obmitto quantis ornamentis populum
istum C. Caesar cum esset in Hispania praetor affecerit, controversias sedarit,

uiri ipsorum permissu statuerit, inueteratam quondam barbariam ex gaditanorum
moribus, disciplinaque delerit, summus in eam ciuitatem huius rogatu studia et
beneficia contulerit. Multa preterea que quondit labore huius et studio
aut omnino, aut certe facilius consequantur. Itaque et adsunt principes, ad-
sunt ciuitates et defendunt amore ut suum ciuem, testimonio ut nostrum,
officio ut nobilissimum ciuem, sanctissimum hospitem, studio ut diligentissimum
defensorem commodorum suorum, ac ne ipsi gaditani arbitrentur quod nullo
incommodo afficiantur, si liceat horum ciues uirtutis causa in nostram
ciuitatem uenire, tam hoc ipso infirmius esse suum fedus quam ceterorum, con-
solabor et hos parentes uiros optimos, ex illam fidelissimam atque amicissi-
mam nobis ciuitatem simul, et uos non ignorantes iudices admonebo quo
de iure hoc iudicium constitutum sit de eo numquam omnino esse dubitatum.
Quos quam prudentissimos interpretes federum, quos peritissimos belli iuris,
quos diligentissimos in exquirendis conditionibus, ciuitatum atque causis
esse arbitramur. Eos profecto qui imperia ac bella gesserunt. Etenim si
Q. Scaeuola ille augur cum de iure prediatorio consuleretur, homo iuris
peritissimus, consultores suos nonnumquam ad Furium ac Cascellium predia-
tores reiciebat. Si nos de aqua nostra Tusculana M. Tuccionem po-
tius quam C. Aquilium consulebamus: quod assiduus usus uni rei dedi-
tus, et ingenium et artem sepe uincit! Quis dubitet de federibus
et de toto iure pacis et belli omnibus iuris peritissimis imperatores
nostros anteferre! Possumus ne quam tibi probare auctorem exempli atque
facti illius quod accusator reprehenditur. C. Marium. Queris aliquem grauiorem
et constantiorem, prestantiorem uirtute, prudentia, religione, equi-
tate: M. Annium Appium fortissimum uirum uirtute preditum ciuitate
donauit, cum Camertinum fedus sanctissimum atque equissimum sciret
esse. Potes quam uidere ut L. Cornelius condemnari aptet, ut non C. Marii
factum condemnetur. Exsistat quam ille uir parumper cogitatione uestra
quoniam re non potest, ut conspiciatis eum mentibus, quoniam oculis non potestis,
dicat se non imperitum federis, non rudem exemplorum, non ignarum belli
fuisse. Se P. Africani discipulum ac militem se stipendiis, se legatio-
nibus bellicis eruditum, se si tanta bella gessisset, quanta bella gessit
et confecit, si sub tot consulibus meruisset, quotiens ipse consul
fuisset, omnia iura belli perdiscere ac nosse potuisse sibi non fuisse

dubium quin nullo federe a re p. bene gerenda impediretur: a se ex con-
iunctissima atque amicissima ciuitate fortissimum quemque esse delectum!
neque Iguuinatium atque Camertium federe esse exceptum, quominus eorum
ciuibus a populo ro. uirtutis premia tribuerentur. Itaque cum paucis annis
post hanc ciuitatis donationem acerrima de ciuitate questio Licinia et
Mucia lege uenisset, num quis eorum, qui de federatis ciuitatibus esset
ciuitate donatus in iudicium est uocatus? Nam Spoletinus T. Ma-
trinius unus ex his quos C. Marius ciuitate donasset, dixit causam ex
colonia latina in primis firma et illustri: quem cum disertus homo L.
Antistius accusaret, non Spoletinum dixit fundum populum Spoletinum non esse
factum: uidebat enim populos de suo iure, non de nostro fundos fieri solere.
Sed cum lege Apuleia colonie non essent deducte, qua lege Saturninus
C. Mario tulerat, ut in singulas colonias ternos ciues romanos
facere posset. Negabant hoc beneficium re ipsa sublata ualere debere.
Nihil habet similitudinis ista accusatio: sed tamen tanta auctoritas in C. Mario
fuit, ut non per L. Crassum affinem suum hominem incredibili eloquentia,
sed paucis ille ipse uerbis causam illam grauitate sua defenderet et proba-
ret. Quis enim esset iudices, qui imperatoribus nostris in bello, in acie, in
exercitu delectum uirtutis, qui sociis, qui federatis in defendenda
re p. nostra spem premiorum eripi uellet. Si uultus C. Marii, si uox
si ille imperatorius ardor oculorum, si recentes triumphi, si presens
ualuit aspectus, ualeat auctoritas, ualeant res geste, ualeat memoria,
ualeat fortissimi et clarissimi uiri nomen eternum, sit hoc discrimen
inter gratiosos ciues atque fortes: ut illi uiui fruantur opibus suis,
horum etiam mortuorum, si quisquam huius imperii defensor mori potest uiuat auctoritas
immortalis. Quid Cn. Pompeius pater rebus Italico bello maximis gestis
P. Cesium equitem ro. uirum bonum, qui uiuit Rauennatem federato ex populo
nonne ciuitate donauit. Quid cohortes duas uniuersas Camertium, quid
Heracliensia lex. At P. Crassus uir amplissimus ex ea ciuitate, qua
cum singulare prope fedus Pyrrhi temporibus C. Fabricio consule ictum pu-
tatur, quid Massiliensem Aristonem Sylla: quid quod cum gaditanis
agimus: id heros nouem gaditanos. Quid uir sanctissimus summa reli- Q. Fabius agant numquid
gione ac modestia. Q. Metellus Pius: quid Fabius Saguntinus.
quid hic qui abest a quo hec que ego nunc non proferro, subtilissime sunt

omnia p(er)polita. L. crassus no(n) auinentem [alinie(n)sez] federatum ciuitate donauit, ho-
mo cu(m) grauitate et prudentia prestans, tu(m) uel nimiu(m) parcus in largiendo
ciuitate: hic tu(m) cn. pompeij beneficiu(m) uel potius iudiciu(m) et factum infir-
mare conaris? Qui fecit quod c. mariu(m) fecisse audierat, fecit quod
p. crassum [quod] L. syllam, quod q. metellu(m), quod deniq(ue) domesticu(m) auctore(m)
p(er)ticu(m) suu(m) facere uiderat: neq(ue) [uero] in uno cornelio id fecit: nam et
gaditanos hasdrubalem ex bello illo affricano, et mamertinos ob-
uios, et quosdam uticenses et saguntinos fabius ciuitate donauit,
etenim cu(m) ceteris premijs digni sunt, qui suo labore et p(er)iculo no-
stram rem p. defendunt, tu(m) certe dignissimi sunt qui ciuitate eo(rum)
donentur, pro qua p(er)icula ac tela subierunt. Atq(ue) ut(inam) qui ubique sunt
propugnatores huius imp(er)ij possent in hanc ciuitatem uenire, et
cont(ra) oppugnatores rei. p. de ciuitate exterminari. Neque ille
summus poeta noster hanibalis illam magis cohortationem q(uam) co(mmun)em
imp(er)atoriam et noluit, hostem qui feri[e]t, erit inquit m(ihi) cartagine(n)-
sis [quisquis] cuiuscumq(ue) erit ciuitatis: sed id habuit hoc leue et semp(er) hu(n)c [et si] ut imp(eratores) habuerunt.
] ita et ciuis fortissimos undiq(ue) fortes uiros asciuerunt, et bonos
ignobilium uirtute(m) p(er)sepe nobilitatis inhertie p(re)tulerunt. habetis
summorum imp(er)atoru(m) et sapientissimorum uirorum interp(re)tationem iuris
ac federu(m). Dabo et iudiciu(m) [eorum] qui huic questioni p(re)fuerunt, dabo
uniuersi p(o)p(u)li. ro. dabo sanctissimu(m) etia(m) iudiciu(m) senatus, iudices cum
[sepe] p(er)q(uam) referrent, palamq(ue) loquerentur, quid esset lege papia. de M.
crasso mamertinis repetentibus iudicatu(m): mamertini publice
suscepta causa destiterunt: multi in ciuitate(m) recepti ex liberis, fe-
deratisq(ue) populis. Nemo umq(uam) [est] de ciuitate accusatus, q(ui)a aut populus
fundus factus no(n) esset, aut q(uia) federe ciuitatis mutandi ius im-
pediretur. Audebo et hoc contendere, numq(uam) esse condemnatu(m) que(m)
constaret ab imp(er)atore n(ost)ro ciuitate donatu(m). Cognoscite nu(n)c
p(o)p(u)li. ro. iudiciu(m) multis rebus interpositum atq(ue) in maximis causis
re ipsa atq(ue) usu coprobatu(m) [tum]. cu(m) latinis omnibus fedus ictum
spurio cassio, postumio cominio consulibus quis ignorat? quod
quidem nup(er) in columna enea, meminimus post rostra incisum
et p(er)scriptu(m) fuisse. Quo(modo) igitur L. [Cosmnius] tiburtinus [pater] huius equitis. ro. opti(mi)
atq(ue) ornatissimi uiri damnato celio, quo ex eadem ciuitate

[22]
P. L. Cornelio Balbo

ste summa uirtute et dignitate nepotes T. et C. Copon(ii) nostis da(m)natos. C. Massone cuius
T. coponius ciuis, ro. [ut] est factus, nostis. An lingua et ingenio patue-
fieri aditus ad ciuitate(m) potuit? manu et uirtute no(n) potuit? An ne
[de nobis] de n(ost)ris nobis trahere spolia federatis licebat, de hostibus no(n) licebat? an quod
adipisci potuerant, dicendo id eis assequi pugnando no(n) licebat? An
accusatori maiores n(ost)ri maiora premia q(uam) bellatori esse uoluerunt?
Q(uod) si acerbissima lege seruilia principes [uiri] illi ac grauissimi et sapientis-
simi ciues: hanc latinis .i. federatis uia(m) ad ciuitatem p(o)p(u)li iussu pate-
re passi sunt, neq(ue) hic est hoc rep(re)hensum latinimia [Licinia] uel mutia lege.
cu(m) presertim in genus ipsum accusationis et nomen eiusmodi premium
quod nemo assequi posset, nisi ex senatoris calamitate, neq(ue) sena-
tori neq(ue) bono cuiq(uam) nimis iocundu(m) esse posset: dubitandu(m) fuit
quin quo in genere iudiciorum [eorum] premia rata essent, in eorum [deorum] iudicia imp(er)a-
toru(m) ualerent. Num fundos igitur factos populos latinos arbitrabamur
aut seruilia lege? aut ceteris quibus latinis hominibus erat propo-
situ(m) aliqua ex re premiu(m) ciuitatis? Cognoscite nu(n)c iudicium
senatus, quod semp(er) est iudicio p(o)p(u)li coprobatu(m). Sacra cereris iu-
dices, summa maiores n(ost)ri religione confici, cerimoniasq(ue) uolu-
erunt: que cu(m) essent assumpta de gratia [grecia]: et p(er) grecas semp(er) curata
sunt sacerdotes. et grece o(mn)ia nominata. Sed cu(m) illa que grecum
illud sacru(m) monstraret et faceret, ex grecia deligerent, tamen
sacra pro ciuib(us) facere ciue(m) uoluerunt, ut deos immortales
scientia p(er)egrina, et externa [ter] mente ciuili et domestica p(re)carentur.
has sacerdotes uideo ferme aut neapolitanas aut [uelienses] uelienses
fuisse federatarum sine dubio ciuitatu(m). Mitto uetera, proxima dico:
an ciuitatem uelie(n)sibus data(m) de senatus s(ententi)a. c. ualerium
flaccu(m) pretore(m) urbis [banu(m)] nominatim ad p(o)p(u)l(u)m de calliph(a)ena uelie(n)se
ut ea ciuis romana esset [tulisse] tulisse. Num igitur aut fundos factos et
uelienses aut sacerdotem illam ciue(m). ro. factam no(n) esse, aut fedus
et a senatu et a p(o)p(u)lo. ro. uiolatum arbitramur? Intelligo iudi-
ces in causa ap(er)ta, minimeq(ue) dubia multo et plura et amplis-
simis p(re)tiosissimis et dicta q(uam) res postularet. Sed id factu(m) est non
ut nobis rem tam p(er)spicua(m) dicendo probaremus, uerum ut omnium
maliuolorum, iniquorum, inuidorum animos frangeremus, quos ut
accusator incenderet, ut aliqui sermones hominum alienis bonis

inherentiũ et aduras aures pmanarent, et in uiditio ipo redundaret
idcirco illa in omi parte orõis, sua arte aspergi uidebatur. tũ pern-
nia. L. cornelij. que neqz inuidiosa est, et quantacuqz e, euis non
e, ut confusa magis q corrupta esse uideatur. tũ hortorum que
nõ crimine aliquo libidinis, sed rõi maledicto notabatur. tum
tusculanũ qd. Q. metelli fuisse meminerat, et L. crassi simul
illud nesciebat prediorũ nullã ee gentẽ emptionib ea solã sepe
ad infimos nõ legibus tamq tutelas puenire. Obiectũ est etiam
q in tribũ crustumeniã [minime] puenerit. qd hic [hic] assecutus est legis de ambitu pmio
minus inuidioso q qui legũ premijs ptoriã suam et pretextã togam cõ-
sequuntur, et adoptio theophanis agitata e: p quã cornelius nihil e preterq
ppinquorũ suorũ hereditates assecutus. qq istos aios qui ipsi cornelio in-
uident, nõ est difficillimũ mitigare. More hoium inuident i cõuiuijs
rodunt: [i circulis] idcirco uellicant non illo inimico, sed hoc maledicente carp-
unt. Qui amici. L. cornelij aut inimici sunt, aut inuident, hi sunt
huic multo uehementius pertimescendi. Nam huic equid ipsi quis est
umqz inuentus inimicus? aut quis uir e potuit? qui bonum
nõ coluit, cuius fortune, dignitatiqz nõ cessit? Versatus in intima
familiaritate hõis potentissi in maxis nostris malis atqz discordijs
nemiem umqz alterius, rõis atqz partis cõre, nõ uerbo, nõ uultu
denique offendit: fuit hic sine metu sine rei. p. fatum, ut etiã in me
unũ, omis illa inclinatio cõium tempõr incumberet, nõ mo nõ
exultauit: in ruinis [uel] nostris, nrisqz discordijs cornelius, sed omi
officio, lacrimis, opa, consolatione, omis me absente meos subleua-
uit, quorũ ego testimonio ac precibs minus hoc meritũ huic et
ut a principio dixi iustã et debitã grãm refero: speroqz iudices ut
eos qui principes fuerunt conseruande salutis, aut [ac] dignitatis mee
diligetis et caros hetis, sic eqz ab his [&] peto. facultate huius pro loco
fcã sunt. et grata e uobis et probata, nõ q a suis quos nullos hic
sed a suorũ qui et multi sunt et potentes, urgetur inimicis. qb
quid hesterna die. Cn. pompeius copiosa orõne et graui secũ si
uellent, contendere iubebat, ab hoc impio certamine atqz iniu-
sta contentione aduocabat: et erat equũ et uobis iudices atqz
omnibus qui nris familiaritatib implicantur, uehemens utilis

ut nras inimicitias ipi inij nos geramus amicis nrorũ inimicorũ tempe-
remus, ac si mea auctas satis apud illos in hac re ponderis hret, cũ me
presertim rerũ uarietate atqz usu ipo iam pdoctũ uiderent, e stabilis ex
maioribs discordijs aduocarem. sed n. contendere in de re. p. cũ id def-
endas, quod e optimũ sentias, et fortiũ utrorũ et magnorũ hoium
semper putaui, neqz huic umqz labori officio muneri defui, sed con-
tentio tam diu [sapiens e] quam aut proficit aliqd, aut [si] nõ proficit, nõ obest ciuitati.
uolumus quedam contendimus experti sumus, obtenta nõ sunt dolorem
in alterios, luctũ, meroremqz suscepimus. Cur ea que mutare nõ possumus
cõuellere malumus q tueri. C. cesarem senatus et grã supplicationũ
amplissimo ornauit. et nuo dierũ noue, idẽ in angustijs erarij uic-
torem exercitũ stipendio affecit, impatori decẽ legatos decreuit, lege
sempronia succedendũ [nõ] censuit, harũ ego sniarũ et princeps et auctor
fui. Neqz me dissensioni mee pristine putaui potius assentiri q psen-
tibs rei. p. temporibus et concordie cõuenire. Non idẽ alijs uidetur,
sunt fortasse in sntia firmiores. reprehendo neminem, sed assentior non
omnibus, neqz e incostantes puto: snian aliquã tamq nauigiũ aliqd
e rei. p. tempestate moderari. Sed siqui sunt, quibus infinitũ sit
odiũ, in quo semel susceptũ [spectũ] sit, quos uideo e nõ nullos, cũ ducibus
ipis, nõ cũ comitatu, [aspe] assectatoribusqz confligant. Illam n. fortasse
ptinaciã nõnulli uirtute alij putabant, hanc nõ iniqtate omis cũ
aliqua crudelitate coniũctam, sed certorũ [si cetorũ] hoium mentes nulla ratiõe
iudices placare possumus, uros aios quod certe confidimus, nõ ora-
tione nra, sed humanitate ura e placatos. Quid n. est cur nõ po-
tius ad summam laudẽ huic q ad minimã fraudẽ cesaris familiari-
tas ualere debeat? Cognouit adolescens, placauit hõi prudentissimo
in summa amicorũ copia cũ familiarissimis eius est adequatus, in pre-
tura, in consulatu pfectũ fabrũ detulit, consiliũ hõis comprobauit
fidẽ est [eius] complexus offa, obseruantiaqz dilexit. Fuit hõc multorũ illi
laborũ socius aliquãdo: est fortasse nũc nõ nullorũ particeps cõmodorũ
que quidẽ si huic obfuerit, apud uos non intelligo q bonũ cuiq sit
apud tales uiros profuturũ. Sed qm. C. cesar abest longissime, atqz
in his est nunc locis, que regiones orbẽ terrarũ, rebus illius gestis im-
periũ pp. rõ. definiunt. Nolite p deos imortales iudices hunc illi acerbu

nutum velle deferri, ut sui prefectum fabrum ut hominem sibi carissimum et familiarissimum, non ob ipsius aliquod delictum, sed ob suam familiaritatem vestris oppressum sententiis audiat. Miseremini eius qui non de suo peccato: sed huius summi et clarissimi viri fato non de aliquo crimine sed periculo suo de privilegio iure disceptat. Quod enim si Cn. Pompeius ignoravit, si M. Crassus, si Q. Metellus, si Cn. Pompeius, si L. Sylla, si M. D. Crassus, si C. Marius, si senatus populusque romanus, si qui de re simili iudicaverunt, si federati populi, si socii, si illi antiqui latini videte ne utilius vobis et honestius sit illis ducibus errare quam hoc magistro erudiri. Sed si de certo, de perspicuo, de utili, de publicato, de iudicato, de probato vobis iure et constituendum videtis. Nolite committere, ut in re tam inveterata quicque novi sentiatis simul et illa videte omnia ante oculos vestros proposita primum et omnes et post mortem reos clarissimos illos viros qui federatos civitate donarunt. Deinde senatum qui preceperit hoc iudicavit populum qui iussit. Iudices qui approbarunt: tum et illud cogitate sic vivere ac vixisse Cornelium, ut cum omnium peccatorum questiones sint, non de vitiorum suorum pena, sed de virtutis premio in iudicium vocetur. Accedat et illud ut statuatis hoc iudicio utrum post hac amicitias clarorum virorum calamitati hominibus an ornamento esse malitis. Postremo illud videtis fixum in animis vestris tenetote nos in hac causa non de maleficio L. Cornelii, sed de beneficio Cn. Pompeii iudicaturos.

M. T. CICERONIS ORATIO IN VATINIUM TESTEM feliciter incipit.

Si tua tantummodo Vatini quid indignitas postularet spectare voluissem, fecissem id quod his vehementer placebat: ut te cuius testimonium propter turpitudinem vite sordesque domesticas, nullius momenti putaretur tacitus dimitterem. Nemo enim horum ita te refutandum ut gravem adversarium, aut ita rogandum, ut religiosum testem arbitrabatur. Sed fui paulo ante intemperantior fortasse quam debui. Odio enim tui in quo et si omnes cives tuum propter nefaria scelus superare debeo, tamen ab omnibus pene

vincor. Sic sum incitatus, ut cum te non minus contemnerem quam odissem, tamen vexatum potius quam despectum vellem dimittere. Quare ne tibi hunc honorem a me haberi forte mirere quod interrogem, quem nemo congressu, nemo aditu, nemo suffragio, nemo civitate, nemo luce dignum putet, nulla me causa impulisset, nisi ut ferocitatem istam tuam comprimerem et audaciam frangerem, et loquacitatem paucissimis interrogationibus incetutam retardarem. Etenim debuisti Vatini et si falso venisses in suspitionem P. Sextio, tamen mihi ignoscere si in tanto hominis de me optime meriti periculo et tempori eius et voluntati parere voluissem. Sed hesterno in testimonio et mentitum, cum affirmares nullum tibi omnino cum Albinovano sermonem non modo de Sextio accusando, sed nulla umquam de re fuisse paulo ante imprudens iudicasti. Et T. Claudium tecum communicasse, et a te consilium P. Sextii accusandi petisse: et Albinovanum, quem antea tibi vix notum esse dixisses, domum tuam venisse multa tecum locutum dixeris. Denique contiones P. Sextii scriptas esse Albinovano dedisse, easque in hoc iudicio recitatas: in quorum alteris et confessus a te accusatores et instructos et subornatos, in altero inconstantiam tuam cum levitate, tum etiam periurio implicatam refellisti. Nimium es vehemens, feroxque natura. Non putas fas esse verbum ex ore exire cuiusquam, quod non iocundum et honorificum ad aures tuas accedat: venisti iratus omnibus, quod ego simul ac te aspexi priusquam loqui cepisti, sensi atque prenovi repente enim te non tamquam serpens e latibulis oculis eminentibus inflato collo tumidis cervicibus intulisti. Sed quero a te cur C. Cornelium non defenderem, num legem aliquam Cornelius contra auspicia tulerit, num Eliam Fufiam legem illeserit, num consuli vim attulerit, num armatis hominibus templum tenuerit, num intercessorem vi deiecerit, num religiones polluerit, erarium exhauserit, rem publicam compilarit. Tua sunt, tua sunt hec omnia Cornelio eiusmodi nihil obiectum est. Tu non cui Cornelii defensio displiceret, quam tam ad paternos tuos, aut quod ad afferres quibus iam prescribis quanto illis probro futurum sit si te defenderint, cum tu mihi Cornelii defensionem in maledictis obiciendam putaris. Attamen hoc Vatini memento paulo post istam defensionem meam, quam tantis bonis viris displicuisse dicis tu, me cum universi

quasi nec nosses: nec reperire posses

cum quem alienissimum a te esse dixisses: cum domi tue fuisse: quem prevaricatorem esse ab initio iudicasses: eidem te quod rogasses ad accusandum libros dixeris dedisse:

cum ante Gellius nutricula seditiosorum omnium testimonium dicet:

ut in renovatus ille tuus in te veterem illum amicum: sed cum tuum familiarem defenderim: cum in hac civitate oppugnatio soleat qua tu nunc uteris, non numquam defendi: non numquam vituperari.

codice legisse dicebat: defendebar testibus: collegis suis non recitandi cum de gesse: sed recognoscendi: constabat tum Cornelium concilium illo die dimisisse: intercessioni paruisse.

ppli. ro. sum̅a uoluntate, cu̅ opti cuiusqz singli studio magnificentissime
post hominum memoria̅ consulem fuisse, omniaqz ea me pudenter uiuendo
consecutu̅ ee, que tu impudenter uaticina̅do sperare te sepe dixisti. Na̅
quod in discessu̅ obiecisti meu̅, tibi quid letissimu̅, tu̅ tibi respondebo me
cu̅ tu ceteriqz rei. p. pestes armatos iam quereretis, et cu̅ p meu̅ nom
fortunas locupletu̅ diripe, sanguinem principu̅ ciuitatis exorbere,
crudelitate uram odiuqz diuturnu̅, quod in bonos iam ueteratu̅ habe-
batis, saturare cuperetis, scelus et furore̅ uestrum cedendo maluisse fra̅-
gere, q resistendo. Quare peto abs te ut mihi ignoscas uatini cum
patrie pepercerim qua̅ qq seruarim. Etsi ego te populatorem et uexatorem
rei. p. fero, tu conseruatore̅, et custodem feras. dein eius uiri disces-
sum increpasti, que̅ uides omnium ciuium desiderio ipsius denique rei. p.
luctu esse renouatu̅. At enim dixisti no̅ mea, sed rei. p. causa̅ homines de
meo reditu laborasse, qi uo̅ quisqz uir excellenti aio in rem. p. in-
gressus optabilius quicqz arbitraretur, qz se a suis ciuibus rei. p.
causa̅ diligi. Scilicet aspera mea natura̅, difficilis aditus, grauis uultus,
superba responsa, insolens uita. Nemo humanitate̅ mea̅, nemo consue-
tudinem, nemo consiliu̅, nemo auxiliu̅ requirebat, cuius desiderio
ut hec minima dica̅, foru̅ mestu̅, muta curia, omnia denique bonarum
artiu̅ studia floruerunt (siluerunt). Sed nihil sit factum mea causa omnia illa
senatus co̅sulta, ppli iussa, italie totius, cunctarumqz societatu̅, collegiorum
omnium decreta de me rei. p. causa esse facta fateamur. Quid ergo hoc
impurissime solide laudis ac uere dignitatis prestantius mihi po-
tuit accidere? Quid optabilius ad immortalitatem glorie atqz ad me-
moriam mei nois sempiterna̅, qz omnes hos ciues meos iudicare ci-
uitatis salutem, cu̅ unius mea salute esse coniunctam? qd quidem
ego tibi reddo tuu̅: nam ut tu me esse caru̅ dixisti senatui ppl'oqz
ro. no̅ tam mea causa qz rei. p. nostre, sic ego te qq sis omni crudelitate
atqz immanitate teterrimus, tam duro et odio ciuitati, no̅ tam tuo
qz rei. p. noie, atqz ut aliquando ad te ueniam de me hic sit extremu̅
quid quisqz nrum de se ipso loquatur no̅ est sane, no̅ e reprendu̅.
Boni uiri uiderent. In maximi momenti expondens duo sunt tempora
quibus nros ciuiu̅ spectentur, iudicia de nobis, unu̅ honoris, alterum
salutis, honos talis: po. ro. uoluntate paucis e delatus. At in salus

ee quod horum gbs ille dies acerbissimus fuit q deinde tibi letissimus, illum luctu et gemitu renouare noluisti

... i etia pagina ... vbi finit vuos ... ortes noue ai sig.

Ex iis tres erant: quos tu quotidie sciebas de celo seruare: quos irridebas: quos priuatos
ee dicebas: de quibus duos ptextatos sedentes uides: te edilitia ptexta in toga quam
frustra confeceras, uendidisse. Tertium scies ex illo obsesso atqz afflicto consultribunatu
consulare autoritate̅ hoie̅ ee adolescente̅ consecutu̅. Reliqui sex fuerunt: ex qbus
partim plane tecum sentiebant: partim medium quenda̅ cursum tenebat. Omnes
habuerunt leges promulgatas: In his multa meus necessarius ee de mea sententia. C.
Cosconius Iudex noster: que̅ disrumperis: cum edilitium uides. Volo uti mihi re-
spondeas: numqs ex toto collegio legem sit ausus ferre: preter unum te. Que tanta
in te fuit audacia: que tanta uis: ut cum tui noue̅ college sibi timendu̅ ee ducerent:
id unus tu emersus e ceno omnium faciale omnibus infimis contemnendu̅ despiciendu̅
irridendu̅ putares. Hu̅ que̅ post urbe̅ condita̅ scias. Tr. pl. egisse cum plebe: cu̅
constaret seruatum ee de coelo. Simul et illud uolo, uti respondeas: cum te tr. pl.
esse et tum in re. p. lex elia et fusia: que leges sepe numero tribunitios furores debilitarunt
et represserunt: quas contra preter te nemo unqua̅ e facere conatus. Que quidem
leges cum eo psidentibus i templo no̅ duobus Consulibus, s proditoribus huius ciuitatis ac
pestibus una̅ cum auspiciis: cum intercessionibus: cum omni iure publico conflagra-
uerunt. Hec quando dubitaris contra eas leges cum plebe agere. Nu̅que̅ ex
omnibus. Tr. pl. quamqz seditiosi fuint, tam audace̅ audieris fuisse: ut unqua̅ co̅ lege̅
eliam aut fusiam consilium conuocaret. Quero et illud ex te, conatus ne sis:
uolueris ne, denique cogitaris: est e res eiusmodi: ut si tibi in mentem modo uenit:
nemo sit: q te ullo cruciatu esse indignum putet: cogitaris ne in illo tuo into-
lerabili no̅ regno: nam cupis id audire sed latrocinio Augure̅ fieri p Q. Metello:
cu̅ ut quicumqz te aspexisset: duplicem dolore̅ gemitumqz susciperet: et ex desiderio
Cl.mi et fortissimi ciuis: et ex honore turpissimi atqz improbissimi. Adeo ne no̅ labe-
factatam re̅. p. te Tr.no, sed conquassata̅ ciuitate̅: sed captam hanc urbe̅ atqz
euersam putares: ut Augure̅ uatinium ferre possemus. Hoc loco quero si id
qd conceperas Augur factus eet: in qua tua cogitatione nos essemus: q te oderaz:
uix dolore̅ ferebamus. Illi aut quibus eras in delitiis, uix risum tenebant. Sed quero
si ad cetera uulnera quibus re̅. p. putasti deleri: hanc quoqz mortifera̅ plaga̅ infle-
xisses auguratus tui: utrum decreturus fuisses id quod Augures oms usqz a Romulo
decreuerunt: Ioue fulgente cum ppl'o agi nefas ee. An quia semp tua sic egisse per au-
spicia: fueris auguria dissoluturus? Ac ne diutius loquar de auguratu tuo: quod
inuitus facio ut recorder ruinas rei. p: nec e tu unqua̅ stante no̅ mo maiestate horum:
s et urbe augure̅ fore putasti. Verum tamen: ut somnia tua relinquam: ad scelera
ueniam. Volo uti mihi respondeas cum M. Bibulu̅ co̅sule̅ no̅ dicam bene de re. p. sen-
tiente: ne tu mihi homo potens irascare: qui ab eo dissensisti: sed homine̅ certe
nunqua̅ pgrediente̅: nihil rei. p. molientem tantum aio ab actionibus tuis dissentiente̅: cuz
eu̅ tu co̅sule̅ in uincula duceres: et a tabula ualeria collegae tui mitti iuberet: feceris ne
ad rostra ponte continuatis tribunalibus, p que̅ co̅sul. p. r. moderatissimus et co̅stan-
tissimus, sublato auxilio, exclusis amicis: ut proditorum hominum in statu turpissimo infirmoqz
spectaculo, no̅ in carcere: s ad suppliciu̅ et ad nece̅ duceres. Quero numqs ante te tam
fuit nefarius: q id fecerit: ut sciamus utrum ueterum facinorum sis imitator: an
inuentor nouorum. Ideoqz cum his aliisqz huiusmodi flagitiis ac sceleribus nomine C. Cesaris
clementissimi atqz optimi uiri: scelere uero atqz audacia tua. M. Bibulu̅ foro curia

viij :-

templis publicis (locis) omnibus expulisses: inclusum domi contineres: cumque non maiestate imperii
non iure legum: sed ianue presidio et parietum custodiis consulis vita regeretur: mi-
seris ne viatorem qui M. Bibulum domo vi extraheret: ut quod in privatis semper
est servatum: id te tribuno plebis consulis domus exilium esse non posset. Simulque in ridendo
tu qui nos qui de communi salute consentimus tyrannos vocas: fueris ne non tribunus plebis:
sed intolerandus ex ceno nescio qui: atque ex tenebris tyrannus. qui primum eam rem publicam
que auspiciis inventis constituta est: iisdem auspiciis sublatis conatus es pervertere. Deinde
sanctissimas leges Eliam et Fufiam dico: que in Gracchorum ferocitate et in audacia
Saturnini et in colluvione Drusi: et in contentione Sulpitii et in cruore Cynano
et inter Syllana arma vixerunt: solus conculcaris: et pro nihilo putaris: qui
consulem morti adiecteris: inclusum obsederis: extrahere ex suis tectis conatus sis:
qui in eo magistratu non emerseris ex mendicitate: sed et ex divitiis nos iam tuis terreas:
Fuerisne tanta crudelitate: ut delectos viros et principes tollere et delere tua
rogatione conaveris: Cum in Vettium qui in senatu confessus esset: se cum telo
fuisse. CN. Pompeio summo et clarissimo civi suis manibus offerre voluisse: in concione
produxeris: indicem in rostris, in illo inquam inaugurato templo ac loco collocaris:
quo auctoritatis exquirende causa ceteri tribuni plebis principes civitatis ducere consueverunt.
Ibi tu indice Vettium, ut linguam et vocem suam sceleri et menti tue preberet
voluisti: diceret L. Vettius in concione tua rogatus a te sese et impulsores et auctores
et socios sceleris habuisse illius eos viros: quibus e civitate sublatis: quod tu eo
tempore moliebare: civitas stare non posset. M. Bibulum: cuius inclusione contentus non
eras interficere volueras, spoliaveras consulatu, patria privare cupiebas. L. Lucullum:
cuius tu rebus gestis quod ipse ad imperatorias laudes, a puero vix spectaras: vehementer
invidebas: Curionem perpetuum improborum hostem omnium auctorem publici consilii libertate
communi tuenda maiorum liberum iuventutis cum re publica coniunctiorem et cum quia ab illa etate
postulandum fuit, delere voluisti. L. Domitium: cuius dignitas et splendor prestringebat credo oculos Vatinii: quem tu propter commune odium in bonos oderas in posterum propter
omnium spem que de illo est: atque erat iam aliquando timebat. L. Lentulum hunc iudicem
nostrum Flaminem Martialem, qui erat eo tempore Gabinii tui competitor: eiusdem Vettii
inditio opprimere voluisti. Qui si tum illam labem, pestemque vicisset: quod et tuo
scelere non licuit: res publica victa non esset. Huius et filium eodem iudicio et crimine
ad patris interitum aggregare voluisti. L. Paulum: qui tum questor Macedoniam
obtinebat. quem civem: quem virum: Qui duos nefarios patrie proditores domesticos
hostes legibus exterminarat hominem ad conservandam rem publicam natum in idem Vettii
iudicium atque in eundem hunc numerum congregasti. Quid ego de me querar: qui et
gratias tibi agere debeo: quod me ex fortissimorum civium numero seiungendum non putas.
Sed quid fuit ille tuus tantus furor: ut cum iam Vettius ad arbitrium tuum perorasset.
et civitatis lumina notasset descendissetque de rostris: eum repente revocares: colloquerere.
populo Romano vidente deinde introgares, quosnam alios posset notare. Inculcarisne et ut C. Pisonem
generum meum notaret. Qui in summa copia optimorum adolescentium pari continentia
virtute, pietate reliquit neminem. Itemque M. Laterensem hominem dies ac noctes de laude
et de re publica cogitantem. Promulgarisne impurissime et perditissime hostis questionem
de tot amplissimis et talibus viris inditium. Tum Vettio premia amplissima. Quibus rebus
omnium mortalium non voluntate sed convitio repudiatis. Deinde fregeris in carcere cervices

tanto studio civitatis ipso nomini reddita: de te autem homines quid
sentiant in honore experti sumus, in salute expectamus: et ut meum
hominem uno non solum impudentissimo atque infimo contrarium, de te ipso
homine et arrogantissimo et mihi inimicissimo quero Vatini utrum tandem
putes huic civitati, huic rei publice huic urbi, his templis, erario, curie
viris his quos vides, horum bonis fortunis, liberis civibus, ceteris denique
deorum immortalium, delubris, auspitiis, religionibus melius fuisse et
prestabilius me civem in hac civitate nasci an te. cum in hoc responde
ris, aut ita impudenter, ut manus a te homines vix abstinere possint
aut ita dolenter, ut aliquando ista que sunt inflata rumpantur, tum me-
moriter respondeto ad ea que de te ipso rogaro, atque illud tenebricosissimum tempus ineuntis etatis tue patiar latere, licet impune
per me parietes in adolescentia perfoderis vicinos compilaris matrem
verberaris: habeat hoc premium (primum tua) indignitas, ut adolescentie turpitudo
obscuritate et sordibus tuis obtegatur. Quero abs te teneasne me-
moria, cum tibi aquaria provincia sorte obtigisset, missusne sis
a me consule puteolos, ut inde aurum exportari argentumque prohiberes
in eo negotio cum te non custodem ad continendas, sed portitorem ad
partiendas merces missum putares. Cumque omnium domos, apo-
thecas naves furacissime scrutarere, homines negotia gerentes
iudiciis iniquissimis irretires, mercatores e navi egredientes
terreres, conscendentes morarere, teneasne memoria tibi in con-
ventu puteolis manus esse allatas, ad me consulem querelas pu-
teolanorum esse delatas. Quid. Non de hispaniensibus flagitiis tuis
sordidissimisque furtis interrogem. Quero primum qui genus improbitatis et
sceleris in eo magistratu pertermiseris. At tibi iam inde prescribo ne
tuas sordes cum clarissimorum virorum splendore permisceas. Ego te
questorium rogabo, de te ipso rogabo: non te ex amplissimi viri dignitate
sed ex tuis tenebris extraham, omniaque mea tela sic intra conicientur
ut nemo per tuum latus quod soles dicere sauciétur: in tuis pul-
monibus ac visceribus adherebunt. Et quoniam hic locus unus est quem
tibi cum Cesare communem esse dicas: seiungam te ab illo non solum rei publice
causa, verum etiam Cesaris ne qua ex tua summa indignitate labes
illius dignitati asperg(i) afferri videatur. Primum quero num tu senatui

Questuram petisti: cum P. Sextio: cum homo nihil
loqueretur: in quo agebat tu, de altero consulatu
gerendo te dicens cogitare.
Cum P. Sextius questor sit cunctis suffra-
giis factus: nunc te vix invitis
omnibus non populi beneficio: sed consulis
extremum adhesisse. In eo magistratu
cum tibi magno clamore aquaria

Post questuram exierisne legatus in
ulteriorem hispaniam C. Cosconio
proconsule: cum illuc iter hispaniense
pedibus pedibus fere confici soleat: aut
siquis navigare velit: certa sit ratio
navigandi: venerisne in Sardiniam
atque inde in africam. Fuerisne, quod sine
senatus consulto tibi facere non licuit in regno
hiempsalis. Fuerisne in regno Mastane-
sosi. venerisne ad fretum per mauritaniam.
Quem scias unquam legatum hispaniensem illam
quinam istis itineribus pervenisse.
Factus es Tribunus plebis.

Et quoniam omnium rerum magnarum a diis immortalibus principia ducuntur: volo ut mihi respondeas tu qui te
Pythagoricum soles dicere: et hominis doctissimi nomen in tuis imaginibus et barbaris moribus pretendere.
Que te tanta pravitas mentis tenuit: qui tantus furor: ut cum inaudita ac nefaria sacra
susceperis: cum inferorum animas dicere: cum puerorum extis deos manis mactare soleas: auspicia quibus
hec urbs condita est: quibus omnis res publica atque imperium tenetur: contempseris: initioque tribunatus tui
Senatui denuntiaris, tuis actionibus augurum responsa atque eius collegii arrogantiam impedimento non
futuram. Secundum ea quero: servarisne in eo fide, num quem tibi moram attulerit: quominus
consilium advocares: legemque ferres: quo die scires de celo esse servatum.

tam tua pravitas, quod facit Caesar: deinde quae sit auctoritas eius qui se alterius facto
non suo defenditur. deinde erupit enim aliquando ex me vera vox et dicam sine
contentione quod sentio. Si iam violentior aliqua in re C. Caesar fuisset.
si eum magnitudo contentionis, studium gloriae, praestans animus, excellens no-
bilitas, aliquo impulisset: quod in illo viro et tum ferendum esset, et maximis
rebus quas postea gessit oblitterandum: id tu tibi furcifer sumes? Et
Vatinii latronis ac sacrilegi vox audietur hoc postulantis, ut idem sibi
concedatur quod Caesari? Sic enim ex te quaero. tribunus plebis fuisti. seiunge te a con-
sulem collegas habuisti viros fortes novem: volo uti mihi respondeas. Nu-

Quere in pagina praecedenti: ubi incipit ex iis tres erant cum hoc signo ÷

quis ex toto collegio legis sit ausum ferri praeter unum te, quae tanta fuit
audacia? quae tanta vis? ut tum tui novem collegae sibi timendum esse
dixerunt: id unus, tu emersus e caeno cuivis facile omnibus infimis
contemnendum, despiciendum, irridendum putares? Simul et illud volo
uti respondeas, num quem ex omnibus tribunis plebis quicumque seditiosi fuerunt
tam audacem audieris fuisse ut umquam contra legem Aeliam aut Fu-
fiam concilium convocaret? Quaero etiam illud ex te conatusne sis
volueris ne, denique ne cogitaris: est enim res eiusmodi ut si tibi in
mentem modo venit, nemo sit qui te ullo cruciatu esse dignissimum indignum
putet. Cogitarisne in illo tuo intollerabili non regno sed latrocinio
id audire? sed latrocinio augurem fieri pro Q. Metello? cum ut
quicumque te aspexisset, duplicem dolorem, gemitumque susciperet, et ex
desiderio fortissimi et clarissimi civis, et ex honore improbissimi
atque turpissimi, adeo ne non labefactam rem publicam te tribuno neque conquas-
satam civitatem, sed captam hanc urbem atque eversam putares, ut
augurem Vatinium ferre possemus? Hoc loco quaero si id quod con-
cupieras, augur factus esses, in qua tu tua rogatione non eramus qui te
oderamus, vix dolorem ferebamus, illi autem quibus eras in deliciis
vix risum tenebant. Extam ut somnia tua relinquam, ad
scelera veniam: volo uti mihi respondeas. Cum M. Bibulum consulem
non dicam bene de re publica sentientem, ne tu mihi homo potens irasce-
rere, qui ab eo dissedisti, sed hominem certe nusquam progredientem
nihil rei publicae molientem tantum animo ab actionibus tuis dissentientem
cum eum tu consulem in vincula duceres. fecerisne pontem continu-
atis tribunalibus, per quem consul populi Romani moderatissimus et constantissimus

In Vatinium testem.

sublato auxilio, exclusis amicis vi et perditorum hominum, incitato turpissimo
miserrimoque spectaculo, non in carcerem, sed ad supplicium et ad necem
duceretur? Quaero num quis ante te tam fuit nepharius qui id
fecerit, ut sciamus utrum veterum facinorum sis imitator, an inven-
tor novorum, simulque in respondeto tu qui nos de communi salute con-
sentimus tiranos vocas, fuerisne non tribunus plebis sed intolle-
randus ex caeno nescio qui atque ex tenebris tirannus? qui pri-
mum eam rem publicam quae auspiciis inventis constituta est, iisdem au-
spiciis sublatis conarere pervertere. Deinde sanctissimas leges Aeliam
dico et Fufiam, quae in Gracchorum ferocitate, et in audacia Satur-
nini, et in colluvione Drusi, et in contentione Sulpicii et in cruore
Cinnano et inter Syllana arma vixerunt solus contempseris, et
pro nihilo putaris. L. Domitium cuius dignitas et splendor perstrin-
gebat. Credo oculos Vatinii, quem tu propter commune odium in bonos oderas. L.
Lentulum hunc videte nostrum flaminem martialem, Vettii indicio op-
primere voluisti: huius etiam filium eodem indicio et crimine ad
prius interitum aggregare voluisti. L. Paulum quem civem, quem virum
hominem ad conservandum rem publicam natum in id Vettii indicium atque in
eundem hunc numerum congregasti. Quid ergo ego de me querar, qui etiam
tibi gratias agere debeo: quod me ex fortissimorum civium numero seiungendum
non putasti. Sed qui fuit ille tuus tantus furor, ut cum iam Vettius
ad arbitrium tuum perorasset, et civitatis lumina notasset. incularisne, et
ut C. Pisonem generum meum nominaretur, qui in summa copia optimorum
adolescentium, pari continentia, virtute, pietate, religione neminem, itemque
M. Laterensem hominem dies ac noctes de laude et de re publica cogitantem.
deinde sceleris in carcere cervicibus ipsi nescio ne quod indicium corrupti
indicii exstaret? eiusque sceleris in te ipsum quaestio flagitaretur, ut omnes
intelligant te ne recte quidem facere sine scelere potuisse. dices

Sumptas inimicitias, susceptam causam quaestoriae, consiliique delecto, commodiore inimico suo conditione reiectionis dare noluisse

familiaritatem tibi fuisse cum Q. Maximo. praeclara defensio facinoris
tui. Nam maximi quidem summa laus est, nihilque maximus fecit alienum
aut sua virtute, aut illius familiarissimis clarissimis viris pau-
lis, maximis, africanis, quorum gloriam huius virtute renovatam non
modo speramus, verum etiam iam videmus tua fraus, tuum maleficium
scelus illud est, te id quod promulgasses, misere nove nomini ad crudelitatis

Et quoniam crebro usurpas legem te de
alternis consiliis reiciendis tulisse:
Quaero cum lex esset ea promulgata
in initio magistratus multas et alias
tulisses: expectarisne cum C.
Antonius reus fieret apud Cn. Lentulum
Claudianum et postea quam ille est reus
factus: statim tuleris in eum quod
tua post legem reus factus esset.
ut homo consularis exclusus misericordia
primo temporis spoliaretur beneficio et
aequitate legis tuae.

A
Ac nunc quidem C. Antonius hac una re miseriam suam solatur, quod imagines patris et fratris sui, fratrisque filiam non in familia sed in carcere collocatam audire maluit.
Ac nunc quidem: qui pecunias aliorum despicias, de tuis divitiis intolerantissime glorieris; volo ut mihi respondeas, fecerisne foedera tribunus plebis cum civitatibus, cum regibus, cum tetrarchis: erogarisne pecunias ex aerario tuis legibus: eripuerisne partim illo tempore carissimas, partim a Caesare, partim a publicanis. Quae cum ita sint, quaero ex te, sisne ex pauperrimo dives factus in illo ipso anno, quo lex lata est de pecuniis repetundis acerrima, ut omnes intellegere possent a te non modo nostra acta, quos tyrannos vocas, sed etiam amicissimi tui legem esse contemptam; atque quem tu esse nos criminari soles, qui illi sumus amicissimi, et contumeliosissime toties maledicas, quoties illius affinem te esse dicas.

tempus detulisset. Atque et illud scire ex te cupio, quo consilio aut qua mente feceris ut in epulo Q. Arrii familiaris mei cum toga pulla accumberes: quem umquam videris, quem audieris: quo exemplo, quo more feceris. Dicis enim tu ipse epuli dominus Q. Arrius ablatus esset: quis tum non ingemuit, quis non doluit rei publicae casum? Quis sermo alius in illo epulo fuit, nisi hanc tantam et tam gravem civitatem subiectam esse, non modo furori, verum etiam irrisioni tuae? Huic tu morem ignorabas: numquam epulum videras: numquam puer aut adolescens interfueras, quae te tanta tenuit insania (dementia)? ut tu nisi id fecisses, quod fas non fuit, nisi violasses templum Castoris nomine epuli oculos civium morte vestie eius qui te invitaverat, auctem parum putares testificatum esse, supplicationes te illas non putare. Volo et audire de te quo tandem senatus consulto legatus sis: de gestu intelligo quid respondeas, tua lege dicis. Es ne igitur patriae certissimus parricida: spectaris ne id ut p. c. ex re p. funditus tollerentur, ne hoc quidem senatui relinquebas, quod nemo umquam ademit ut legati ex eius ordinis auctoritate legarentur: adeo ne tibi sordidum consilium p. visum est: adeo afflictus senatus: adeo missa et prostrata res p. ut non nuntios pacis ac belli, non curatores, non interpretes, non bellici consilii auctores, non ministros muneris provincialis senatus more maiorum deligere posset. Eripueras senatui provinciae decernendae potestatem, imperatoris deligendi iudicium, aerarii dispensationem, quae numquam sibi populus romanus appetivit, qui numquam aut summi consilii gubernatione auferre conatus est. Age factum est horum aliquid in aliis ratione, sed tamen factum est, ut populus deligeret imperatorem. Quis legatos umquam audivit sine senatus consulto? Ante te nemo: post continuo fecit idem in duobus prodigiis rei p. P. Clodius, quo etiam maiore es malo mactandus, quod non solum facto tuo, sed etiam exemplo violarasti rem p. neque tantum improbus esse ipse, sed et alios docere voluisti: atque illud et audire a te cupio, quare cum ego legem de ambitu tulerim ex senatus consulto, tulerim salva lege Aelia et Fufia tu eam esse legem non putes. Praesertim cum ego legibus tuis quoque non latis sint, paream: ac si hec omnia contempsis ac despicis, quod ita tibi persuasis ut palam dictitas, te dis hominibusque invitis amore esse incredibili

Dices supplicationes te illas non probasse. Optime: nulle sunt supplicationes. Videsne me nihil de anni illius causa, nihil de eo: quod tibi cum summis viris commune esse videatur. Sed de tuis propriis sceleribus ex te quaerere, nulla supplicatio fuit. Cedo quis umquam coenarit atratus, ita enim illud epulum esse funebre: ut munus sit funeris, epulae quidem ipse dignitatis. Sed omitto epulum p. r. festum diem argento, veste omni apparatu, ornatuque visendo: Quis umquam in luctu domestico, quis in funere familiari coenavit cum toga pulla? cui de balneis exeunti, praeter te toga pulla data est? cum tot hominum milia accumberent, cum ipse epuli dominus Q. Arrius albatus esset: atque in templum Castoris te cum C. Fidulo atrato, ceterisque eius furiis funestum intulistis:
Fausti adolescentis nobilissimi paulo ante ex epulo magnificentissimo famem illam veterem tuam non expiares: quem accumbentem atratum videas cum toga pulla? et eius amicos ante convivium?
Quaero illud etiam ex te, quod pervasisti admisisti: in quo certe iam tibi dicere non licebit, cum clarissimis viris causam tuam esse communem. Postulatusne sis lege Licinia et Iunia: edixeritne Memmius praetor ex ea lege, ut adesses die XXX: cum is dies venisset, feceritne quod in hac re p. non modo factum antea numquam est, sed in omni memoria sit omnino inauditum: appellarisne tribunos plebis: ne causam diceres. Levius dixi: quamquam id ipsum esset et novum et non ferendum. Sed appellarisne nominatim pestem illius anni furiam patriae: tempestatem rei p. Clodium? Qui tamen cum iure, cum more, cum potestate iudicium impedire non posset, rediit ad illam vim et furorem suum, ducemque se militibus tuis praebuit: in quo nequid a me dictum in te potius putes.

quod abs te esset quaesitum: nullum omnis imponas mihi testimonii: quae mihi brevi tempore ex eodem isto loco video esse facienda vel dicenda. Suabo: teque non arguam. Sed ut in ceteris rebus feci: rogabo. Quaero ex te Vatini, numquis in hac civitate post urbem conditam tribunos plebis appellaret, ne causam diceret. Numquis reus in tribunal sui quaesitoris ascenderit: eumque vi deturbarit: subsellia dissiparit: urnas deiecerit. Eas denique omnes res in iudicio deturbando commiserit, quarum causa iudicia sunt constituta. Scisne tum fugisse Memmium: accusatores esse tuos de tuis et tuorum manibus ereptos: iudices quaestionum de proximis tribunalibus esse depulsos: in foro luce inspectante p. r. quaestionem magistratus more maiorum: leges, iudices, reos, poena esse sublatas. Haec omnia scias ne diligentia.

22
In Vatinium testem

quadam Caesaris omnia quae velis consequutum, et quod audieris, et quisnam dixerit Caesarem nuper Aquileiae cum de quibusdam esset mentio facta dixisse C. Alphium praetorem permoleste tulisse quod in homine summam fidem probitatemque cognosset, graviterque etiam se ferre praetorem aliquem esse factum, qui a suis rationibus dissensisset: tum quaesisse quendam de Vatinio, quemadmodum ferret: ipsum respondisse Vatinium in tribunatu gratis nihil fecisse, qui omnia in pecunia posuisset honore animo aequo carere debere. Quod si ipse qui te suae dignitatis augendae causa periculo tuo nullo suo delicto ferri praecipitem est facile passus, te omni honore indignissimum iudicat, sic affines, vicini tribules ita oderunt, ut repulsam tuam triumphum suum duxerint: si nemo aspicit quin ingemiscat, nemo mentionem facit quin exsecretur, si vitant, fugiunt, audire de te nolunt, cum viderint tamquam auspicium malum detestantur, si cognati respuunt, vicini metuunt, affines erubescunt, si Romae denique ab ore improbo demigrarunt, et aliis iam se locis collocarunt, si es odium publicum populi, senatus universorum hominum, quid est quamobrem praeturam potius exoptes quam mortem, praesertim cum popularem te velis esse, neque ulla re populo gratius facere possis, sed ut aliam audiam quam copiose mihi ad interrogata respondeas: concludam iam interrogationem meam teque minus extremo de ipsa causa rogabo. Quaero quae tanta in te varietas, tanta levitas fuerit, ut T. Annium iisdem verbis laudares, quibus eum et laudare boni viri et boni cives consueverunt. Cum in eundem nuper turpissime falsum testimonium dixeris: an erit haec optio et potestas tua, ut cum Clodianas operas et facinorosam hominum manum videris, Milonem dicas gladiatoribus et bestiariis obsedisse rem p. Cum autem ad tales viros veneris, audeas non civem singulari virtute, fide, constantia vituperare. Sed cum T. Annium tantopere laudes etiam clarissimo 113
viro non nullam laudationem tua laberula aspergis: in illorum enim numero mavult T. Annius esse qui a te vituperantur, verum etiam quaero cum in re p. administranda T. Annio cum P. Sestio consiliorum omnium societas fuerit, qui possis eos quos crimine coniungis, testimonio disiungere. Non te arguo constantiam

def.

ille mee diminutio

orationis ac testimonii tui, ne quid tibi auctoritatis a me tributum esse uideatur.

M. T. CICERONIS DE RESPONSIS ARUSPICUM ORATIO incipit.

Hesterno die P. C. cum me et uestra dignitas et frequentia equitum ro. quibus senatus dabatur magnopere mouisset, putaui mihi reprimendam esse P. clodii impudicam impudentiam, cum is publicanorum causam stultissimis interrogationibus impediret P. tulleoni siro nauaret operam atque ei se cui totus uenierat, atque etiam uobis inspectantibus uenditaret. Itaque hominem furentem exultantemque continui simul ac periculum iudicii intendi duobus inceptis uerbis omnem impetum gladiatoris ferociamque compressi. At tamen ignarus ille, qui consules essent exsanguis atque estuans se ex curia repente proripuit cum quibusdam fractis iam atque inanibus minis et cum illius pisoniani temporis gabinianique terroribus. Qui cum egredientem insequi coepissem, cepi equidem fructum maximum, et ex consurrectione omnium uestrum et ex comitatu publicanorum. Sed uecors repente, sine suo uultu, sine colore, sine uoce constitit, deinde respexit et simul atque Cn. lentulum consulem aspexit, concidit in curie pene limine recordatione credo gabinii sui, desiderioque pisonis: cuius ego de effrenato et precipiti furore quid dicam? an potest grauioribus a me uerbis uulnerari quam est statim in facto ipso a grauissimo uiro P. seruilio confectus ac trucidatus? Cuius si iam uim et iracundiam illam singularem ac pene diuinam assequi possem, tamen non dubito quin ea tela, que coniecerit inimicus, quam ea que collega patris emisit, leniora atque hebetiora esse uideantur.

Sed tamen mei facti rationem exponere illis uolo qui hesterno die dolore me elatum et iracundia longius prope digressum arbitrabantur, quam sapientis hominis cogitata ratio postulasset. Nihil feci iratus, nihil impotenti animo, nihil non diu consideratum ac multo ante meditatum. Ego enim P. C. inimicum me semper esse professus sum duobus qui me qui rem p. meam cum defendere deberent seruare possent, cumque ad consulare officium ipsis insignibus illius imperii ad meam salutem non solum auocarent sed etiam precibus uestris uocarentur, primo me reliquerunt, deinde prodiderunt, postremo oppugnarunt, premiisque nefarie factionis funditus una cum re p. oppressum extinctumque uoluerunt. Qui quicquid suo ductu et imperio cruento illo atque funesto supplicia neque a sociorum menibus prohibere, neque hostium urbibus inferre potuerunt, excisionem, inflammationem, euersionem, depopulationem, uastationem, in ea sua cum preda meis omnibus tectis atque agris intulerunt.

Cum his furiis et facibus cum his inquam exitiosis prodigiis ac pene huius imperii pestibus bellum mihi inexpiabile dico esse susceptum, neque id tamen ipsum tantum quantum meus ac meorum, sed tantum quantum uester atque omnium bonorum dolor postulauit. In clodium uero non est hodie meum maius odium quam illo die fuit, cum illum ambustum religiosissimis ignibus cognoui muliebri ornatu ex incesto stupro atque e domo pontificis maximi emissum. Tum inquam tum uidi, ac multo ante prospexi quanta tempestas excitaretur, quanta impenderet procella rei p. uidebam illud scelus tam importunum, audaciam tam immanem adolescentis furentis nobilis uulnerati non posse arceri otii finibus erupturum illud malum aliquando si impunitum fuisset, ad perniciem ciuitatis. Non multum mihi sane post ad odium accessit. Nihil enim contra me fecit odio mei sed odio seueritatis, odio dignitatis, odio rei p. Non me magis uiolauit quam senatum, quam equites ro. quam omnes bonos, quam italiam cunctam. Non denique in me sceleratior fuit quam in ipsos deos inmortales. Etenim illos eo scelere p. uiolauit quo nemo antea. In me fuit eodem animo quo etiam meus familiaris catilina si uicisset fuisset. Itaque eum numquam accusandum esse a me putaui, non plus quam stipitem illum qui quorum hominum esset nesciremus, nisi se ligurem ipse esse diceret. Quid enim persequar hanc pecudem ac beluam, pabulo inimicorum meorum et glande corruptam? Qui si sensit quo se scelere deuinxerit, non dubito quin sit miserrimus: sin autem id non uidet, periculum est ne se stuporis excusatione defendat. Accedit etiam quod expectatione omnium fortissimo et clarissimo uiro T. annio deuota et constituta ista hostia esse uidetur, cui me preripere desponsam iam et destinatam laudem, cum ipse eius opera et dignitatem et salutem reciperarim

ualde et iniqui. Etenim ut P. ille scipio natus mihi uidetur ad interitum,
exitium exitiumque cartaginis, qui illam a multis imperatoribus obsessam, oppugnatam,
labefactatam pene captam aliquando, quasi fatali aduentu solus euertit: sic T.
annius ad illam pestem comprimendam, extinguendam funditus de
lendam natus esse uidetur, et quasi diuino munere donatus rei p.
solus ille cognouit quemadmodum armatum ciuem, qui lapidibus, qui
ferro alios fugaret, alios domi contineret, qui urbem totam, qui curiam
qui forum, qui templum, omnia cede, incendijsque terreret non modo a me
uinci, uerum etiam uinciri oporteret: huic ego et tali, et ita de me ac
de patria merito uiro numquam mea uoluntate praesertim eum, praesertim
reum, cuius ille inimicitias non solum suscepit propter salutem meam,
uerum etiam appetiuit. Sed si etiam nunc illaqueatus iam omnium legum
periculis irretitus odio bonorum omnium, expectatione supplicij iam
non diuturna, non implicatus feretur, tamen hesitans et ire impe
ditus impetum facere conabitur, resistam et aut concedente aut
etiam adiuuante milone, eius conatum refutabo, uelut hesterno
die, cum mihi stanti tacenti minaretur uoce, tamen attigi legum
initium et iudicij consedit ille contionem. dic si dixisset, ut fe
cerat fecissem, ut ei statim tertius a pretore dies diceretur, atque
hec sic moderetur et cogitet si contentus sit his sceleribus que co
misit, iam consecrata miloni, siquod iniecit telum intorsit, statim
in me et arrepturum arma iudiciorum atque legum. atque paulo ante
P. C. contionem habuit que est a me tota delata. cuius contionis
primum uniuersum argumentum, sententiamque audite. cum risissetis
impudentiam hominis, tum a me de tota contione audietis. de reli
gionibus sacris et cerimonijs est contionatus P. C. P. clodius, pul
cher inquam clodius sacra et religiones negligi, uiolari pollui
questus est. Non mirum si hoc uobis ridiculum uidetur. etiam sua
contio risit hominem quo modo ipse gloriari solet diceretis constrictum sena
tus consultis que sunt omnia contra illum pro religionibus facta,
hominemque eum qui puluinaribus bone dee stuprum intulerit, easque sacra
que uiri oculis ne imprudentis quidem aspici fas est, non solum aspectu
uirili, sed flagitio stupro, que uiolarit in contione de religionibus
neglectis conqueri. Itaque nunc proxima contio eius expectatur de

pudicitia. Quid enim interest utrum ab altaribus religiosissimis fugatus
de sacris et religionibus queratur an e suorum cubiculo egressus pudo
rem pudicitiamque defendat. Responsum aruspicum hoc recens de fre
mitu in contione recitauit: in quo cum alijs multis scriptum et illud
est id quod audistis loca sacra et religiosa prophana haberi. in ea causa
esse dixit domum meam a religiosissimo sacerdote P. clodio consecra
tam. Gaudeo mihi de hoc toto ostento quod haud scio an grauissimum
multis his annis huic ordini nuntiatum sit. datam non modo iustam
sed etiam necessariam causam esse dicendi. reperietis enim ex hoc toto prodigio atque
responso nos de istius scelere ac furore, ac de impendentibus pe
riculis maximis prope iam uoce iouis optimi maximi premoneri. Sed primum
expiabo religione edium mearum, si id facere uere ac sine cuiusque
dubitatione potero. Sin scrupulus tenuissimus residere aliquis
uidebitur, non modo patienti sed etiam libenti animo portentis deorum immorta
lium, religionique parebo. Sed que tandem est in hac urbe tanta domus
ab ista suspitione religionis tam uacua atque pura, que nostra domus?
P. C. ceterorum cuiusmodi multo maxima ex parte sunt libere, religione
tamen una mea domus iudicijs omnibus liberata in hac urbe sola
est. Te enim appello lentule, et te philippe ex hoc aruspicum responso
decreuit senatus ut de locis sacris, religiosis, ad hunc ordinem
referretis. potestis ne referre de mea domo? que ut dixi sola in
hac urbe religione omni, omnibus iudicijs liberata est. Quam enim
primum inimicus ipse illa tempestate et nocte rei p. cum cetera
scelera stilo illo impuro Sex. clodius conscripsisset, ne una
quidem littera attigit religionis: deinde eandem domum populus romanus cuius
est summa potestas omnium rerum comitijs centuriatis omnium etatum
ordinumque suffragijs eodem iure esse iussit quo fuisset. Postea
uos P. C. non quo dubia res esset, sed ut huic furie si diutius
in hac urbe quam delere cupit, maneret, uox interdiceretur, decre
uistis ut de mearum edium religione ad pontificum collegium re
ferretur. Que tanta religio est qua non in nostris dubitationibus
atque in maximis superstitionibus unius P. seruilij ac M. luculli
responso ac uerbo liberemur: de sacris publicis, de ludis maximis
de deorum penatium uesteque matris cerimonijs, de illo ipso sacrificio

9/.

satis sanctum, satis augustum, satis religiosum esse visum est. At vero meam domum P. Lentulus

quod fit pro salute po. ro. Quod post romam conditam huius unius casti tu-
toris religionum scelere violatum est, quod tres pontifices statuissent, id
p. populo ro. semper senatui, semper ipsis diis immortalibus, consul et pon-
tifex. P. Servilius. M. Lucullus. Q. Metellus. M'. Glabrio. M. Messala. L.
Lentulus flamen martialis. P. Galba. Scipio. C. Fannius. M. Lepidus.
L. Claudius rex sacrorum. M. Scaurus. M. Crassus. C. Curio. Sex. Cesar
flamen quirinalis. Q. Cornelius. P. Albinovanus. Q. Terentius
pontifices minores causa cognita duobus locis dicta maxima frequen-
tia amplissimorum ac sapientissimorum civium adstante, omnem religionem una
mente omnes liberaverunt. Nego umquam post sacra constituta, quorum
eadem est antiquitas, que ipsius urbis, ulla de re, neque de capite quidem
virginum vestalium tam frequens collegium iudicasse. quamquam ad facinoris
disquisitionem interest adesse quam plurimos: ita est enim interpretatio illa
pontificum ut iidem potestatem habeant iudicum. religionis explanatio ab
uno pontifice perito recte fieri potest, quod idem in iudicio capitis durum
atque iniquum est: tamen sic reperietis frequentiores pontifices de mea
domo, quam umquam de cerimoniis virginum iudicasse. Postero die
frequentissimus senatus te consule designato Lentule sententie principe
P. Lentulo et Q. Metello consulibus referentibus statuit cum omnes
pontifices qui erant huius ordinis adessent: cumque alii qui honoribus
po. ro. antecedebant, multa de collegii iudicio verba fecissent, omnesque
idem verba scribendo adessent, domum meam iudicio pontificum religione
liberatam videri. De hoc igitur loco sacro potissimum videntur aruspi-
ces dicere, qui locus solus ex privatis locis omnibus hoc precipue
ius habet, ut ab ipsis qui sacris presunt, sacer non esse iudicatus
sit. Verum referte quod ex senatus consulto facere debetis, aut nobis
cognitio dabitur, qui primi de hac domo sententiam diximus, et eam re-
ligione omni liberavimus, aut senatus ipse iudicabit, qui uno illo solo
antistite sacrorum dissentiente frequentissimus antea iudicavit,
aut id quod certe fiet, ad pontifices reiicietur, quorum auctoritati fidei
prudentie, maiores nostri sacra religionesque et privatas et publicas
commendarunt. Quid igitur ii possunt aliud iudicare ac iudicaverunt.
Multe sunt domus in hac urbe. p. c. atque haud scio an pene cuncte
iure optimo, sed tamen iure privato, iure hereditario, iure auctoritatis

iure mancipii, iure nexi. Nego ullam esse domum aliam privato eodem quo
optima lege, publico vero omni precipuo et humano et divino iure munitam. Que
primum edificatur ex auctoritate senatus pecunia publica. deinde contra vim nepha-
riam huius gladiatoris tot senatus consultis munita atque septa est.
Primum negotium isdem magistratibus est datum anno superiore, ut curarent
ut sine vi edificare mihi liceret, quibus in maximis periculis universa
res p. commendari solet. Deinde cum ille saxis et ignibus et ferro va-
stitatem meis sedibus intulisset, decrevit senatus eos qui id fe-
cissent lege de vi que est in eos qui universam rem p. oppugnassent,
teneri: vobis referentibus o post hominum memoriam fortissimi
atque optimi consules, decrevit idem senatus frequentissimus qui meam
domum violasset contra rem p. esse facturum. Nego ullo de opere publico
de monumento, de templo tot senatus extare consulta quot de mea
domo, quam senatus unam post hanc urbem constitutam ex erario edi-
ficandam, a pontificibus liberandam, a magistratibus defendendam
ab iudicibus puniendam putaret. P. Valerio pro maximis in rem p.
beneficiis, data domus est in Velia publice. at mihi in palatio restituta. Illi lo-
cus, at mihi etiam parietes atque tectum, illi quam ipse privato iure tueretur,
mihi quam publice magistratus omnes defenderent. Que quidem ego si
aut per me aut ab aliis haberem, non predicarem apud vos, ne nimis
gloriari viderer. Sed cum sint mihi data a vobis, cum ea attemptentur
eius lingua cuius ante manu eversa vos mihi et liberis meis
manibus vestris reddidistis, non ego de meis, sed de factis vestris
loquor, nec vereor ne hec mea vestrorum beneficiorum predicatio non grata
potius quam arrogans videatur. Sed quoniam mea causa expedita est, videa-
mus nunc quid aruspices dicant. Ego enim fateor me et magni-
tudine ostenti, et gravitate responsi et una atque constanti voce
aruspicum esse permotum, quamquam si me tantis laboribus perfunctum hoc offerret
foret aliis ad gloriam in reputandis maledictis improborum hominum
animi quidam dolor quis non ignosceret. Vidi enim hesterno die quendam
murmurantem, qui aiebant negare ferre me posse quia cum ab
hoc eodem impurissimo parricida rogarer, cuius essem civitatis
respondi me probantibus vobis et equitibus ro. eius esse que carere
me non potuisset: ille ut opinor ingemuit. Quid igitur responderem.

Quero ex eo ipso qui me ferre non potest, me cive esse r. literate rudisset an
tacuissem, desertum negotium. Potest quisque uir in rebus magnis cum inuidia
uersatus satis grauiter in inimici contumelia sine sua laude respondere:
at ipse non modo non responderet, quidquid potest cum est lacessitus, sed etiam gau-
det se ab inimicis quid respondeat admoneri. Neque is sum qui sim
forte uideor plusque ceteri qui et atque ego sunt occupati uersari in
studio literarum his delecter, aut utar oratione literis que nostros animos deterreret
atque aduocant a religione. Ego uero primum habeo auctores ac magistros
religionum colendarum maiores nostros, quorum mihi fuisse tanta sapientia
uidetur, ut satis superque prudentes sint, qui illorum prudentiam non
dicam assequi, sed quanta fuerit perspicere possint. Qui statas sollemnes-
que cerimonias pontificatu rerum bene gerendarum auctoritates augurio
fatorum ueteres predictiones apollinis uatum libris portentorum ex-
planationes etruscorum disciplina contineri putauerunt, que quidem
tanta est, ut nostra memoria primum italici belli funesta principia
post syllani cynnanique temporis extremum pene discrimen, tum hac re-
centem urbis inflammande delendique imperij coniurationem non ob-
scure nobis paulo ante predixerint. Deinde etiam multa cognoui homines doctis-
simos sapientesque dixisse, et scripta deorum immortalium numine reliquisse.
que quamquam diuinitus perscripta uideo: tamen eiusmodi sunt, ut ea maiores
nostri docuisse illos, non ab illis didicisse uideantur. Etenim quis est tam
uecors, qui aut cum suspexerit in celum deos esse non sentiat, et ea que
tanta mente fiunt, ut uix quisquam arte ulla ordinem rerum ac necessi-
tudinem persequi possit, casu fieri putet: aut cum deos esse intellexerit
non intelligat eorum numine hoc tantum imperium esse natum et auctum
et retentum quam uolumus. P.C. licet ipsi nos amemus, tamen nec numero
hispanos, nec robore gallos, nec calliditate penos, nec artibus gre-
cos, nec denique hoc ipso huius gentis ac terre domestico natiuoque
sensu italos ipsos ac latinos, sed pietate et religione atque hac una
sapientia quod deorum immortalium numine omnia regi, gubernarique perspeximus
omnes gentes, nationesque superauimus. Quapropter ne plura de re minime
loquar dubia: adhibete animos et mentes uestras, non solum aures ad aru-
spicum uocem admonentem, quod in agro latiniensi auditus est strepitus
cum fremitu. Mitto aruspices, mitto illam ueterem ab ipsis dijs immortalibus

ut hominum fama est etrurie traditam disciplinam, nos non ne aruspices
esse possumus? Exauditus est in agro propinquo et suburbano strepitus
cum fremitu quidam reconditus et horribilis fremitus armorum. Quis est
ex gigantibus illis, quos poete ferunt, bellum dijs immortalibus intulisse
tam impius, qui hoc tam nouo, tantoque motu, non magnum aliquid deos
populo romano premonstrare et precinere fateatur? De ea re scriptum est, postula-
tiones esse ioui, saturno, neptuno, telluri, dijs celestibus. Audio quibus
dijs uiolatis expiatio debeatur, sed hominum ob que delicta quero ludos
minus diligenter factos, pollutosque. Quos ludos? Te appello lentule
tui sacerdotij sunt tense curricula precentio ludi libationes epulesque
ludorum. P.C. uosque pontifices ad quos epulones iouis optimi maximi
siquid est pretermissum aut commissum afferunt, quorum de sententia illa
eadem renouata atque instaurata celebrantur. Qui sunt ludi minus
diligenter facti, quando aut quo scelere polluti? Respondebis pro te, pro
collegis tuis et pro pontificum collegio nihil cuiusquam aut negligentia contemp-
tum, aut scelere esse pollutum, omnia solemnia ac iusta ludorum omnibus
rebus obseruatis summa cum cerimonia esse seruata. Quos igitur aruspices
ludos minus diligenter factos pollutosque esse dicunt? eos quorum ipsi
dij immortales atque illa mater dea te te Cn. lentule, cuius ab auo
manibus esset accepta spectatorem esse uoluit. Quod ni tu illo die
megalesia spectare uoluisses haud scio an uiuere nobis atque his
de rebus iam queri liceret. Vis enim innumerabilis incitata ex omnibus
uicis collecta seruorum ab hoc edili religioso repente fornicibus, ho-
stijsque omnibus in scenam signo dato immissa irrupit. Tua tum tua
Cn. lentule eadem uirtus fuit, que in priuato quondam tuo proauo.
Te nomen, imperium, uocem, aspectum, impetum tuum stans senatus equesque
ro. et omnes boni assequebantur, cum ille seruorum et ludentium multi-
tudini senatum populumque ro. uinctum ipso consessu et constrictum in spectacu-
lis atque impeditum turba et angustijs traderet. At si ludius con-
stitit, aut tibicen repente conticuit, aut puer ille patrimus et matri-
mus, si terram non tenuit aut tensam aut si lorum omisit, aut si edilis uerbo
aut si simpulo aberrauit, ludi sunt non rite facti, eaque errata expiantur,
et mentes deorum immortalium ludorum instauratione placantur. Si
ludi ab letitia ad metum traducti sunt, si non intermissi aut perempti

[atque] aut sublati sunt, si civitati universe scelere eius qui ludos ad
luctum conferre voluit. Extiterunt dies illi profesti pene funesti. Dubita
bimus quos ille [tu / quos ille] fremitus nuntiet ludos esse pollutos: ac si volumus
ea que de quoque deo nobis tradita sunt, recordari hanc matrem ma
gnam, cuius ludi violati polluti pene ad cedem et ad funus civitatis
conversi sunt. Hanc inquam accepimus agros et nemora cum quodam
strepitu, fremituque peragrare. Hec igitur vobis. hec populo romano et scelerum indicia
ostendit, et periculorum signa patefecit. Nam quid ego de illis ludis loquar
quos in palatio nostri maiores ante templum in ipso matris magne
conspectu megalensibus fieri, celebrarique voluerunt. Qui sunt
more institutisque maxime casti solemnes religiosi. quibus ludis
primum ante populum [populi] consessu senatus locum P. Affricanus iterum consul
ille maior dedit ut eos ludos hec [hec] lues [impura] pollueret. Quo si quis liber
aut [spectandi] conspecta nisi aut et religionis causa accesserat, manus afferebantur
quo matrona nulla adiit propter vim consessumque servorum: ita ludos eos, quorum
religio tanta est, ut ex ultimis terris accersita in hac urbe consederit
qui uni ludi ne verbo quidem appellantur latino ut vocabulo ipso et appe
tita religio externa, et matris magne nomine suscepta declaretur, hos
ludos servi fecerunt, servi spectaverunt, tota denique hoc aedile servorum
megalesia fuerunt. Proh dii immortales qui magis nobiscum loqui
possetis, si essetis versareminique nobiscum. Ludos esse pollutos
significatis ac plane dicitis. Quid magis inquinatum, deformatum,
perversum, conturbatum dici potest quam omne servitium permissum magistratus
liberatum in alteram scenam immissum alteri propositum, ut alter consessus
potestati servorum obiiceretur, alter servorum totus esset. Si examen apium [repente] ludis
in scenam venisset, aruspices acciendos ex etruria putaremus. Vide
mus universi repente examina tanta servorum immissa in populum romanum septum
atque inclusum atque non commovemur. Atque in apium fortasse exa
mine nos ex etruscorum scriptis aruspices ut a servitio caveremus ad
monerent. Quod igitur ex aliquo disiuncto diversoque monstro signifi
catum caveremus, id cum ipsum sibi monstrum est, et cum eo in ipso periculum
est, ex quo periculum portenditur non pertimescemus. Istius modi megale
sia fecit pater tuus: istius modi patruus: is mihi etiam generis sui mentionem
facit, cum Athenionis aut Spartaci exemplo ludos facere maluit quam C. aut
[Spartaci]

appii claudiorum. Illi cum ludos facerent servos de cavea exire iubebant:
tu in alteram servos immisisti, ex altera liberos eiecisti. Itaque qui antea
voce preconis [comi.] a liberis semovebantur tuis ludis, non voce sed manu
liberos a se segregabant. Ne hec quidem tibi in mentem veniebat Sybil
lino sacerdoti hec sacra maiores nostros ex istis libris expetisse, si illi
sunt vestri, quos tu impia mente conquiris, violatis oculis legis
contaminatis manibus attrectas: hac igitur vate suadente quondam
defessa italia punico bello, atque hanibale vexata sacra ista maiores
nostri ascita ex phrigia rome collocaverunt: que vir is accepit, qui
est optimus a populo romano iudicatus P. Scipio: femina autem que matronarum
castissima putabatur Quinta Claudia: cuius priscam illam severita
tem sacrificii tua soror mirifice estimatur imitata. Nihil te igitur
neque curulis edilitas, que maxime hanc tueri religionem solet: permo
vit quominus castissimos ludos omni flagitio pollueres, dedecore
maculares, scelere obligares. Sed quid ego id admiror. qui accepta
pecunia pessinuntem ipsum sedem, domiciliumque matris deorum vastaris et
brogitario gallogreco impuro homini ac nephario totum illum, pessinuntem
locum, fanumque vendideris: sacerdotem ab ipsis aris, pulvinaribusque detraxeris
omnia illa que vetustas, que perse, que syri, que reges omnes, qui europam
asiamque tenuerunt, semper summa religione coluerunt, perverteris:
que denique nostri maiores tam sancta duxerunt, ut cum refertam urbem
atque italiam fanorum haberemus: tamen nostri imperatores, maximis et pericu
losissimis bellis, huic dee vota facerent, eaque in ipso pessinunte
ad illam ipsam principem aram, et in illo loco, fanoque persolverent. Quod
cum deiotarus religione sua castissime tueretur: quem unum habemus
in orbe terrarum fidelissimum huic imperio atque amantissimum nostri
nominis: brogitario ut ante dixi addictum pecunia tradidisti: atque hunc tamen
deiotarum, sepe a senatu regali nomine dignum existimatum, clarissi
morum imperatorum testimoniis ornatum, tu et regem appellari cum bro
gitario iubes. Sed alter est rex iudicio senatus per nos, pecunia
brogitarius per te appellatus: alterum putabo regem si habuerit unde tibi
solvat, quod ei per syngrapham credidisti. Nam cum multa regia sunt in
deiotaro, tum illa maxime quod tibi nullum [nummum] munus dedit, quod eam
partem legis tuae que congruebat cum iudicio senatus ut ipse rex

[margin:] neque maiores tui coniuncti cum his religionibus: neque sacerdotium ipsum: quo est hec tota religio constituta.

ere, nō repudiauit, q pessimi hostem p scelus ate uiolatū et sacerdote
sacris q spoliatū reciperauit, ut in pristina religione seruaret, q ce
rimonias ab omni uetustate acceptas a Brogitaro pollui non siuit
maluitq; generū suū munere tuo q illud fanū antiquitate reli
gionis carere. Sed ut ad h aruspicū responsa redeam ex quibus
ē primū de ludis, quis est, qui id nō totū istius ludis predictum
et responsum ee fateat? Sequitur de locis sacris religiosis: ō impudentiā
miram, de mea domo dicere audes: committe uel consulib ut senatui
uel collegio pontificū tuā. At mea quidē his tribus omnibus iudicijs
ut dixi antea libera est. At in his edibus quas tu M. quintio fero eqte
ro. uiro optimo p te apertissime intfcto tenes sacellū dico fuisse aras
tabulas hoc censores multoꝝ memoria confirmabo ac docebo: agatur mō
hec res q ex eo senatus. c. qd nuper est factum referri ad uos necesse
ē. h eo que de locis religiosis uelim dicere. tu de domo tua dixero in
qua tam ita est inedificatū sacellū, ut alius fecerit, tibi tantū mō
sit demoliendū: tu uidebo nū mihi necesse sit de alijs etiā aliquid
dicere: putant n. nonnulli ad me ptinere armamentariū telluris
aperire. Nuper id patuisse dicunt: et ego nō recordor, nō scitissima
parte ac sede maxime religionis priuato dicunt uestibulo contine
ri. Multa me mouent q edes telluris est curationis mee, q is
qui illud armamentariū sustulit meā domū pontificū iudicio libe
ratam sm fratrem suū iudicatā ee dicebat. Mouet me etiam
in hac caritate annone, sterilitate agroꝝ, inopia frugū religio
telluris, et eo magis q eodem ostento telluri postulatio deberi
dicitur. Uetera fortasse loquimur: qq hoc si minus ciuili iure
pscriptū est, lege tamen nature coi iure gentiū sancitū est, ut nihil
mortales a dijs imortalibus usu capere possint. Uetera tamen antiqua
negligimus, etiam ne ea neglegemus que fiunt, maximeq uidemus.
L. pisonem quis nescit his temporib ipsis maximum et sanctissimum
diane sacellū in celiculo sustulisse. adsunt uicini eius loci
multi sunt et in hoc ordine qui sacrificia gentilicia illo ipso in
sacello statuto loco anniuersaria factitarint. et qd primū dij imor
tales que loca desiderant, quid significent, de quo loquantur.
A sex. serrano sanctissima sacella suffosso incensa inedificata oppressa summa

deniq turpitudine ee fedata nescimus. tu meā domū religiosam
facere potuisti. et qua mente, quā amiseramus: qua manu: qua di
sturbaras. qua uoce, qua incendi iusseras. qua lege, qua ne in illa
quidē impunitate tua scripseras. quo puluinari. quod stupraras, quo
simulachro. qd ereptū ex meretricis sepulchro in patris imperatoris monimen
to collocaras. Quid habet mea domus religiosi, nisi quod impuri
et sacrilegi parietem tangit. Itaq ne quis meorum imprudens intro
spicere possit tuā domū a te sacra illa tua facientem uidere: tollā
altius tectū, nō ut ego te despiciā, sed tu ne aspicias urbē eā quā
delere uoluisti. Sed iam aruspicū reliqua responsa uideamus.
Oratores contra ius, fasq interfectos. Quid est hoc. de alexandrinis
ee uideo sermonē, quē ego non refuto: sic n. sentio ius legatorum
cū hominum presidio munitū sit, tū etiā diuino iure ee uallatum.
Sed quero ab illo qui omnis indices tribunos e carcere in forum
effudit: cuius arbitrio sicę omnes nūc atq omnia uenena tractant:
qui cū hermarcho chio syngraphas fecit, et quis sciat unū acer
rimū aduersariū hermarchi theodosium legatū ad senatū a ci
uitate libera missum sica percussum, qd non minus q de alexan
drinis indignū dijs imortalibus ee uisum certe scio, nec confero
nūc in te unū omnia, spes maior esset salutis, si preter te nemo
ee impurus. Plures sunt h et tu eo magis confidis et nos prope
iure diffidimus. Quis platonem ex orestide, que pars macedo Plato
nie libera est: hoīem in illis locis clarū ac nobilē legatū thessalo
nicam ad nostrum ut se ipse appellauit imperatorem uenisse nescit.
quē ille pp pecuniam quā ab eo extorquere nō poterat, in uinculo
coniecit, et medicū intromisit suū, qui legato socio amico libero
fedissime et crudelissime uenas inciderit. Secures suas cruen
tari scelere noluit: nomē quidē ppli. ro. tanto scelere contami
nauit, ut id nulla re posset, nisi ipsius supplicio expiari. quales
hunc carnifices putamus hre, qui et medicis suis nō ad salu
te, sed ad necē utatur. Sed recitemus qd sequatur. Fidē iusiu
randūq neglectū. h quid sit p se ipm nō facile interpretor
sed ex eo qd sequitur suspicor de tuoꝝ iudicū manifesto periurio
dici, quibus olim erepti essent nummi nisi a senatu presidiuq.

postulassent. Quare aut dici suspicer hec causa est, quod sic statuo, et illud
in hac civitate esse maxime illustre atque insigne periurium et te ipsum tum periurii
periurium impune abstulisti quibus tu coniurasti non vocari? Et video in haru-
spicum responsum hec esse subiuncta sacrificia, vetusta, occultaque minus
diligenter facta pollutaque aruspices hec loquuntur: ante preterea?
dii. Multi enim sunt credo in quos huius maleficii suspicio cadit.
Quis preter hunc unum? obscure dicitur que sacra polluta sint. Quid
planius, quid gravius, quid religiosius dici potest? vetusta occultaque
nego ulla verba Lentuli gravis oratoris ac diserti saepius cum te
accusaret usurpasse quam hec que nunc ex etruscis libris in te
conversa atque interpretata dicuntur. Etenim quod sacrificium tam vetus
quam hoc quod a regibus equale huius urbis accepimus? Quid aut tam
occultum quam id quod non solum curiosos oculos excludit, sed etiam erran-
tes, quo non modo improbitas, sed ne imprudentia quidem possit
intrare? Quod quidem sacrificium nemo nisi P. Clodius omni memo-
ria violavit, nemo umquam adiit, nemo neglexit, nemo vir as-
picere non horruit. Quod fit per virgines vestales, fit pro populo romano, fit
in ea domo que est in imperio, fit incredibili cerimonia, fit ei
dee cuius ne nomen quidem viros scire fas est, quam iste idcirco bo-
nam dicit, quod in tanto sibi scelere ignoverit. Non ignovit mihi
credes, non: nisi forte tibi esse ignotum putes, quod te iudices emiserunt ex-
hastum et exhaustum suo iudicio absolutum omnium condemnatum
aut quod oculos, ut opinio illius religionis est, non perdidisti. Quis enim ante te qui sacra illa
vir sciens viderit, ut quisquam penam que sequeretur, id scelus scire
posset? An tibi luminis obesset cecitas plus quam libidinis: ne illud
quidem sentis continentis illos oculos avi tui magis optandos fuisse quam
hos flagrantis sororis. Tibi vero si diligenter attendes, intelliges
hominum penas deesse adhuc non deorum, homines te in re foedissima de-
fenderunt, homines turpissimum nocentissimumque laudarunt, homines quod
prope iudicio liberaverunt, hominibus iniuria tui stupri illata in ipsos
dolori non fuit: homines tibi arma alii in me alii post in illum invictum
civem dederunt: hominum beneficia prorsus concedo tibi: at maiora non
esse querenda a diis quidem immortalibus. Que potest homini maior esse
pena furore atque dementia: nisi forte in tragediis quos vulnere

ut opinio illius religionis est

quod pecunia ...

atque dolore corporis cruciari et consumi vides graviores deorum immor-
talium poenas iras subire quam quos illos qui furentis inducuntur putes. Non sunt
illi eiulatus et gemitus Philoctete tam miseri, quam sunt acerbi quam illa
exultatio Athamantis, et quam senium matricidarum. Tu cum furiales in
contionibus voces mittis, cum domos civium evertis, cum lapidibus opti-
mos viros foro pellis, cum ardentis faces in vicinorum tecta iactas,
cum edes sacras inflammas, cum servos concitas, cum sacra ludosque con-
turbas, cum uxorem sororemque non discernis, cum quod ineas cubile non
sentis, tum bacchari, tum furis, tum das eas penas que sole sunt
hominum sceleri a diis immortalibus constitute. Nam corporis quidem
nostri infirmitas, multos subit casus per se. Denique ipsum corpus tem-
uissima saepe de causa conficitur, deorum tela impiorum mentibus infi-
guntur. Quare miserior es cum in omnem fraudem raperis oculos
quam si oculos non haberes. Sed quoniam de his omnibus que aruspices ob-
missa esse dicunt satis est dictum: videamus quid idem aruspices
a diis immortalibus dicant moneri. Monent ne per optimatum discordiam
dissensionemque patribus principibusque caedes, periculaque creentur, auxilioque
diminuti deficiant. Quare ad unius imperium provincie pecunie redeant exer-
citusque pulsus, diminutioque accedat. Aruspicum verba sunt hec
omnia, nihil addo de meo. Quis igitur hanc optimatum discordiam molitur?
idem est iste, nec ulla vi ingenii aut consilii sui, sed quodam errore
nostro, que quidem ille quia obscurus non erat, facile perspexit. Hoc enim
etiam turpius affligitur res publica quod ne ab eo quidem vexatur, ut tamquam
fortis in pugna vir, acceptis a forti adversario vulneribus ad-
versis honeste cedere videatur. Tiberius Gracchus convellit statum
civitatis, qua gravitate vir, qua eloquentia, qua dignitate: nihil
ut a patris avique Africani praestabili insignique virtute praeterquam quod
a senatu desciverat, deflexisset. Secutus est C. Gracchus quo ingenio
quanta vi, quanta gravitate dicendi: ut dolerent boni non illa
tanta ornamenta ad meliorem mentem voluntatemque esse conversa.
Ipse L. Saturninus ita fuit effrenatus et pene demens, ut auc-
tor esset egregius, et ad animos imperitorum excitandos, inflammandosque
perfectus. Nam quid ego de P. Sulpicio loquar? cuius tanta in
dicendo gravitas, tanta iocunditas, tanta brevitas fuit ut posset

uelut prudentes errarent, uel ut boni minus bene sentirent perficere di-
cendo. Cum his conflictari, et pro salute patrie quotidie dimicaret, erat omnino illis
qui tum rem p. gubernabant molestum, sed habebat ea molestia quandam
tamen dignitatem: hic uero de quo ego ipse tam multa dico nunc. Proh
dii immortales quid est? quid ualet? quid affert? ut tanta ciuitas si ca-
det, quam dii omen obruant, a uiro tam tali confecta uideatur, qui post
patris mortem primam illam etatulam suam ad scurrarum locupletium
libidines detulit: quorum intemperantia expleta in domesticis est ger-
manitatis stupris uolutatus. Deinde iam robustus prouincie se
ac rei militari dedit, atque ibi piratarum contumelias perpessus etiam
cilicum libidines barbarorumque satiauit. Post exercitu L. luculli
sollicitato per nephandum scelus fugit illinc: romeque recenti ad-
uentu suo cum propinquis suis decidit, ne reos faceret, a catili-
na pecuniam accepit ut turpissime preuaricaret. Inde cum murena se
in galliam contulit, in qua prouincia mortuorum testamenta con-
scripsit, pupillos necauit, nepharias cum multis scelerum pactiones
societatesque conflauit, inde ut rediit, questuram illam maxime fecundam
uberemque campestrem totam ad se ita ea tempestate redegit, ut homo popula-
ris, fraudaret improbissime populum, idemque uir clemens diuisores
omnium tribuum domi ipse sue crudelissima morte mactaret.

Exorta est illa rei p. sacris religionibus, auctoritati uestre, iudiciis pu-
blicis funesta questura, in qua idem iste deos hominesque pudorem,
pudicitiam, senatus auctoritatem, ius, fas, leges, iudicia uiolauit, atque
hic ei gradus. O misera tempora stultasque nostras miserias, discordiasque
P. clodio gradus ad rem p. hic primus est aditus ad popularem
iactationem atque ascensus. Nam T. graccho inuidia numantini
federis, cui feriendo questor. C. mancini consulis cum esset, inter-
fuerat ei et in eo federe improbando senatus seueritas timori
et dolori fuit. Itaque res illum fortem et clarum uirum a grauitate
patrum desciscere coegit. C. autem gracchum mors fraterna, pietas, dolor,
magnitudo animi ad expetendas domestici sanguinis penas exci-
tauit. Saturninum quod in annone caritate questorem a sua fru-
mentaria procuratione senatus amouit, eique rei M. scaurum
prefecit, scimus dolore factum esse popularem. Sulpicium ab optimo

causa profectum. C. quoque curio consulatum contra leges petenti resiste-
rem, longius quam uoluit popularis aura prouexit. Fuit in his omnibus ca
etsi non iusta, nulla enim potest cuiquam male de re p. merenti iusta esse causa, gra-
uis tamen et cum aliquo animi et uiris dolore coniuncta. P. clodius a croco-
ta a mitra a muliebribus soleis, purpureisque fasceolis a strophio a psal-
terio, flagitio, stupro est factus repente popularis, nisi eum mulieres
exornatum ita deprehendissent, nisi ex eo loco, quo eum adire fas non fue-
rat, ancillarum beneficio emissus esset popularis homo populus ro. res p.
ciue tali careret, hanc ob amentiam in discordiis nostris, de quibus
ipsis his prodigiis recentibus a diis immortalibus admonemur, arrep-
tus est unus ex patriciis, cui tr. pl. fieri non liceret, quem anno frater
metellus et concors etiam tum senatus principe Cn. pom. sententiam di-
centi exclusisset, acerrimeque una uoce ac mente restiterat.
id post dissidium optimatum de quo ipso nunc monemur, ita perturbata itaque commutata
est, ut quod frater consul ne fieret, obstiterat, quod affinis et sodalis
clarissimus uir, qui illum reum non laudarat, excluserat, id is consul
efficeret in discordiis principum qui illi unus inimicissimus esse debu-
erat, eo fecisse auctore, se diceret: cuius auctoris neminem possit pe-
nitere. Iniecta est fax feda ac luctuosa rei p. petita est auctoritas
uestra, grauitas amplissimorum ordinum, consensio bonorum omnium,
totus denique ciuitatis status. Hec enim certe petebantur cum in me
cognitorem omnium harum rerum illa flamma illorum temporum coniciebatur.

Excepi, et pro patria solus exarsi, sic tamen ut uos isdem ignibus
circumsepti me primum ictum pro uobis et fumantem uideretis, non
sedabantur discordie, sed etiam crescebat in nos odium a quibus defen-
di putabamus. Ecce isdem auctoribus pompeio principe qui
cupientem italiam, populum ro. desiderantem flagrantes nos non auc-
toritate sua solum, sed etiam precibus ad meam salutem excitauit
restituti sumus, sit discordiarum finis aliquando, diuturnis dissensio-
nibus quiescamus. Non sinit eadem ista labes, eas facit contio-
nes, ea miscet, ac turbat, ut modo uendat illos, nec tamen ita ut se quisquis
si ab isto laudatus sit, laudatorem reputet, sed ut eos quos non amet
ab eodem gaudeant uituperari. Atque ego hunc non miror, quid enim quemquam
clarum hominem atque optime de re p. meritum impurissimi nomine hominis

Quid est faciat. At illos homines sapientissimos
grauissimosque miror. Primum

violari facile patiuntur. Deum si existimarent perditi homines profligatique maledictis
posse id quod minime conducit ipsis, cuiusque gloriam dignitatemque violari.
Postremo quod non sentiunt, id quod tamen mihi iam suspicari videntur, illius
furentis ac violatoris consulis impetus in se ipsos posse converti, atque ex hac
nimia nonnullorum alienatione, et quibusdam herentia tela in re p.
que quamdiu herebant in uno me, graviter equidem, sed aliquanto levius
ferebam. An iste nisi primo se dedisset iis, quorum animos iniuria auctoritas
seiunctos esse arbitrabamur, nisi eos in celum suis laudibus praeclarus
auctor extolleret: nisi exercitum C. Cesaris in quo fallebat, sed eum
nemo redarguebat, nisi eum vinque exercitum signis infestis in curiam
se inmissurum minitaretur, nisi Cn. Pompeio adiutore, M. Crasso
auctore, que faciebat facere clamaret, nisi consules causam coniun
xisse secum in quo uno non mentiebatur confirmaret tam crudelis
mei, tam sceleratus rei p. vexator esse non potuisset. Idem postea quam
respirare vos a metu cedis, emergere autem vestram a fluctibus
illius servitutis reminiscere, memoriam ac desiderium mei vidit
nobis se cepit subito fallacissime venditare. Tum leges Iulias
contra auspicia latas et hic et in contionibus dicere, in quibus
legibus inerat curiata illa lex, que totum eius tribunatum contine
bat, quam cecus amentia non videbat. Producebat fortissimum
virum M. Bibulum: querebat ex eo C. Cesare leges ferente de celo
semper ne servasset, semper se ille servasse dicebat. Augures interro
gabat, que ita late essent recte ne late essent. Illi vitio latas esse dice
bant. Ferebant in oculis hominem quidam boni viri et de me optime
meriti: sed illius, ut ego arbitror, furoris ignari, longius proces
sit in ipsum. Cn. Pompeium auctorem ut predicare est solitus, con
siliorum suorum invehi cepit: inibat gratiam a nonnullis. Tum vero elatus
se posse, quoniam togatum domestici belli extinctorem nephario scelere
fedasset, illum etiam externorum bellorum hostiumque victorem affligere.
Tum est illa in templo Castoris scelerata, et pene deletrix huius
imperii sica deprehensa: tum ille cui nulla hostium diutius urbs unquam
fuit clausa, qui omnes angustias, omnes altitudines murorum obiectas telis
semper vi ac virtute perfregit: obsessus ipse est domi, meque
nonnulla imperitorum vituperatione timiditatis mee consilio et facto suo

liberavit. Nam si Cn. Pom. viro omnium fortissimo quicumque nati sunt
miserrimum magis fuit quam turpe, quamdiu ille tr. pl. fuit, lucem non aspi
cere, carere publico, minas eius perferre, cum in contionibus diceret, velle
se in Carinis edificare alteram porticum, que palatio responderet,
certe mihi exire domo mea ad privatum dolorem fuit luctuosum, ad
rei p. rationem gloriosum. Videtis igitur hominem per se ipsum iampridem afflictum
ac iacentem perniciosis optimatum discordiis excitari: cuius ini
tia furoribus, dissensionibus eorum qui tum a vobis seiuncti
videbantur, sustentata sunt reliqua, iam precipitantis tribuna
tus et post tribunatum obtrectatores eorum atque adversarii def
enderunt, ne a re p. rei p. pestis removeretur. Restiterunt
et ne meam causam diceret, et ne privatus esset, et ne in senatu
atque in deliciis quidam optimi viri viperam illam venenatam ac
pestiferam habere potuerunt, quo tandem decepti munere. Volo
inquiunt esse qui in contione detrahat de Pompeio. Detrahat ille vitu
perando? velim, sic hoc vir summus atque de mea salute optime
meritus accipiat ut animo dicam certe quod sentio. Mihi me
dius fidius, tum de illius amplissima dignitate detrahere tum
illum maximis laudibus efferre videbatur. Utrum tandem C. Marius
splendidior tum cum eum C. Glaucia laudabat, an cum eundem iratus po
stea vituperabat? An ille demens et iam pridem ad penam exitiumque pre
ceps foedior atque inquinatior in Cn. Pom. accusando quam universo
senatu vituperando fuit: quod quidem miror cum alterum gratum sit
iratis, alterum esse tam bonis civibus non acerbum. Sed ne diutius
optimos viros delectet, legant hanc eius contionem de qua loquor
in qua Pompeium ornat. An potius deformat? certe laudat
et unum esse in hac civitate dignum huius imperii dicit et significat
se illi amicissimum esse et reconciliationem esse gratie factam. Quod
ego quamquam quid sit nescio, tamen hoc statuo hunc si amicus esset Pom
peio laudaturum illum non fuisse. Quid enim si illi inimicissimus
esset amplius ad eius laudem minuendam facere potuisset?
Videant hi qui illum Cn. Pompeio inimicum esse gaudebant, ob eamque
causam in tot tantisque sceleribus conivebant, et nonnunquam eius
indomitos atque effrenatos furores plausu etiam suo comprobabant, quam

se cito inverterit. Nunc n. iam laudat illum: in eos invehitur, quibus se
ante venditabat. Quid existimatis eum si reditus ei gratiae patuerit
esse facturum, qui tam libenter in opinionem gratiae irrepserit? quas ego alias
optimatium discordias a diis immortalibus definiri putem. Nam hoc quidem
verbo neque P. Clodius neque quisquam de gregalibus eius aut de consiliariis
designatur. Habent Etrusci libri certa nomina, quae in id genus civium
cadere possunt: deteriores repulsos, quod iam audietis hos
appellant, quorum et mentes et res sunt perditae, longeque a communi salute
disiunctae: quare cum dii immortales monent de optimatium discordia,
de clarissimorum et optime meritorum civium dissensione praedicunt, cum
principibus caedem periculaque portendunt, in tuto collocant Clodium
qui tantum abest a principibus: quantum a puris, quantum a religiosis.
Vobis o carissimi atque optimi cives, et vestrae saluti consulendum et pro-
spiciendum vident, caedes principum ostenditur, adiungitur et ut imperium
in unius res recidat, admonemur, ad quem metum, si deorum monitis
non ducemur, tamen ipsi nostro sensu, coniecturaque rapiemur. Neque
enim ullus alius discordiarum solet esse exitus inter claros et potentes
viros, nisi aut universus interitus, aut victoris dominatus, aut
regnum. Dissensit cum Mario clarissimo cive consul nobilissimus
et fortissimus L. Sylla, horum uterque ita cecidit victus, ut victor
idem regnavit, cum Octavio collega dissensit Cinna utrique eorum
secunda fortuna regnum est largita: adversa mortem. Idem iste
Sylla superavit, tamen sine dubio habuit regalem potestatem. quamquam rem p. re-
cuperavit. Inest hoc tempore aut obscurum atque insitum penitus et
invisum animis bonorum amplissimorum dissident principes, captatur
occasio, qui sine controversia plus possunt, et fortasse non numquam
consilia ac sententias inimicorum suorum extimescunt. Tollatur e ci-
vitate discordia, iam omnes isti qui portenduntur metus extingue-
tur: iam ista serpens quae tum hic delitescit, tum se emergit et fertur
illuc compressa atque illic movetur: moriens et eidem, ut occultis con-
siliis res p. laedatur. Quae sunt occultiora quam eius qui in contione
in contione ausus est dicere, iustitium edici oportere iurisdictionem
intermitti, claudi aerarium, iudicia tolli, nisi forte existimatis hanc
tantam colluvionem illi, tantamque eversionem civitatis in mentem

id quod in illum optimatum seq necesse est.

quod non tantum opibus valet: nescio quam fortuna tum ac tempus exspectat

subito in rostris, nec cogitanti evenire potuisse. Est enim quid ille
plenus vini, stupri, somni, plenusque inconsideratissimae ac dementissimae temerita-
tis: verum tam vigiliis nocturnis, et in coactione hominum institui sed
conceptum atque meditatum est. Mementote P. C. verbo illo nefario
temptatas aures vestras et periculosam iam audiendi consuetudi-
nem esse munitam. Sequitur illud ne deterioribus repulsisque honos augeatur:
repulsos videamus: nam deteriores qui sint, post docebo:
sed tamen in eum cadere hoc verbum maxime qui sit unus omnium morta-
lium sine ulla dubitatione deterrimus concedendum est. Qui vero
sunt repulsi? non ut opinor hi qui aliquando honorem vitio civitatis, non
suo non sunt assecuti. Nam id quidem multis saepe optimis civibus
atque honestissimis viris accidit. Repulsi sunt hi quos ad omnia
progredientes, quos munera contra leges, gladiatoria parantes,
quos apertissime largientes, non solum alieni, sed etiam sui vicini, tri-
bules, urbani, rustici repulerunt, hi ne honore augeantur mo-
nemur: debet esse gratum quod praedicant, sed tamen huic malo popu-
lus Ro. ipse nullo aruspicum admonitu sua sponte prospexit, prospe-
xit. Deteriores: cavete quorum quidem est, magna natio, sed tamen eorum
omnium hic dux est atque princeps. Etenim si unum hominem deterrimum
poeta praestanti aliquis ingenio fictis conquisitisque vitiis defor-
matum vellet inducere: nullum flagitiosum dedecus reperire posset, quod in hoc
non inesset, multaque in eo penitus defixa atque haerentia reperiret.
Parentibus et diis immortalibus et patriae: nos primum nostra conciliat
eodem n. tempore et suscipimur in lucem et hoc caelesti spiritu augemur
et certam in sedem civitatis ac libertatis ascribimur. iste parentum nomen
sacra memoriam gentis Fonteiano nomine obruit, deorum ignes solia
mensas abditos ac penetrales focos occulta et maribus non invisa
solum, sed etiam inaudita sacra inexpiabili scelere pervertit, idemque earum
templum inflammavit dearum, quarum ope et aliis incendiis subveni-
tur. Quid de patria loquar? qui primum eum civem in summo
periculo, urbe, omnibus patriae praesidiis depulit, quem vos patriae con-
servatorem esse saepissime iudicaveratis, deinde everso senatu ut
ego semper dixi: comite duce ut ille dicebat, senatum ipsum prin-
cipem salutis mentisque publicae vi, caede, incendiisque pervertit

subtulit duas leges eliam et fusiam maxime rei p. salutares, censuram extinxit, intercessionem removit, auspitia delevit, consules sceleris sui socios, erario, provinciis, exercitu armavit, reges qui erant vendidit, qui non erant appellavit. CN. pompeium ferro domum compulit, imperatorum monumenta evertit, inimicorum domos disturbavit, vestris monumentis nomen sui inscripsit. Infinita sunt scelera que ab illo in patriam sunt edita, queque in singulos cives: quos necavit: socios, quos diripuit: imperatores, quos prodidit: exercitus quos temptavit. Que vero ea quanta sunt, que in ipsum se scelera que in suos edidit: qui minus umquam pepercit hostium castris, quam ille omnibus sui corporis partibus: que navis umquam in flumine publico tam vulgata omnibus quam istius etas fuit. Quis umquam nepos tam libere est cum scortis, quam hic cum sororibus voluptatus: quam denique tam inmanem caribdim poete fingendo exprimere potuerunt: que tantos exhaurire gurgites possit, quantas iste bizanticorum, brogitarorumque predas exorbuit. aut tam eminentibus canibus syllam, tamque (?) ieiunis, quam quibus istum videtis gelliis, clodiis, titiis, rostra ipsa mandentem. Quare id quod extremum est in aruspicum responsis providete, ne rei p. status commutetur. Etenim vix hoc si undique fulciamus, iam labefactum: vix umquam innixa omnium nostrum humeris coherebunt. Fuit quondam hec civitas ita firma et valens, ut negligentiam senatus, vel etiam iniurias civium ferre posset: iam non potest. erarium nullum est, vectigalibus non fruuntur, qui redimerunt, auctoritas principum deficit, consensus ordinum est divulsus, iudicia perierunt, suffragia descripta tenentur a paucis: bonorum animus ad nutum nostri ordinis expeditus. iam non erit: civem qui se pro patrie salute opponat invidie frustra post hunc requiretis. Quare hunc statum qui nunc est quicumque est, nulla alia re nisi concordia retinere possumus. Nam ut meliore simus loco ne optandum quidem est illo impunito deteriore autem usitatum statum ut simus, unus est inferior gradus aut interitus, aut servitutis quo ne trudamur dii inmortales nos admonent, quoniam iampridem humana consilia ceciderunt. Atque ego hanc orationem p. c. tam tristem, tam gravem non suscepissem non quin umquam hanc personam et has partes honoris. po. ro. vestris plurimis ornamentis mihi tributis deberem et possem sustinere: sed tamen facile tacentibus ceteris

reticuissem. Sed hec oratio omnis fuit non auctoritatis mee, sed publice religionis: mea fuerunt verba fortasse plura sententie quidem omnes aruspicum ad quos aut referri nuntiata ostenta est non convenit, aut eorum responsis commoni, necesse est. Ex si cetera magis pervulgata nos sepe et leviora moverunt: vox ipsa deorum inmortalium non mentes omnium permovebit? Nolite enim id putare accidere posse, quod in fabulis videritis fieri, ut deus aliquis dilapsus e celo cetus omnium adeat, versetur in terris cum hominibus, colloquatur cogitate genus sonitus eius quem latinienses nuntiarunt. Recordamini illud etiam, quod non dum est relatum, quod eodem fere tempore factum in agro piceno potentie nuntiatur terremotus horribilis cum quibusdam multis, metuendisque rebus. hec eadem profecto que futura prospiciamus impendentia pertimescemus. Etenim hec deorum inmortalium vox, hec pene oratio iudicanda est, cum ipse mundus atque agri cum ipsi terre motu quodam novo contremiscunt, et inusitato aliquid sonitu incredibilique fecerunt. In quo constituende nobis sunt quidem procurationes et obsecratio quemadmodum monemur: sed faciles sunt preces, apud eos qui ultro nobis salutis viam ostendunt. Nostre nobis sunt inter nos ire, discordieque placande.

M. T. CICERONIS DE PROVINCIIS CONSULARIBUS Oratio Incipit.

Si quis vestrum. P. C. expectat quas sim provincias decreturus consideret ipse secum qui mihi homines ex provinciis potissimum detrahendi sint: non dubitabit quid sentire me conveniat, cum quid mihi sentire necesse sit cogitarit. At si princeps eam sententiam dixerem, laudaretis profecto si solus certe ignosceretis etiam si paulo minus utilis vobis sententia videretur: veniam tamen aliquam dolori meo tribueretis. Nunc vero P. C. non parva afficior voluptate vel quod hoc maxime rei p. conducit syriam, macedoniamque decerni, ut dolor meus nihil a communi utilitate dissentiat: vel quod hoc auctore. P. servilius qui ante me sententiam dixit virum clarissimum et tum in universam rem p. tum etiam erga meam salutem fide ac benivolentia singulari. Ex hi

ille et paulo ante et quotienscumque ei locus dicendi ac potestas fuit, Gabinium et Pisonem duo rei publicae portenta ac pene funera, tum propter alias causas tum maxime propter illud insigne scelus eorum et importunam in me crudelitatem, non solum sententia sua, sed etiam verborum gravitate esse notandos putavit. Quo nam me animo esse oportet, cuius illi salutem pro pignore etiam tradiderunt ad explendas suas cupiditates? Sed ego in hac sententia dicenda non parebo dolori meo, nec iracundiae serviam: quo animo unusquisque vestrum debet esse, in illo hoc ero. Precipuum illud et proprium sensum doloris mei, quem tamen vos communem semper vobis mecum esse duxistis, a sententia dicenda admovebo, ad ulciscendi tempora reservabo. Quatuor sunt provinciae, patres conscripti, de quibus adhuc intelligo sententias esse dictas: Galliae duae, quas hoc tempore uno imperio videmus esse coniunctas, et Syria et Macedonia, quas vobis invitis et oppressis pestiferi illi consules pro eversae rei publicae premiis occupaverunt. Decernendae nobis sunt lege Sempronia duae. Quid est quod possimus de Syria Macedoniaque dubitare? Mitto quod eas ita partas habent hi qui nunc optinent, ut non prius attingerint quam hunc ordinem condemnarint, quam auctoritatem vestram e civitate exterminarint, quam fidem publicam, perpetuam populi Romani salutem, quam me ac meos omnes crudelissime vexarint. Omnia illa domestica atque urbana mitto, quae tanta sunt, ut numquam Hanibal huic urbi tantum mali optarit quantum illi effecerint; ad ipsas venio provincias. Quarum Macedonia, quae erat antea munita plurimorum imperatorum, non turribus sed tropheis, quae multis victoriis erat iamdiu triumphisque parata, sic a barbaris, quibus est propter avaritiam pax erepta, vexatur, ut Thessalonicenses positi in gremio imperii nostri relinquere oppidum et arcem munire cogantur, et ut via illa nostra quae per Macedoniam est usque ad Hellespontum militaris non solum excursionibus barbarorum sit infesta, sed etiam castris Thraciis distincta ac notata. Ita gentes hae quae ut pace uterentur, vim argenteam declarant preclaro imperatori nostro, ut exhaustas domos replere possent pro empta pace bellum nobis prope iustum

intulerunt. Iam vero exercitus noster ille superbissimo delectu et durissima conquisitione delectus collectus omnis interiit. Magno hoc dico cum dolore: miserandum in modum milites populi Romani capti, necati, deserti, dissipati sunt, incuria, fame, morbo, vastitate consumpti, ut quod est indignissimum, scelus imperatoris in pena exercitus expiatum esse videatur. Atque hanc Macedoniam domitis iam gentibus finitimis barbariaque compressa, pacatam ipsam per se et quietam tenui presidio atque exigua manu etiam sine imperio per legatos nomine ipso populi Romani tuebamur, quae nunc consulari imperio atque exercitu ita vexata est, ut vix se possit diuturna pace recreare. Cum interea quis vestrum hoc non audivit, quis ignorat Achaeos ingentem pecuniam pendere L. Pisoni quotannis, vectigal ac portorium Dyrrachinorum totum in huius unius questum esse conversum, urbem Byzantiorum vobis atque huic imperio fidelissimam hostilem in modum esse vexatam? Quo ille, posteaquam nihil exprimere ab egentibus, nihil ulla vi a miseris extorquere potuit, cohortes in hiberna misit, his preposuit quos putavit fore diligentissimos satellites scelerum, ministros cupiditatum suarum.
Omitto iurisdictionem in libera civitate contra leges senatusque consulta, caedes relinquo, libidines pretereo, quarum acerbissimum extat iudicium et ad insignem memoriam turpitudinis et pene ad iustum odium imperii nostri: quod constat nobilissimas virgines se in puteos abiecisse et morte voluntaria necessariam turpitudinem depulisse. Nec haec idcirco omitto quod non gravissima sint, sed quia nunc sine teste dico. Ipsam vero urbem Byzantiorum fuisse refertissimam atque ornatissimam signis quis ignorat? Quae illi, exhausti sumptibus bellisque maximis, cum omnes Mithridaticos impetus totumque Pontum armatum effervescentem in Asiam atque erumpentem ore repulsum et cervicibus interclusum suis sustinerent, tum inquam Byzantii et postea signa illa et reliqua urbis ornamenta sanctissime custodita tenuerunt. Te imperatore infelicissimo et teterrimo, Caesonine Calventi, civitas libera et pro eximiis suis beneficiis a senatu et populo Romano liberata sic spoliata atque nudata est, ut nisi C. Virginius legatus, vir fortis et innocens, intervenisset, unum signum Byzantii ex maximo numero nullum haberent. Quod fanum in Achaia, qui locus aut lucus in Graecia tota tam sanctus fuit, in quo ullum simulacrum, ullum ornamentum reliquum sit? Emisti

a seditiosissimo tr. pl. tum in illo naufragio huius urbis, cum tu idem qui gubernare debueras, everteres, tum vero emisti grandi pecunia ut tibi de pecuniis creditis ius dicere liceret. Ius in liberos populos contra senatus consulta et contra legem generi tui ut emptum ita vindicasti ut aut vos non diceres aut bonos cives ro. everteres: quorum ego nihil dico. P.C. nunc hominem ipsum de provincia disputo. Itaque illa omnia quae et saepe audistis et tenetis animis etiam si non audiatis praetermitto, nihil de hac eius urbana quam ille praesens in oculis vestris membrisque defixit audacia loquor. Nihil de superbia, nihil de contumacia nihil de crudelitate disputo. Lateant libidines eius illae tenebricosae quas fronte et supercilio non pudore et temperantia contegebat: de provincia quid agitur id disputo. Huic vos non submittetis? hunc diutius manere patiemini? cuius ut provinciam tetigit, sic fortuna cum improbitate certavit, ut nemo posset utrum posterior, an infelicior esset iudicare. An non in Syria diutius est Semiramis illa retinenda, cuius iter in provinciam fuit eiusmodi, ut rex Ariobarzanes consulem vestrum ad caedem faciendam tamquam aliquem Thracem conduceret? Deinde adventus in Syriam primus equitatus huius interitum, post concisae sunt optimae cohortes. Igitur in Syria imperatore illo nihil aliud neque actum est nisi pactiones pecuniarum cum tyrannis, decisiones, direptiones, latrocinia, caedes; cum palam populi ro. imperator instructo exercitu dexteram tendens non ad laudem milites hortaretur, sed omnia sibi empta et emenda esse clamaret. Iam vero publicanos miseros, me etiam miserum illorum ita de me meritorum miseriis ac dolore, tradidit in servitutem Iudaeis et Syris nationibus natis servituti. Statuit ab initio et in eo perseveravit ius publicano non dicere; pactiones sine ulla iniuria factas rescidit, custodias sustulit, vectigales multos ac stipendiarios liberavit: quo in oppido ipse esset, aut quo veniret ibi, in eo publicanum, aut publicani servum esse vetuit. Quid multa? crudelis haberetur si in hostem animo fuisset, eo quo fuit in cives ro. eius ordinis praesertim qui est semper dignitate sua, benignitate magistratuum sustentatus. Itaque P.C. videtis non temeritate redemptionis aut negotii gerendi inscitia, sed avaritia, superbia, crudelitate Gabinii paene afflictos iam atque eversos publicanos. Quibus quidem vos in istis angustiis aerarii tamen subveniatis necesse est.

Margin: contra senatus consultum et
Margin: pestilentior

Etsi iam non multis potestis, qui propter illum hostem senatus inimicissimum ordinis equestris, bonorumque omnium non solum bona sed etiam honestatem miseri deperdiderunt, quos non parsimonia, non continentia, non virtus, non labor, non splendor tueri potuit, contra illius helluonis et praedonis audaciam. Quid? qui se etiam nunc subsidiis patrimonii, aut amicorum liberalitate sustentant, hos perire patiemur? An si quis frui publico non potuit per hostem, hic tegitur ipsa lege censoria, quem is frui non sinit, qui est etiam si non appellatur hostis, huic ferri auxilium non oportet? Retinete igitur in provincia diutius eum qui de sociis cum hostibus, de civibus cum sociis faciat pactiones, qui hoc etiam se pluris esse quam collegam putet, quod ille vos tristitia vultuque decepit, ipse numquam se minus quam erat nequam esse simularit. Piso autem alio quodam modo gloriatur se brevi tempore perfecisse ne Gabinius unus omnium nequissimus existimaretur. Hos vos de provinciis si non aliquando deducendi essent deripiendos non putaretis, et has publicas pestes sociorum militum clades, publicanorum ruinas, provinciarum vastitates, imperii maculas teneretis? At idem vos anno superiore hos eosdem revocabatis, cum in provincias iam pervenissent, quo tempore si liberum vestrum iudicium fuisset, nec totiens res dilatasset, nec ad extremum e manibus erepta restituissetis id quod cupiebatis, vestram auctoritatem ipsis per quos erat amissa revocatis et his ipsis praemiis extortis quae erant pro scelere atque eversione patriae consecuti. Quam poenam si tum aliorum opibus non suis invitissimis vobis evolaverunt, at ad aliam multo maiorem, graviorem que subierunt. Quae vero huic in quo aliquid si non famae pudor at supplicii timor esset, gravior poena accidere potuit quam non credi litteris eius his quae rem gestam in bello nuntiarent. Gabinio denegavit primum homini sceleribus flagitiis contaminatissimo nihil esse credendum: deinde a proditore atque eo quem praesentem hostem rei p. cognosceret, bene rem geri non potuisse. Postremo ne pro deos quidem immortales velle aperiri sua templa et sibi supplicari hominis impurissimi et sceleratissimi nomine. Itaque ille alter aut ipse est homo doctus et his suis graecis subtilibus eruditus, quibus cum iam in

Margin: hoc statuit senatus cum frequens supplicationem

excedra

(si parum)
exosterche helluatur: atque post sic primum solebat, aut amicos habet pru
dentiores quam gabinius, cuius nulle litere proferuntur: hostes quos imperatores ha
bebimus: quorum alter non audet nos certiores facere, ne imperator
appelletur: alter si tabellarii non cessarint (runt), necesse est paucis diebus
peniteat audere: cuius amici siqui sunt, aut si bellue tam imma
tamque tetre possunt ulli esse amici hac consolatione utuntur: etiam
T. albutio supplicationem (hunc) ordinem denegasse. Quod est (quod est) primum
dissimile res in sardinia cum mastrucatis latrunculis a propretore
una cohorte auxiliaria gesta, et bellum cum maximis syrie gentibus
tirannis consulari exercitu imperioque confectum. Deinde quod albutius
a senatu petebat ipse sibi in sardinia ante decreverat. Consta
bat enim grecum hominem ac levem in ipsa provincia quasi triumphasse. Itaque
hanc eius temeritatem senatus supplicatione denegata nota
vit. Sed fruatur sane hoc solatio, atque hanc insignem ignominiam
(inusta est dum eius qui se consolatur) quia uni preter se consolatur: eius exercitum expectet, presertim cum
in albutio nec pisonis libidines, nec audacia gabinii fuerit; hoc
tamen hac una plaga conciderit ignominia senatus. Atqui duas
gallias qui decernit consulibus duobus hos retinet ambos: qui
autem alteram galliam et aut syriam aut macedoniam, tamen alterum re
tinet et in utrumque pari scelere disparem conditionem facit. Faciam
inquit illas pretorias ut pisoni et gabinio succedatur, statim
si hic desinat. Tum enim tribunus intercedere poterit, nunc non pot
est. Itaque ego idem qui nunc consulibus iis qui designati erunt syriam
macedoniamque decerno: decernam, easdemque pretorias, ut et pretores
annuas provincias habeant: et eos quam primum videamus, quos animo
equo videre non possumus. Sed mihi credite numquam succedetur
illis, nisi cum ea lege referetur, qua intercedi de provinciis
non licebit. Itaque hoc tempore amisso, annus est integer vobis
expectandus, quo interiecto civium calamitas, sociorum iniuria
sceleratissimorum hominum impunitas propagatur. Quod si essent illi
optimi viri, tamen ego mea sententia C. cesari succedendum non dum puta
rem: qua de re dicam P. C. quid sentio atque illam interpellationem
mei familiarissimi qua paulo ante interrupta est oratio mea
non pertimescam. Negat (me) vir optimus inimiciorem gabinio

debere esse, quam cesari omnem illam tempestatem cui cesserim, cesare impulsore
atque adiutore esse excitatam: cui si primum sic respondeam, me (communis) eo minus utili
tatis habere rationem non doloris mei possum me probare. Cum (id me) rome facere di
cam, quod exemplo fortissimorum et clarissimorum civium facere possim. An T. grac
cus patrem dico cuius utinam filii non degenerassent a gravitate paterna, tantam
laudem est adeptus quod tr. pl. solus ex toto illo collegio L. scipioni auxilio
fuit inimicissimus et ipsius et fratris eius africani, iuravitque in
contione se in gratiam non redisse, sed alienum sibi videri dignitatem
imperii quo duces essent hostium scipione triumphante ducti eodem ipsum
duci qui triumphasset. Quis vero plenior inimicorum fuit C. mario? L.
crassus, M. scaurus alii non inimici omnes metelli. At hi non modo (illum) ini
micum ex gallia sermonibus suis non detrahebant: sed et propter rationem gallici
belli provinciam extra ordinem decernebant. Bellum in gallia maximum
gestum est: domite sunt a cesare maxime nationes, sed non dum legibus
non dum iure certo, non dum satis firma pace devincte. Bellum
(esse) affectum videmus et vere ut dicam pene confectum, sed ita ut si idem
extrema persequitur qui inchoavit iam omnia perfecta videamus, si suc
ceditur periculum est ne instauratas maximi belli reliquias ac reno
vatas audiamus. Ergo ego senator inimicus si ita vultis homini
amicus esse, ut semper fui rei p. debeo. Quid si ipsas inimicitias
depono rei p. causa? quis me tandem iure reprehendet? presertim
cum ego omnium meorum consiliorum atque factorum exempla semper ex summorum
hominum factis mihi censuerim petenda. An vero M. ille lepidus, qui
bis consul et pontifex maximus fuit non solum memoria et testimonio
sed et annalium literis et summi poete voce laudatus non est? quod cum
M. fulvio collega quo die censor est factus homine inimicissimo
in campo statim rediit in gratiam ut commune officium censure communi animo [ac voluntate]
defenderent, atque ut vetera que sunt innumerabilia mittam
tuus pater philippe nonne uno tempore (cum) suis inimicissimis rediit
in gratiam? quibus cum omnibus eadem res p. reconciliavit, quos
alienarat. Multa pretereo, quia intueor coram hec lumina atque
ornamenta rei p. servilium et M. lucullum ut et L. lucullus (ille vivet) de
fineret, que fuerunt inimicitie graviores in civitate quam in lu
cullorum atque serviliorum? quas in viris fortissimis non solum

quod et ipsorum / ad amicitiam consuetudinemque

extingui rei p. dignitas, sed etiam quorumque ipsorum in amicitiamque tradu-
xit. Quid. Q. Metellus Nepos, non consul in templo Iovis opti-
mi maximi permotus cum auctoritate vestra tum illius P. Servilii incredibili gra-
vitate dicendi absens mecum summo suo beneficio rediit in gratiam. An ego
possum huic esse inimicus cuius litteris, fama, nuntiis celebrantur aures
cotidie meae novis nominibus gentium nationum locorum. Ardeo in-
credibili P. C. id quod vosmet de me existimatis et facitis ipsi in-
credibili quodam amore patriae, qui me amor et subvenire
olim impendentibus periculis maximis cum dimicatione capitis et confli-
gere cum omnia tela undique esse intenta in patriam viderem subire coegit
atque excipere unum pro universis. hic me meus in rem p. animus
pristinus ac perennis cum C. Caesare reducit, reconciliat, resti-
tuit in gratiam. Quid volent denique homines existiment: nemini ego possum
esse bene merenti de re p. et non amicus. Etenim si iis qui haec omnia flam-
ma ac ferro delere voluerunt, non inimicitias solum, sed etiam bellum
indixi atque intuli cum partim mihi illorum familiares, partim etiam me de-
fendente capitis iudiciis essent liberati: cur eadem res p. quae me
in amicos inflammare potuit, inimicis placare non possit. Quod
mihi odium cum P. Clodio fuit, nisi quod perniciosum patriae civem
fore putabam. Qui turpissima libidine incestus duas res
sanctissimas religionem et pudicitiam uno scelere violasset. Num est
igitur dubium ex his rebus quas egit, agitque cotidie, quin ego in
illo impugnando rei p. plus quam otio meo: non nulli in eodem de-
fendendo suo plus otio quam communi prospexerint. Ego me a C. Caesare in re p.
dissensisse fateor: et sensisse vobiscum, sed nunc iisdem vobis
assentior cum quibus antea sentiebam: vos enim ad quos litteras L.
Piso de suis rebus non audet mittere: qui Gabinii litteras insi-
gni quadam nota atque ignominia nova condemnastis. C. Cae-
sari supplicationes decrevistis numero, ut nemini uno ex bello
honore vero ut omnino nemini. Cur igitur exspectem hominem aliquem qui
me cum illo in gratiam reducat? Reduxit ordo amplissimus
et ordo is qui est et publici consilii et meorum omnium consiliorum
auctor et princeps. vos sequor P. C. vobis obtempero, vobis
assentior qui quamdiu C. Caesaris consilia in re p. non maxime diligebatis

De Provinciis Consularibus.

me quoque cum illo minus coniunctum videbatis. Postea quam rebus gestis
mentes vestras voluntatesque mutastis, me non solum comitem esse senten-
tiae, sed etiam laudatorem vidistis. Sed quid est quod homines maxime
in hac causa admirentur et reprehendant meum consilium: cum ego
idem antea multa decreverim: quae magis ad hominis dignitatem quam
ad rei p. necessitatem pertinerent: supplicationem XV. dierum decrevi
sententia mea. rei p. satis erat tot dierum, quot C. Mario diis immor-
talibus non erat exigua eadem gratulatio quae ex maximis bellis. quo
ille cumulus dierum hominis est dignitati tributus. in quo ego quo
consule referente primum decem dierum est supplicatio decreta Cn.
Pompeio Mithridate interfecto, confectoque Mithridatico bello,
et cuius sententia primum duplicata est supplicatio consularis, nam
cum eius assensi cum eiusdem Pompeii litteris recitatis confectis omnibus
maritimis terrestribusque bellis, supplicationem dierum duodecim
decrevistis. Sum Cn. Pompeii virtutem et animi magnitudinem admi-
ratus, quod cum ipse ceteris omnibus esset omni honore antelatus, ampli-
orem honorem alteri tribuebat quam ipse erat consecutus. Ergo in illa
supplicatione quam ego decrevi res ipsa tributa est diis immorta-
libus et maiorum institutis et utilitati rei p. Sed dignitas verborum
honos et novitas et numerus dierum Caesaris ipsius et laudi gloriaeque
concessus est. Relatum est ad vos nuper de stipendio exercitus,
non decrevi solum, sed etiam ut vos decerneretis laboravi: multa dis-
sentientibus respondi: scribendo affui: tum quoque homini plus tribui
quam nescio cui necessitati. illum enim arbitrabar et sine hoc subsi-
dio pecuniae retinere exercitum praeda ante parta et bellum conficere
posse. sed decus illud et ornamentum triumphi minuendum nostra
parsimonia non putavi. Actum est de decem legatis quos alii
omnino non dabant. alii exempla quaerebant, alii tempus differe-
bant. alii sine ullis verborum ornamentis dabant. In ea quoque
re sic sum locutus ut omnes intelligerent me id quod rei p.
causa sentirem facere uberius propter ipsius Caesaris dignitatem.
At ego idem nunc in provinciis decernendis qui illas res omnes
egi: silentio interpellor. Cum superioribus causis hominis orna-
menta fuerint, in hac me nihil aliud nisi ratio belli: nisi

summa utilitas rei publice mouent. Nam ipse Cesar quid est cur in pro
uincia commorari uelit: nisi ut ea que per eum affecta sunt perfecta
rei publice tradatur. Amenitas eum credo locorum urbium pulchritudo
hominum nationumque illarum humanitas et lepos, uictorie cupiditas
finium imperij nostri propagatio retinet. Quid illis terris asperius?
quid porro tot uictorijs prestabilius? quid oceano longius
inueniri potest? an reditus in patriam habet aliquam offensionem?
utrum apud populum a quo missus est: an apud senatum a quo or
natus est? An dies auget eius desiderium? an magis obliuio
nem? ac laurea illa magnis periculis parta admittit longo inter
uallo uiriditatem? Quare si qui hominem non diligunt, nihil
est quod eundem de prouincia deuocent, ad gloriam deuocant, ad
triumphum ad gratulationem, ad summum honorem senatus equestris
ordinis gratiam populi caritatem. Sed si ille hac tam eximia
fortuna propter utilitatem rei publice frui non properat, ut omnia illa confi
ciat, quid ego senator facere debeo: quem etiam si aliud ille uellet
rei publice consulere oporteret? Ego uero sic intelligo. Patres conscripti nos hoc tem
pore in prouincijs decernendis perpetue pacis habere oportere rationem.
Nam quis hoc non sentit omnia alia esse nobis uacua ab omni periculo atque
etiam suspitione belli? Iam diu mare uidemus illud immensum cuius
feruore non solum maritimi cursus, sed urbes etiam et uie militares
iam tenebantur uirtute Cn. pompei, sic a populo romano ab oceano
usque ad ultimum pontum tamquam unum aliquem portum tutum et clausum
teneri. Nationes eas que numero hominum ac multitudine ipsa po
terant in prouincias nostras redundare ita esse ab eodem partim
recisas partim repressas ut asia que imperium antea nostrum ter
minabat, nunc tribus nouis prouincijs ipsa cingatur. Possum
de omni regione de omni genere hostium dicere: nulla gens est
que non aut ita subacta sit ut uix extet, aut ita domita
ut quiescat aut ita pacata ut uictoria nostra imperioque letetur.
Bellum gallicum Patres conscripti C. cesare imperatore gestum est antea
tantum modo repulsum. Semper illas nationes nostri imperatores
refutandas potius bello quam lacessendas putauerunt. Ille
ipse C. marius cuius diuina atque eximia uirtus magnis

populi romani luctibus funeribusque subuenit, influentes in ytaliam
gallorum maximas copias repressit: non ipse ad eorum urbes sedesque
penetrauit. Modo ille meorum laborum periculorum consiliorum socius Cn.
pontinius fortissimus uir ortum repente bellum allobrogum atque
hac scelerata coniuratione excitatum prelijs fregit, eosque domu
it, qui lacessierant, et ea uictoria contentus re publica metu liberata
quieuit. Cesaris longe aliam uideo fuisse rationem. Non enim sibi solum
cum his quos iam armatos contra populum romanum uidebat, bellandum
esse duxit, sed totam galliam in nostram ditionem esse redigendam. Itaque
cum acerrimis nationibus et maximis germanorum ac heluetiorum prelijs fe
licissime decertauit, ceteras conterruit, compulit, domuit imperio
populi romani parere assuefecit, atque quas regiones, quasque gentes nulle
nobis antea littere, nulla uox nulla fama notas fecerat: has noster
imperator, nosterque exercitus et populi romani arma peragrarunt. Semitam
tantum gallie tenebamus antea Patres conscripti ceteris partes agentibus aut ini
micis huic imperio, aut infidis, aut incognitis, aut certe imma
nibus et barbaris et bellicosis tenebantur. Quas nationes
nemo umquam fuit quin non frangi, ac domarique cuperet. Nemo sa
pienter de re publica nostra cogitauit iam inde a principio huius imperij
quin galliam maxime timendam huic imperio putaret. Sed propter uim
ac multitudinem gentium illarum numquam est antea cum omnibus dimi
catum. Restitimus semper lacessiti: nunc denique est perfectum ut
imperij nostri, terrarumque illarum idem esset extremum. Alpibus ytaliam
munierat antea natura non sine aliquo diuino numine, nam
si ille aditus gallorum immanitati, multitudinique patuisset, numquam
hec urbs summo imperio domicilium ac sedem prebuisset. Que iam
licet considant, nihil est enim ultra illam altitudinem montium
usque ad oceanum quod sit ytalie pertimescendum. Sed tamen una atque
altera estas, uel metu, uel spe, uel pena, uel premijs, uel armis
uel legibus potest totam galliam sempiternis uinculis astringere.
impolite uero res et acerbe si erunt relicte, quamquam sunt abscisse
tamen efferent se aliquando et ad renouandum bellum reuirescent. Quare
sit in eius tutela gallia, cuius uirtuti fidei, felicitati commenda
ta est, et si fortune muneribus amplissimis ornatus sepius

eiusdem dee periculum facere nollet: si in patriam, si ad deos penates, si ad eam dignitatem quam in ciuitate sibi propositam uidet, si ad incertissimos liberos, si ad clarissimum generum redire properet; si in capitolium inuehi uictor cum illa insigni laude lauream gestaret, si denique timeret casum aliquem qui illi tantum addere iam non potest, quantum auferre: nos tamen oporteret ab eodem illa omnia a quo profligata sunt confici uelle. cum uero ille suae gloriae iam pridem rei p. non dum satisfecerit, et malit tamen tardius ad suorum laborum fructum peruenire quam non explere susceptum rei p. munus, nec imperatorem incensum ad rem p. bene gerendam reuocare, nec totam gallici belli rationem prope iam explicatam perturbare atque impedire debemus. Nam illae sententiae clarissimorum uirorum minime probandae sunt, quorum alter ulteriorem galliam decernit cum syria, alter citeriorem. qui ulteriorem omnia illa de quibus disserui paulo ante perturbat, simul ostendit eam se tenere legem, quam esse legem neget, et quae pars prouinciae sit cui non possit intercedi, hanc se auellere, quae defensorem habeat non tangere. simul et illud facit, ut quod illi a populo datum sit id non uellet, quod senatus dederit, id properet auferre. Alter belli gallici rationem habet: fungitur officio boni senatoris, qui legem quam non putat, eam quoque seruat, praefinit enim successori diem. quo mihi nil uidetur minus a dignitate disciplinaque maiorum dissidere, quam ut qui consul kalendis ianuariis habere prouinciam debet, is ut eam desponsam, non decretam habere uideatur. fuit toto in consulatu sine prouincia, cui fuerit antequam designatus est prouincia decreta. sortietur an non? Nam et non sortiri absurdum est, et quod sortitus sis non habere. proficiscetur paludatus? quo? quo peruenire ante certam diem non licebit. ianuario, februario prouinciam non habebit. Kalendis ei denique martiis nascetur repente prouincia. ac tamen his sententiis piso in prouincia permanebit. Quae cum sint grauia, nihil grauius illo, quod multari imperatorem deminutione prouinciae contumeliosum est, nec solum summo in uiro sed etiam mediocri homini ne accidat prouidendum. Ego uos intelligo, patres conscripti, multos decreuisse honores eximios C. cesari et prope singulares; quod ita meritus erat, grati, et ut quam coniunctissimus

huic ordini esset, sapientes ac diuini fuistis. Nemini umquam hic ordo completus honoribus et beneficiis suis, qui ullam dignitatem praestabiliorem ea quam per uos esset adeptus putarit. Nemo umquam hic potuit esse princeps, qui maluerit esse popularis. sed homines aut propter dignitatem suam diffisi ipsi sibi, aut propter reliquorum obtrectationem ab huius ordinis coniunctione depulsi saepe ex hoc portu se in illos fluctus prope necessario contulerunt. qui si ex illa iactatione cursuque populari bene gesta re p. referunt aspectum in curiam atque huic amplissimae dignitati esse commendati uolunt, non modo non repellendi sunt, uerum etiam expetendi. Monemur a fortissimo uiro atque optimo post hominum memoriam consule ut prouideamus ne citerior gallia nobis inuitis alicui decernatur post eos consules qui nunc erunt designati, perpetuoque posthac ab iis qui hunc ordinem oppugnent, popularis ac turbulenta ratione teneatur. quam ego plagam etsi non contemno, patres conscripti, praesertim monitus a sapientissimo consule et diligentissimo custode pacis et otii, tamen uehementius arbitror pertimescendum, si hominum clarissimorum atque potentissimorum aut honorem minuero aut studium quod habent erga hunc ordinem repudiaro. Nam ut C. iulius omnibus a senatu eximiis ac nouis rebus ornatus per manus hanc prouinciam tradat ei cui minime uos uelletis per quem ordinem ipse amplissimum sit quam consecutus, sic ne libertatem quidem relinquat adduci ad suspicandum nullo modo possum. postremo quo quisque animo futurus sit nescio; quid sperem uideo. praestare hoc senator debeo quantum possum, ne quis uir clarus atque potens huic ordini iure irasci posse uideatur. atque hoc si inimicissimus essem C. cesari sentirem, tamen rei p. causa. sed non alienum esse arbitror, quo minus saepe aut interpeller a nonnullis aut tacitorum existimatione reprehendar, explicare breuiter quae mihi sit ratio et causa cum cesare. ac primum illud tempus familiaritatis ac consuetudinis, quae mihi cum illo, quae fratri meo, quae C. uarroni consobrino nostro ab omnium nostrum adolescentia fuit, praetermitto. Postea quam sum penitus in rem p. ingressus, ita dissensi ab illo, ut in disiunctione sententiae coniuncti tamen amicitia ma-

neremus, consul ille gerit [egit] eas res, quarum particeps me esse voluit. quibus
ego si minus assentiebar, tamen illius mihi iudicium gratum esse de-
bebat. Me ille ut quinqueviratum acciperem, rogavit. me in tribus
sibi coniunctissimis consularibus esse voluit. mihi legationem quam
vellem, quanto cum honore vellem, detulit. que ego omnia non
ingrato animo, sed obstinatione quadam sententie repudiavi. quam sapi-
enter non disputo, multis enim non probabo. constanter quidem et
fortiter certe, qui cum me firmissimis opibus contra scelus ini-
micorum munire et popularis impetus populari presidio possem
propulsare, quamvis excipere fortunam subire vim atque iniuriam malui
quam aut a vestris sanctissimis mentibus dissidere, quam aut de meo statu
declinare. sed non is solum gratus debet esse qui accepit bene-
ficium, verum etiam is qui potestas accipiendi fuit. Ego illa ornamenta
quibus ille me ornabat, decere me et convenire hiis rebus quas gesseram
non putabam. illum quidem amico animo me habere eodem loco quo principem
civium suum generum sentiebam. Traduxit ad plebem inimicum meum
sive iratus mihi quod me secum ne in beneficiis quidem videbat posse con-
iungi, sive exoratus, ne hec quidem fuit iniuria. Nam postea me, ut
sibi essem legatus non solum suasit verum etiam rogavit. ne id quidem
accepi, non quo alienum mea dignitate arbitrarer, sed quod tantum sce-
leris rei p. impendere a consulibus proximis non suspicabar. Ergo
adhuc magis est mihi verendum ne mea superbia in illius liberali-
tate quam ne illius iniuria in nostra amicitia reprehendatur. Ecce illa
illa tempestas caligo bonorum et subita atque improvisa fortitudo [formido]
tenebre rei p. ruina atque incendium civitatis terror iniec-
tus cesari de eius actis metus cedis bonis omnibus consulum
scelus, cupiditas, egestas, audacia si non sum adiutus, nunc [non] debui.
si desertus, sibi providit, si etiam oppugnatus ut quidam aut putant
aut volunt, amicitia est violata. Accepi iniuriam, inimicus
esse debui non nego. Sed si idem ille tum me salvum esse voluit, cum vos
me ut carissimum filium desiderabatis, et si vos idem pertinere ad causam
illam putabatis, voluntatem Cesaris a salute mea non abhorrere
et si illius voluntatis generum eius habeo testem, qui idem Ytaliam
municipiis [in] po. ro. in contione, vos mei semper cupidissimos

in capitolio ad meam salutem incitavit. Si denique Cn. Pom. idem
mihi testis de voluntate cesaris et sponsor est illi de mea, nonne
vobis videor et ultimi temporis recordatione et proximi memo-
ria, medium illud tristissimum tempus debere si re natura non
possim evellere, ex animo quidem certe excidere. Ego vero si mihi non licet
per aliquos ita gloriari me dolorem atque inimicitias meas rei p.
concessisse, si hoc magis [magni] cuiusdam hominis et persapientis videtur,
Utar eo quod non tam ad laudem adipiscendam quam ad vituperationem vi-
tandam valet, me hominem esse gratum et non modo tantis beneficiis
sed etiam mediocri hominum benivolentia commoveri. a viris fortis-
simis et de me optime meritis quibusdam peto ut si ego illos
meorum laborum et incomodorum participes esse nolui, ne illi me suarum
inimicitiarum socium velint esse, presertim cum iidem illi concesserint,
ut illi etiam acta illa cesaris, que neque oppugnavi antea, neque de-
fendi, meo iam iure possim defendere. Nam summi civitatis
viri, quorum ego consilio rem p. conservavi, et quorum auctoritate
illam coniurationem cesari [Catiline] defugi, illas leges et ceteras illo con-
sule rogatas iure latas negant. iidem illam proscriptionem capitis
mei contra salutem rei p. sed salvis auspiciis rogatam esse dice-
bant. Itaque vir summa eloquentia dixit graviter casum illum
meum non funus esse rei p. sed funus iustum et indictum mihi
omnino pro honorifico discessum meum funus dicit rei p. reliqua
non reprehendo, sed in ad id quod sentio assumo. Nam si illud
iure rogatum esse dicere ausi sunt, quod nullo exemplo fieri potuit
nulla lege licuit quia nemo de celo esset servatum. Qui si plebeius
omnino esse non potuit qui tr. pl. potuit esse, et cuius tribunatus
si ratus est, nihil est quod irritum ex actis cesaris possit esse, cuius
non solum tribunatus, sed et pernitiosissime res auspiciorum re-
ligione conservate iure late [rata] videbuntur. Quare [aut] ab vobis facien- [statuen-]
dum est legem Elyam manere, legem Fusiam non esse abrogatam, non omnibus
fastis legem ferri licere, cum lex feratur de celo observari, obnuntiari
intercedi licere, censorium iudicium ac notionem et illum morum se-
verissimum magisterium non esse nepharijs legibus de civitate
sublatum, si patritius tribunus plebis fuit contra leges sacratas

si plebeius cõtra auspicia fuisset aut mihi concedant hoĩes, cõtẽdat
oportet, aut in rebus bonis nõ exquirere uitia que ipsi ĩ ꝑditis
nõ exquirunt, presertim cũ ab illis aliquotiens condicio. C. Cesari
lata sit ut in easdem alio nõ ferret, qui conditione auspicia requi-
rebãt, leges comprobabãt in clodio, auspitiorum ratio sit eadem
leges omnes sint euerse atque ꝑdite ciuitatib. Extremum illud
est: cũ etiã, si esset inimicitie mihi cũ C. Cesare, tamen hoc tẽpore
rei p. consulere, inimicitias in aliud tempus reseruare deberem.
Possem et summorum uirorum exemplo inimicitias rei p. causa deponere.
et cũ inimicitie fuerint nunquam, opinio iniurie beneficio sit extincta
sententia mea. P. C. si dignitas agitur C. Cesaris hoĩ tribuam: si honos
quidam: senatus concordie consulam. Si auctoritas decretorum uestrorum
constantiã ordinis in eodem ornando imperatore seruabo, si ꝑ-
petua ratio gallici belli rei p. prouidebo, si aliquod meũ ꝓuatũ
officiũ: me nõ ingratũ esse prestabo. Atque hoc uellem probari oĩbus
P. C. sed leuissime feram, si forte aut his minus probaro, qui
meũ inimicũ repugnãte uirtute mea auctoritate texerunt: aut his si qui
meã cũ inimico suo reditũ in gratiam uituperabunt: cũ ipsi et
cũ meo et cũ suo inimico ĩ gratiam nõ dubitarint redire.

Accusationis lib. p[rimu]s

M. T. CICERONIS IN VERREM ORATIO INVECTIVA Incipit foeliciter.

Si quis uestrum iudices aut eorum qui adsunt forte mira-
tur me qui tot annos in causis, iudiciisque publicis ita
sum uersatus, ut defenderim multos, lesim neminem.
subito nũc mutata uoluntate ad accusandũ descen-
dere: is si mei consilii causam rationemque cognouit. Vna et id quod facio
probabit, et in hac causa profecto neminem mihi esse ꝑponendũ acto-
rem putabit. Cum questor in Sicilia fuissem iudices itaque ex ea
prouincia decessissem ut siculis omnibus iocundam diuturnamque
memoriam questure nominis mei relinquerem: factũ est uti cum
summum in ueteribus patronis multũ tamen nõ nullũ esse in me
presidiũ suis fortunis constitutũ esse arbitrarentur, qui nũc

populati atque uexati cuncti ad me pu(bli)ce sepe uenerunt ut suarum fortu-
narum omnium causam defensionemque susciperem. Me sepe esse pollicitum sepe
dixisse dicebant si quod tempus accidisset quo tempore aliquid a me re-
quirerent, commodis eorum nõ me defuturũ. Venisse tempus aiebat
nõ iam ut commoda sua, sed uitã, salutemque totius prouincie defen-
derem, sese iam ne deos quidem in suis urbibus ad quos confugerent
habere, quod eorum simulacra sanctissima C. Verres ex delubris religiosis-
simis sustulisset. Quas res luxuries in flagitiis, crudelitas
in suppliciis, auaritia in rapinis, superbia in contumeliis efficere
potuisset, eas omnes sese unius huius pertulisse pertriennium ꝓtulisse.
Rogare et orare ne illos supplices aspernarer, quos me incolumi
nemini supplices esse oporteret. Tuli grauiter et acerbe iudices
in eum me locũ adductũ, ut aut eos homines spes falleret, qui opem
a me atque auxiliũ petissent, aut ego qui me ad defendendos ho-
mines ab ineunte adolescentia dedissem tempore atque officio coactus
ad accusandũ traducerer. Dicebam habere eos actorem. Q. Ceciliũ
qui presertim questor in eadem prouincia post me questorem fuisset.
quo ego adiumento sperabam hanc a me molestiam posse demoueri:
id mihi erat aduersariũ maxime. Nam illi multo in hoc facilius
remisissent, si istũ non nossent, aut si iste apud eos questor
nõ fuisset. Adductus sum iudices officio, fide, misericordia, multorum
bonorum exemplo ueteri consuetudine, institutoque maiorum, ut onus huius la-
boris atque officii nõ meo, sed meorum necessariorum tempore mihi
suscipiendũ putarem. Quo in negocio tamen illa me res iudices
consolatur quod hec que uidetur esse accusatio mea nõ potius accu-
satio quam defensio est existimanda. defendo enim multos morta-
les multas ciuitates prouinciam Siciliam totã. Quare si unus
est accusandus propter eum mihi manere in instituto meo uideor et
nõ omnino ab omnibus defendendis subleuandisque discedere. Quod
si hanc causam tam idoneã, tam illustrem, tam grauem nõ haberem, si
aut hec a me Siculi nõ petissent: aut mihi cũ Siculis causa tante
necessitudinis nõ intercederet, et hoc quod facio rei p.
causa facere profiterer ut homo singulari cupiditate, scelere auda-
cia predictus cuius furta atque flagitia nõ Sicilia solũ, sed in

achaia, asia, cilicia, pamphilia: rome denique ante oculos omnium maxima
turpissimaque nosceremus, nec agente in iudicium vocaretur. Quis
tandem esset qui meum factum aut consilium posset reprehendere, quid
est [gap] deum hominumque fidem, in quo ego rei p. plus hoc tempore
prodesse possim. Quid est quod populo ro. gratius esse debeat aut socijs
exterisque nationibus optatius esse possit, aut saluti fortunisque homi-
num magis accomodatum sit. populate, vexate funditus eversae
provincie socij stipendiarijque po. ro. afflicti miseri iam non salu-
tis spem, sed solatij exitij querunt. Qui iudicia manere apud
ordinem senatorum volunt queruntur accusatores se idoneos non
habere qui accusare possint iudiciorum severitatem desiderat. p. r.
interea tamen et si multis incomodis difficultatibusque affectus
est, tamen nihil eque in r. p. atque illam veterem iudiciorum gravi-
tatemque requirit. Iudiciorum desiderio tribunitia potestas efflagitata
est, iudiciorum levitate ordo quoque alius ad res iudicandas postulatur iu-
dicum, culpa atque dedecore etiam censorium nomen quod asperius antea
po. ro. videri solebat, id nunc poscitur, id iam populare atque plausibile
factum est. In hac libidine hominum nocentissimorum in p. r. quotidia-
na querimonia, iudiciorum infamia totius ordinis offensione cum
hoc unum his tot incomodis remedium esse arbitrarer, ut homines
idonei atque integri causam p. r. legumque susciperent. Fateor me salutis
omnium causa ad eam partem accessisse rei p. sublevande que maxime
laboraret. nunc quoniam quibus rebus adductus ad causam accesserim
demonstravi necesse est de contentione nostra ut in constituendo
accusatore, quid sequi possitis, habeatis. Ego sic intelligo iudi-
ces cum de pecunijs repetundis nomen cuiuspiam, si certamen inter
aliquos cui potissimum delatio detur: hec duo in primis spectari
oportere quem maxime velint actorem esse, hi quibus facte esse di-
cantur iniurie. et quem minime velit is qui fecisse arguatur.
In hac causa iudices tametsi utrumque esse arbitror perspicuum tamen de
utroque dicam. et de eo prius quod apud vos plurimum debet valere
hoc est de voluntate eorum quibus iniurie facte sunt, quorum
causa iudicium de pecunijs repetundis est constitutum. Siciliam
provinciam. C. verres per triennium depopulatum esse siculorum civi-

tates vastasse domos exinanisse, fana spoliasse dicitur. Adsunt
queruntur siculi universi ad meam fidem quam habent spectatam iam
et diu cognitam confugiunt auxilium sibi per me a vobis atque
a po. ro. legibus petunt me defensorem calamitatum suarum me
ultorem iniuriarum, me cognitorem iuris sui, me actorem
cause totius esse voluerunt. Utrum hoc Q. Cecili dicebis, me non
siculorum rogatu ad causam accedere, an optimorum fidelissimorumque
sociorum voluntatem apud vos gravem esse non oportere. Si id au-
debis dicere quod C. verres cui te inimicum esse simulas, vult maxime
existimari, siculos hoc a me non petisse. Primum causam inimici
tui sublevabis, de quo non preiudicium sed plane iudicium iam factum
putatur, quod ita pervenit. Siculos omnes actorem sue cause contra
illius iniurias quesisse. hoc si tu inimicus eius factum nega-
bis quod ipse cui maxime hec res obstat negare non audet,
vide ne nimium familiariter inimicitias exercere videare.
Deinde sunt testes viri clarissimi nostre civitatis quos omnes a me
nominari non est necesse, eos qui adsunt appellabo: quos si men-
tirer testes esse impudentie nimie vellem. Scit is qui est
in consilio. C. marcellus, scit is qui adesse video. CN. lentu-
lus marcellinus, quorum fide atque presidio siculi maxime nitun-
tur, quod omnis marcellorum nomini tota illa provincia adiuncta est. hi
sciunt hoc non modo a me petitum esse: sed ita sepe et ita vehe-
menter esse petitum, ut aut causa mihi suscipienda fuerit,
aut officium necessitudinis repudiandum. Sed quid ego his
testibus utor, quasi res dubia aut obscura sit. Adsunt homines e tota
provincia nobilissimi, qui presentes vos orant atque obsecrant iudi-
ces, ut in actore cause sue deligendo vestrum iudicium a suo iudicio
ne discrepet. Omnium civitatum totius sicilie legationes adsunt
preter duas civitates, quarum duarum si adessent duo crimina et maxima
minuerentur, que cum his civitatibus. C. verri communia sunt. At enim
cur a me potissimum hoc presidium petiverunt. si esset dubium petis-
sent a me presidium nec ne dicerem cur petissent. Nunc vero cum
id ita perspicuum sit, ut oculis iudicare possitis nescio cur hoc mihi
detrimento esse debeat si id mihi obijciatur me potissimum esse delectum

vel id mihi non sumo videlicet et hoc non modo in oratione mea non pono, sed ne
in opinione quidem cuiusquam relinquo me omnibus patronis esse praepositum
non ita est, sed uniuscuiusque temporis valitudinis facultatis ad agendum
ducta ratio est. Mea fuit semper in hac re voluntas et sententia quem-
vis ut hoc mallem de his qui essent idonei suscipere quam me ut mal-
lem quam neminem. Reliquum est iam ut illud quaeramus cum hoc constet
siculos a me petisse et quid hanc rem apud vos animosque vestros valere
oporteat: et quid auctoritatis apud vos in suo iure repetundarum populi
romani supplices vestri habere debeant. De quo quid plura commemorem quasi vero
dubium sit quin tota lex de pecuniis repetundis sociorum causa consti-
tuta sit. Nam civibus cum sunt ereptae pecuniae civili fere actione et
privato iure repetuntur. haec lex socialis est, hoc ius nationum exterarum
est: hanc habent arcem minus aliquanto munitam nunc quidem quam antea,
verumtamen si qua reliqua spes est: quae sociorum animos consolari possit ea
tota in hac lege posita est: cuius legis non modo a populo romano sed etiam ab ultimis
nationibus iam pridem severi custodes requiruntur. Quis igitur est
qui neget oportere eorum arbitratu legem agi quorum causa lex sit
constituta? Sicilia tota si una voce loqueretur hoc diceret, quod
auri quod argenti quod ornamentorum in meis urbibus, sedibus, delubris
fuit quod in una quaque re beneficio senatus populique romani iuris habui
idem mihi tu C. Verres eripuisti atque abstulisti quo nomine abs te
sestertium milies ex lege repeto. Si universa ut dixi provincia
loqui posset hac voce uteretur, quoniam id non poterat harum rerum actorem
quem idoneum esse arbitrata est ipsa delegit. In eiusmodi re quisquam
tam impudens reperietur, qui ad alienam causam invitis his quorum
negotium est accedere aut aspirare audeat. Si tibi Q. Caecili hoc Si-
culi dicerent te non novimus, nescimus qui sis, numquam te antea vidimus
sine nos per eum nostras fortunas defendere cuius est fides nobis nota
nonne id dicerent quod cuivis probare deberent? Nunc hoc dicunt utrumque
se nosse, alterum se cupere defensorem esse fortunarum suarum: alterum plane
nolle: cur nolint etiam si taceant satis dicunt: verum non tacent tamen
his invitissimis te offers, tamen in aliena causa loquere tamen eos de-
fendes, qui se ab omnibus desertos potius quam abs te defensos esse ma-
lunt: tamen his operam tuam pollicebere qui te neque velle suam causam

nec si cupiant posse arbitrantur. Cur eorum spem exiguam reliquarum
fortunarum quam habent in legibus et iudicii severitate positam vi extorque-
re conaris. Cur te interponis invitissimis his quibus maxime lex
consultum esse vult: cur de quibus in provincia non optime es meritus eos
nunc plane fortunis omnibus conaris evertere. Cur eis non modo perse-
quendi iuris sui, sed etiam deplorandae calamitatis adimis potestatem.
Nam te actorem quem eorum affuturum putas, quos intelligis non ut per
te alium, sed ut per aliquem te ulciscantur laborare. At enim solum id est
ut me Siculi maxime velint alterum illud credo obscurum est a quo
Verres minime se accusari velit, et quis umquam tam palam de ho-
nore tam vehementer de salute sua contendit quam ille atque illius
amici ut ne haec mihi delatio detur. Sunt multa quae Verres in
me esse arbitratur quae scit in te Caecili non esse, quae cuiusmodi in utroque
nostrum sint, paulo post commemorabo. Nunc tantum id dicam quod taci-
tus tu mihi assentiare. Nullam rem esse in me quam ille contemnat
nullam in te quam pertimescat. Itaque magnus ille defensor et amicus
eius tibi hortensius suffragatur. me oppugnat. Aperte ab iudicibus
petit, ut tu mihi anteponare: et ait hoc se honeste sine ulla invi-
dia ac sine ulla offensione contendere. Non enim inquit illud peto
quod soleo cum vehementius contendi impetrare reus ut absolvatur
non peto, sed ut ab hoc potius quam ab illo accusetur id peto, da mihi
hoc: concede quod facile est quod honestum quod non invidiosum.
quod cum dederis, sine ullo tuo periculo, sine infamia illud dederis
ut is absolvatur: cuius ego causa laboro. Et ait et ut aliquis
metus adiectus sit, ad quosdam certos esse in consilio quibus ostendi
tabellas velit id esse perfacile: non enim singulos ferre sententias, sed
universos constituere ceratam unicuique tabellam dari cera legi-
tima non illa infamia ac nepharia, atque is non tam propter Verrem
laborat, quam quod eum minime res tota delectat. Videt enim si a pue-
ris nobilibus, quos adhuc elusit, si a quadruplatoribus quos sine
causa contempsit semper ac pro nihilo putavit accusandi voluntas
ad viros fortes spectatosque homines translata sit se in iudiciis do-
minari non posse. huic ego homini iam ante denuntio. Si a me causam
hanc vos agi volueritis, rationem illi defendendi totam esse mutandam

ut meliore et honestiore conditione, q̄ ipsa et uult, ut imitetur
hoīēs eos quos ipse uidit amplissimos. L. crassum et. M. antonium
q̄ nihil se arbitrabantur ad iudicia causasq̄ amicorū preter fidē et
ingeniū afferre oportere. Nihil erit q̄ me agente arbitrere iu
diciū sine magno multorū periculo posse corrumpi. Ego in hoc iudicio
mihi siculorū causam receptam. p. r. susceptam esse arbitror, ut mihi
nō unus homo improbus opprimendus sit: id quod siculi petiuerūt:
sed oīo improbitas id. p. r. iam diu flagitat extinguenda atque
delenda sit: in quo ego quid enitar, quid efficere possim, malo
in aliorū spe relinquere: q̄ in orōne mea ponere. Tu uō. C. cecili
quid potes? quo tempore, aut qua in re nō mō periculum ceteris ali
qd dedisti, sed ne te tui periculū fecisti. In mente tibi nō uenit quid ne
gotij sit causam pu. sustinere, uitā alterius totam explicare, atq̄
eam nō mō in aīs iudicū, sed et in oculis conspectuq̄ oīum expo
nere, sociorū salutē: cōmoda prouinciarū, uim legū, grauitatem
iudiciorū defendere. Cognosce ex me quoniam hoc primū tempus disc
endi natus, q̄ multa esse oporteat in eo qui alterū accuset, ex quibꝫ
si unū aliquod in te cognoris: ego iam tibi istuc quod expetis mea
uoluntate concedam. Primū integritatem atq̄ innocentiā singu
larem. Nihil est. n. q̄ minus ferendū sit q̄ rōem ab altero uite
deposcere eum qui sue reddere nō possit. Hic ego de te plura
nō dicā, unū illud credo oīs animaduertere et adhuc a nullis
nisi a siculis potuisse cognosci. Siculos h' dicere, cū eidē sint
irati, cui tute inimicū esse dicis, sese tamen te actore ad iudiciū
nō affuturos. q̄ negent ex me, nō audies hos patere suspicari
quod necesse est. Illi quid est hominū genus nimis acutū et
suspitiosum nō te ex sicilia lras in uerrem deportare uelle ar
bitrantur, sed hisdem lris illius pretura, et tua questura consi
gnata sit asportare te uelle lras ex sicilia suspicant. de accu
satore firmū uerumq̄ esse oportet. Cum ego si te putē cupe esse
facile intelligo esse nō posse nec ea dico que si dicā tam ifirma
re non possis. Te anq̄ de sicilia decesseris in gratiā redisse cū
uerre potamonē scribam et familiare tuū retentū esse a uerre
in prouincia, cū tu decederis. M. celiū fratrem lectissimū atque

ornatissimū adolescentem nō mō nō adesse, nec tecū tuas iniurias
psequi, sed esse cū uerre cū illo familiarissime atq̄ amicissime
uiuere. Sunt hec et alia in te falsi accusatoris signa, quibꝫ
ego nunc nō utor hec dico, si te maxie cupias: tamē uerū accusatore
esse nō posse. Video. n. permulta crimina esse solū quorū tibi societas
cū uerre huiusmoī est, ut ea in accusando attingere non audeas.
Queritur sicilia tota. C. uerrē ab aratoribus cū frumentū sibi in
cellam imperauisset: et cū esset tritici modius. H. pro frumento in
modios singulos duodenos sestertios exegisse. Magnū crimē
ingens pecunia, furtū impudens, iniuria non ferenda. Ego hoc
uno crimine illū condemnē necesse est. Tu cecili quid facies?
utrū hoc tm̄ crimen ptermittes? an obijcies? si id ne alteri cri
mini dabis: quod eodem tpr in eadem prouincia tu ipse fecisti?
Audebis ita accusare alterū, ut quominus tute condempnare
recusare nō posses si ptermittes qualis erit ista tua accusatio
que domestici periculi metu certissimi et maxi criminis nō mō
suspitionem, uerū et mentionē ipam pertimescat. Emptū est
ex senatus consulto frumentū a siculis pretore uerre, pro quo
frumento pecunia omīs soluta nō est. Graue est hoc crim in uerrem
graue in me agente, te accusante nullum. Eras. n. tu questor
pecuniam pu. tu tractabas, et qua etiā si cuperet pretor, tamē ne qua
deductio fieret: magna ex parte tua potestas erat. huius q̄ʒ ig̃
criminis te accusante mentio nulla fiet, silebitur iudicio de ma
xīs et notissimis illius furtis et iniurijs mihi crede. C. cecili
nō pot in accusando, socios uō defendere is qui cū reo crimī
societate coniunctus est. Mancipes a ciuitatibus pro frumento
pecuniam exegerunt. Quid? hoc uerre pretore factū est solum,
nō sed etiā questore cecilio quid agitur. Daturus es huic crimi
quod et potuisti prohibere huic ne fieret, et debuisti? an totum
id relinques? ergo id oīo uerres in iudicio suo nō audiet, q̄
cū faciebat quemadmodum defensurus esset, nō reperiebat atq̄
hec ego que in medio posita sunt commemoro, sunt alia magis
occulta furta, que ille ut istius credo aīos atq̄ impetus retar
daret, cū questore suo benignissime communicauit. h' tu scis

ad me esse delata, quę si velim proferre, facile omnes intelligent vobis
inter vos nō mō voluntatem fuisse coniunctam, sed ne predā quidem
adhuc esse diversam. Quapropter si tibi iudicium postulas dari, quod tecum
una feceris concedo, si id lege permittitur; sin autem de accusatione
dicimus, concedas oportet iis qui nullo suo peccato impediuntur quominus
alterius peccata demonstrare possint, ac videre quantum interfuturum
sit inter meā atque tuā accusationem. Ego etiā quę tu sine Verre com-
misisti, Verri crimini daturus sum: quod te nō prohibuerit cum sum-
mā haberet potestatem. tu contra ne illa quidem quę fecit obiicies, ne qua ex
parte coniunctus cum eo reperiare. Quid? illa Caecili contem-
nenda ne tibi videntur esse, sine quibus causa sustineri presertim
tanta nullo pot(est)? Aliqua facultas agendi, aliqua dicendi consue-
tudo, aliqua in foro, iudiciis, legibus, aut ratio, aut exercitatio.
Intelligo quam scopuloso quam difficili in loco verser. Nam cum omnis
arrogantia odiosa est, tum illa ingenii atque eloquentię multo
molestissima. Quamobrem nihil dico de meo ingenio, neque est quod
possim dicere, neque si esset, dicerem. Aut enim id mihi satis est
quod est de me opinionis quicquid est, aut si id parum est, ego maius
id commemorando dicere facere nō possum. De te Caecili iam me-
hercule hoc extra hanc contentionem, certamenque nostrum familiari-
ter tecum loquar. Tu ipse quemadmodum vide etiam atque etiam et tute collige.
et qui sis et quid facere possis considera. Putas ne te posse
quę C. Verres in questura, quę in legatione, quę in pretura, quę
Romę, quę Italia, quę in Achaia, Asia, Pamphilia peccavit
ea quemadmodum locis, temporibusque divisa sunt, sic criminibus
et oratione distinguere? Putas ne te posse id quod in eiusmodi
reo maxime necessarium est facere: ut quę ille libidinose quę ne-
farie, quę crudeliter fecerit, ea eque acerba et indigna vide-
antur esse his qui audient atque illis visa sunt qui senserunt.
Magna sunt ea quę dico mihi crede, noli hęc contemnere. dicenda,
demonstranda, explananda sunt, oratio nō solum exponenda sed
et graviter copioseque agenda est. perficiendum si quid agere aut
perficere vis ut homines te nō solum audiant, verum et libenter stu-
dioseque audiant, in quo si te multum natura adiuvaret, si optimis

a pueritia disciplinis atque artibus studuisses et in his elaborasses
si literas grecas Athenis nō Lilybei latinas Romę nō in Sicilia di-
dicisses, tamen esset magnum tantā causam tam expectatā et diligentia
consequi et memoria complecti, et oratione exponere, et voce, et
viribus sustinere. Fortasse dices quid? ergo in te sunt omnia? ut-
quid esset, verumtamen ut esse possent magno studio mihi a pueri-
tia est elaboratum. Quod si ego propter magnitudinem rerum ac difficul-
tatem assequi nō potui: qui in omni vita nihil aliud egi quam longe
tu te abesse ab his rebus arbitrare, quas nō mō ante excogitasti
nunquam, sed ne nunc quidem cum in eas ingrederis quę et quantę
sint suspicari. Ego qui sicut omnes sciunt in foro, iudiciisque
ita versor, ut eiusdem ętatis aut nemo aut pauci plures causas
defenderint, et qui omne tempus quod mihi ab amicorum nego-
tiis datur in his studiis laboribusque consumam quo pa-
ratior ad usum forensem promptiorque esse possim: tamen ita deos
mihi velim propitios: ut cum illius temporis mihi venit in mentem
quo die citato reo dicendum sit, nō solum commoveor animo sed etiam
toto corpore perhorresco. Iam nunc mente et cogitatione prospi-
cio quę tum studia hominum, qui concursus futuri sint, quantam
expectationem magnitudo iudicii sit allatura, quantam audi-
torum multitudinem. C. Verris infamia concitatura, quantam
denique audientiam orationi meę improbitas futura illius sit. quę
cum cogito iam nunc timeo, quid nam pro offensione hominum qui
illi inimici, infensique sunt et expectatione omnium et magnitu-
dine rerum dignum eloqui possim. tu horum nihil metuis, nihil la-
boras, nihil cogitas, si quid ex vetere aliqua oratione Iovem ego opti-
mum maximum aut vellem si fieri potuisset iudices aut aliquid eius-
modi ediscere potueris preclare te paratum in iudicium venturum
arbitraris, ac si nemo tibi responsurus esset, tamen ipsam causam
ut ego arbitror demonstrare nō posses. Hunc ne illud quidem
cogitas tibi cum homine disertissimo et ad dicendum paratissimo futurum
esse certamen, qui cum mecum differendum, modo omni ratione pugnandum
certandumque sit: cuius ego ingenium ita laudo ut nō pertimescam,
ita probo, ut me ab eo delectari facilius quam decipi putem posse.

Numquam ille me opprimet consilio, numquam ullo artificio pervertet, numquam in
genio me suo labefactare atque infirmare conabitur. Novi omnes
hominis petitiones rationesque dicendi, saepe in hisdem, saepe in contrariis
causis versati sumus: ita contra me ille dicet, quamvis sit ingeniosus,
ut nonnullum etiam de suo ingenio iudicium fieri arbitretur. Te vero
Caecili quemadmodum sit elusurus, quam omni ratione iactaturus, videre
iam videor, quotiens ille tibi potestatem optionemque facturus sit, ut eli
gas utrum velis, factum esse necne: verum esse an falsum: utrum dixeris
id contra te futurum. Qui tibi aestus, qui error, quae tenebrae, di
immortales erunt homini minime malo. Quid cum accusationis tuae
membra dividere coeperit, et in digitis suis singulas partes
causae constituere, quid cum unumquodque transigere, expedire, absol
vere. Ipse profecto metuere incipies, ne innocenti periculum fac
esseris. Quid cum commiserari, conqueri, et ex illius invidia deonerari
aliquid et in te traicere coeperit, commemorare quaestoris cum praetore
necessitudinem constitutam, morem maiorum, sortis religionem, pote
risne eius orationis subire invidiam. Vide modo etiam atque etiam
considera. Mihi enim videtur periculum fore, ne ille non modo verbis
te obruat, sed gestu ipso ac motu corporis perstringat aciem ingenii
tui, teque ab institutis tuis cogitationibusque abducat. Atque hu
iusce rei iudicium iam continuo video futurum. Si enim tu hodie
respondere ad haec quae dico potueris, si ab isto libro quem tibi ma
gister ludi nescio qui ex alienis orationibus compositum dedit
verbo uno discesseris, posse te et illi quoque iudicio non deesse
et causae atque officio tuo satisfacere arbitrabor. Sin mecum in
hac prolusione nihil fueris, quem te in ipsa pugna cum acerri
mo adversario fore putemus. Esto ipse nihil est, nihil potest:
at venit paratus cum subscriptoribus (exercitatis) et disertis. Est
tamen hoc aliquid tametsi non est satis. Omnibus enim rebus is qui
princeps in agendo est, ornatissimus et paratissimus esse
debet. Verum tamen L. Apuleium esse video proximum subscriptorem
hominem non aetate sed usu forensi atque exercitatione tironem.
Deinde ut opinor habet Alienum, hunc tamen a subselliis: qui quid in
dicendo possit numquam satis attendi: in clamando quidem video

esse eum bene robustum atque exercitatum. In hoc spes tuae sunt omnes, hic si
tu eris actor constitutus, totum iudicium sustinebit. at ne is quidem
tantum contendet in dicendo quantum potest, sed consulet laudi et
existimationi tuae, et ex eo quod ipse potest in dicendo aliquantulum
remittet, ut tu tamen aliquid esse videare, ut in actoribus graecis
fieri saepe videmus saepe illum qui est secundarum aut tertiarum partium
cum possit aliquanto clarius dicere, quam ipse primarum, multum submittere,
ut ille princeps quam maxime excellat, sic faciet Alienus: tibi serviet,
tibi lenocinabitur, minus aliquanto contendet quam potest: nam hoc con
siderate cuiusmodi accusatores in tanto iudicio simus habituri,
cum et ipse Alienus ex ea facultate, si quam habet, aliquantum de
tracturus sit, et Caecilius tum denique aliquid se futurum putet,
si Alienus minus vehemens fuerit, et sibi primas in dicendo
partes concesserit. Quartum quem sitis habituri non video, nisi quem
forte ex illo grege oratorum qui subscriptionem sibi postularunt
cuicumque vos delationem dedissetis, ex quibus alienissimis
hominibus ita paratus venis, ut tibi hospes aliquis sit recipien
dus, quibus ego non sum tantum honorem habiturus, ut ad ea quae
dixerint certo loco aut sigillatim unicuique respondeam: sic
breviter quoniam non consulto, sed casu in eorum mentionem incidi,
quasi praeteriens satisfaciam universis. Tanta ne vobis ino
pia videor esse amicorum, ut mihi non ex his quos mecum adduce
rem, sed de populo subscriptor addatur: vobis autem tanta inopia
reorum, ut mihi causam praeripere conemini potius quam aliquos ad
columna gnea vestri ordinis reos reperiatis. Custodem inquit
Tullio me apponite, quid mihi quam multis custodibus opus erit, si
te semel ad meas capsas admisero, qui non solum ne quid
enunties, sed etiam ne quid auferas custodiendus sis. Sed de
isto custode toto sic vobis brevissime respondebo: non esse tales
homines viros commissuros, ut ad causam tantam a me susceptam, mihi
creditam quisquam subscriptor me invito aspirare possit. et
enim fides mea custodem repudiat, diligentia speculatorem
reformidat. Verum ut ad te redeam Caecili, quam multa sint in te
quae reus nocens in accusatore suo cupiat. Profecto iam

intelligis quod adhuc dici potest. Non enim quaero quid tu dicturus sis, vi-
deo mihi non esse sed hunc librum et responsionum quem monitor tuus
hoc tenet: cui si recte monere volet, suadebit tibi ut hinc disce-
das neque mihi verbum ullum respondeas. Quid enim dices? An id quod
dictitas iniuriam fecisse tibi Verrem arbitror? Neque enim est verisimile
cum omnibus Siculis faceret iniurias, te illi unum eximium consulere
fuisse. Sed ceteri Siculi ultorem suarum iniuriarum invenerunt: tu
dum tuas iniurias per te id quod non potes persequi conaris, id
agis ut ceterorum quoque iniuriae sint impunitae atque inultae.
Et hoc te praeterit non id solum spectari solere quod debeat, sed et
illud quod possit ulcisci: in quo utrumque sit, eum superiorem
esse; in quo alterum, in eo non quid is velit, sed quid facere pos-
sit, quaeri solere. Quod si ei potissimum censes permitti oportere
accusandi potestatem cui maximam C. Verres iniuriam fecerit,
utrum tandem censes hos iudices gravius ferre oportere te ab
illo esse laesum an provinciam Siciliam esse vexatam ac perditam?
Opinor concedis multo hoc et gravius esse et ab omnibus ferri gra-
vius oportere. Concede igitur ut tibi anteponatur in accusando pro-
vincia: nam provinciam accusat cum is agit causam quem sibi
illa defensorem sui iuris, ultorem iniuriarum, actorem causae
totius adoptavit. At eam tibi C. Verres fecit iniuriam
quae ceterorum quoque animos posset alieno incommodo commovere.
Minime: nam id quoque ad rem pertinere arbitror, qualis
iniuria dicatur, quae causa inimicitiarum. Cognoscite ex me:
nam iste eam profecto, nisi plane nihil sapit, numquam profe-
ret. Agonis est quaedam Lilybitana, liberta Veneris Erycinae, quae
mulier ante hunc quaestorem copiosa plane et locuples fuit.
Ab hac praefectus Antonii quidam servos symphoniacos abdu-
cebat per iniuriam, quibus se in classe uti velle dicebat. Tum illa,
ut mos in Sicilia est omnium Venereorum et eorum qui se ab
Venere liberaverunt, ut praefecto illi religionem Veneris no-
menque obiceret, dixit et se et omnia Veneris esse. Ubi hoc quae-
stori Caecilio, viro optimo et homini aequissimo, nuntiatum, vocari
ad se Agonidem iubet, iudicium dat statim si paret eam se

et se Veneris esse dixisse. Iudicant recuperatores id quod necesse
erat. Neque enim erat cuiquam dubium quin illa dixisset. Iste in possessionem
bonorum mulieris mittit, ipsam Veneri in servitutem adiudicat, de-
inde bona vendit, pecuniam redigit. Ita dum pauca mancipia
Veneris nomine Agonis ac religionis retinere vult, fortunas
omnes libertatemque suam istius iniuria perdidit. Lilybaeum Verres
venit, postea rem cognoscit, factum improbat, cogit quaestorem
suum pecuniam quam ex Agonidis bonis redegisset, eam omnem
mulieri annumerare et reddere. Est adhuc id quod omnes
vos admirari video, non Verres, sed Q. Mucius. Quid enim
facere potuit elegantius ad hominum existimationem, aequius ad
levandam mulieris calamitatem, vehementius ad quaesto-
ris libidinem coercendam? Summe haec omnia mihi videntur
esse laudanda, sed repente e vestigio ex homine tamquam circeo
poculo factus est Verres: redit ad se atque ad mores suos;
namque ex illa pecunia magnam partem ad se vertit, mulieri
reddit quantulum visum est. Hic tu si laesum te a Verre esse di-
ces, patiar et concedam; si iniuriam tibi factam quereris, defendam
et negabo. Deinde de iniuria quae tibi facta est, neminem nostrum gra-
viorem vindicem esse oportet quam te ipsum cui facta dicitur. Si tu cum
illo postea in gratiam redisti, si domi illius aliquotiens fuisti,
si ille apud te postea cenavit, utrum te perfidiosum an praevarica-
torem existimari vis? Video esse necesse alterutrum, sed ego tecum
in eo non pugnabo quominus utrum velis eligas. Quid si ne iniu-
riae quidem quae tibi ab illo facta sit causa remanet, quid habes
quod possis dicere? Quam ob rem non modo mihi sed cuiquam anteponare,
nisi forte illud quod dicturum te esse audio, quaestorem illius
fuisse: quae causa gravis esset, si certa res mecum uter nostrum illi
amicior esse deberet. In contentione suscipiendarum inimicitiarum
ridiculum est putare causam necessitudinis ad inferendum periculum
iustam videri oportere. Etenim si plurimas a tuo praetore iniu-
rias accepisses, tamen eas ferendo maiorem laudem quam ulciscen-
do mererere. Cum vero nullum illius in vita rectius factum sit quam id
quod tu iniuriam appellas, hi statuent hanc causam quam ne in alio quidem

probarent in te ista ad necessitudinem uiolandam audere. Quis si sum
mam iniuriam ab illo accepisti tamen quoniam eius questor fuisti non potes
eum sine ulla uituperatione accusare, si uero nulla tibi facta est
iniuria, sine scelere eum accusare non potes. Quare cum incer
tum sit de iniuria quemquam esse horum putas qui non malit te sine ui
tuperatione quam cum scelere discedere; ac uide quid differat inter
meam opinionem et tuam. Tu cum omnibus rebus inferior sis: hac una
in re te mihi anteferri putas oportere quod questor illius fueris.
Ego si superior ceteris rebus esses: hac una ob causam te accusatorem
repudiari putarem oportere: sic enim a maioribus nostris accepimus,
pretorem questori suo parentis loco esse oportere nullam neque iustiorem
neque grauiorem causam necessitudinis posse repperiri, quam coniun
ctionem sortis, quam prouincie, quam officii, quam publicam muneris societatem.
Quamobrem si iure eum posses accusare, tamen cum is tibi parentis numero
fuisset, id pie facere non posses. Cum uero neque iniuriam accepe
ris et pretori tuo periculum crees, fatearis necesse est, te illi iniustum
impiumque bellum inferre conari: etenim ista questura ad eam rem
ualet, ut elaborandum tibi in oratione reddenda sit. Quamobrem qui
questor eius fueris accuses non ut ob eam ipsam causam postulandum
ut tibi potissimum accusatio detur: neque fere umquam uenit in con
tentionem de accusando qui questor fuisset, quin repudiaretur.
Itaque neque L. philoni in C. seruilium nominis deferendi potestas est
data: neque M. aurelio scauro in L. flaccum, neque CN. pompe
ius ita cum C. iulio contendit ut tu mecum questor enim albutii fue
rat, ut tu uerris iulius hoc secum auctoritatis ad accusandum affere
bat, quod ut hoc tempore nos a siculis sic tum ille a sardis rogatus ad
causam accessbat. Semper hec plurimum ualuit, semper hec ratio ac
cusandi honestissima pro sociis, pro salute prouincie pro exterarum
nationum commodis inimicitias suscipere ad periculum accedere
operam, studium, laborem interponere. Etenim si probabilis est eorum
causa qui iniurias suas persequi uolunt: qua in re dolori suo
non rei publice commodis seruiunt: quanto illa causa honestior que non
solum probabilis uideri sed etiam grata esse debet, nulla priuatim
accepta iniuria sociorum atque amicorum populi romani dolore atque

iniuriis commoueri. Nuper cum P. gabinium uir fortissimus et inno
centissimus. L. piso delationem nominis postularet et contra Q. ce
cilius peteret, isque se ueteres inimicitias iamdiu susceptas per
sequi diceret, cum auctoritas ac dignitas pisonis ualebat plurimum
tum illa erat causa iustissima quod eum sibi achei patronum adop
tarant. Etenim cum lex ipsa de pecuniis repetundis sociorum atque
amicorum populi romani patrona sit: iniquum est non eum legis iudiciique ac
torem idoneum maxime putari quem actorem cause sue socii defensoremque fortunarum suarum
esse potissimum uoluerunt: an quod ad commemorandum est honestius
ad probandum non multum uideri debet equius. Utra igitur est splen
didior. utra illustrior commemoratio. Accusaui eum qui cum questor
fueram qui cum me sors, consuetudoque maiorum, qui cum me deorum homi
numque iudicium coniunxerat. An accusaui rogatu amicorum atque sociorum
delectus sum ab uniuersa prouincia qui eius fortunasque defenderem
dubitare quisquam potest, quin honestius sit eorum causa apud quos questor
fueris accusare. clarissimi uiri nostre ciuitatis temporibus optimis
hoc sibi amplissimum pulcherrimumque ducebant, ab hospitibus clientibus
suis ab exteris nationibusque que in amicitiam populi romani dictionemque
essent iniurias propulsare eorum qui fortunas defendere. M. catonem
illum sapientem clarissimum uirum et prudentissimum cum multis graues
inimicitias gessisse accepimus propter hispanorum apud quos consul
fuerat iniurias. Nuper. CN. domitius scimnus D. sillano diem dixisse
propter unius hominis egritomari paterni amici atque hospitis iniurias.
Neque enim magis animos hominum nocentium res ulla commouit, quam hec maiorum
consuetudo longo interuallo repetita ac relata sociorum querimonie
delate ad hominem non inertissimum suscepte ab eo qui uidebatur eorum
fortunas fide diligentiaque sua posse defendere. hoc timent homines
hoc laborant, hoc institui atque adeo institutum referri ac renouari
moleste ferunt, putant fore uti, si paulatim hec consuetudo ser
pere ac prodire coeperit per homines honestissimos uirosque fortissi
mos, non imperitos adolescentes aut illiusmodi quadruplatores
leges iudiciaque administrantur cuius consuetudinis atque instituti
patres maioresque nostros non penitebat, tum cum P. lentulus is qui prin
ceps senatus fuit accusabat M. aquilium subscriptore C. rutilio

ruso aut cum P. affricanus homo virtute fortuna gloria rebus gestis
amplissimus postea quam bis consul et censor fuerat L. cottam in iudicium
uocabat. Iure tum florebat populi ro. nomen iure auctoritas huius imperii ci
uitatisque maiestas grauis habebatur. Nemo mirabatur in affricano
quod in me nunc homines paruis opibus ac facultatibus praediti simulant
se mirari cum moleste ferunt. Quid sibi uult iste? accusatorem
ne se existimari qui antea defendere consueuerat nunc praesertim
ea iam aetate cum aedilitatem petam. Ego uero aetatis non modo meae
sed multo etiam superioris et honoribus amplissimis praediti puto esse et accu
sare improbos et miseros calamitososque defendere. Et profecto
hoc remedium est aegrotae ac prope desperatae rei p. iudiciisque corrup
tis et contaminatis paucorum uitio ac turpitudine homines ad
legum defensionem iudiciorumque auctoritatem quam honestissimos et integer
rimos diligentissimosque accedere, aut si ne hoc quidem prodesse po
terit profecto nulla umquam medicina his tot incommodis reperietur.
Nulla salus rei p. maiorem quam eos qui alterum accusant non minus
de laude, de honore, de fama sua quam illos qui accusantur de capi
te ac fortunis suis pertimescere. Itaque semper hi diligentissime labo
riosissimeque accusarunt qui se ipsos in discrimine existimatio
nis uenire arbitrati sunt. Quam ob rem hoc statuere iudices debetis
Q. caecilium de quo nulla umquam opinio fuerit nullaque in hoc ipso
iudicio expectatio futura sit qui neque ut ante collectam famam
conseruet neque uti reliqui temporis spem confirmet laborat
non minus hanc causam seuere non nimis accurate non nimis
diligenter acturum. Habet enim nihil quod in offensione deperdat
ut turpissime flagitiosissimeque discedat nihil de suis ueteribus
ornamentis requiret. A nobis multos obsides habet p. r. quos
ut incolumes conseruare, tueri, confirmare ac recuperare pos
simus omni ratione erit dimicandum: habet honorem quem petimus, habet
spem quam propositam nobis habemus, habet existimationem multo sudore
labore uigiliisque collectam, ut si in hac causa nostrum officium ac dili
gentiam probauerimus: haec quae dixi retinere per p. r. incolumia
ac salua possimus. Si tantulum offensum titubatumque sit, ut ea
quae singulatim ac diu collecta sunt, uno tempore uniuersa perdamus.

Quapropter iudices uestrum est deligere quem existimetis facillime posse
magnitudinem causae ac iudicii sustinere fide diligentia consilio
auctoritate. Vos si mihi Q. caecilium anteposueritis ego me dignitate
superatum non arbitrabor. p. r. ne tam honestam tam seueram
diligentemque accusationem neque uobis placuisse neque ordini
uestro placere arbitretur prouidete.

M. T. CICERONIS IN VERREM accusationum lib. ii. Incipit feliciter.

Quod erat optandum maxime iudices et quod unum ad inui
diam nostri ordinis infamiamque iudiciorum sedandam
maxime pertinebat id non humano consilio sed prope
diuinitus datum atque oblatum nobis summo rei p.
tempore uidetur. Inueterauit enim iam opinio perniciosa r. p. nobis
periculosa quae non modo apud exteras nationes omnium sermone perre
buit. His iudiciis quae nunc sunt pecuniosum hominem quamuis sit nocens
neminem posse damnari. Nunc in ipso discrimine ordinis iudi
ciorumque uestrorum cum sint parati qui contionibus et legibus hanc in
uidiam senatus inflammare conentur reus in iudicium adductus
est C. uerres homo uita atque factis omnium iam opinione damnatus
pecuniae magnitudine sua spe ac praedicatione absolutus. Huic
ego causae iudices cum summa uoluntate et expectatione populi rom.
actor accessi non ut augerem inuidiam ordinis sed ut infamiae
communi succurrerem. Adduxi enim hominem in quo reconciliare existimatio
nem iudiciorum amissam redire in gratiam cum p. ro. satisfacere
exteris nationibus possetis depeculatorem aerarii uexatorem asiae
pamphiliae praedonem iuris urbani labem atque perniciem prouinciae
siciliae, de quo si uos seuere atque religiose iudicaueritis auctoritas
ea quae in uobis manere debet haerebit. Sin istius ingentes di
uitiae iudiciorum religionem ueritatemque perfregerint. Ego hoc
tamen assequar ut iudicium potius r. p. quam aut reus iudicibus aut
accusator reo defuisse uideatur. Equidem ut de me confitear iudices
cum multae mihi a C. uerre insidiae terra marique factae sint

quas partim mea diligentia devitarem: partim amicorum studio officioque repulerim, numquam tamen neque tantum periculum mihi adire visus sum, neque tantopere pertimui ut nunc in ipso iudicio, neque tantum me exspectatio accusationis meae, concursusque tantae multitudinis, quibus ego rebus vehementissime perturbor, commovet quantum istius insidiae nephariae quas uno tempore mihi M. Glabrioni, sociis, exteris nationibus, ordini, nomini denique senatorio facere conabatur, qui ita dictitat: his esse metuendum qui quod ipsis solis satis esset, subripuissent, se tantum rapuisse, ut id multis satis esse possit. Nihil esse tam sanctum quod non violari, nihil tam munitum, quod non expugnari pecunia possit. Quod si quam audax est ad conandum tam esset obscurus in agendo fortasse aliquo in re nos aliquando fefellisset. Verum hoc adhuc percommode cadit, cum incredibili eius audacia singularis stultitia coniuncta est. Nam ut apertus in corripiendis pecuniis fuit sic in spe corrumpendi iudicii perspicua sua consilia conatusque omnibus fecit. Semel ait se in hac vita pertimuisse, tum cum primum reus a me factus sit, quod cum esset e provincia recens esset invidiaque et infamia non recenti sed vetere ac diuturna flagraret; tum ad iudicium corrumpendum tempus alienum offenderet. Itaque cum ego diem in Siciliam inquirendi perexiguam postulavissem: invenit iste qui sibi in Achaiam biduo breviorem diem postularet, non ut is idem conficeret diligentia et industria sua: quod ego meo labore et vigiliis consecutus sum. Etenim ille Achaicus inquisitor ne Brundisium quidem pervenit. Ego Siciliam totam quinquaginta diebus sic obii ut omnium populorum privatorumque litteras, iniuriasque cognoscerem ut perspicuum cuivis esse posset hominem ab isto quaesitum esse non qui reum suum adduceret, sed qui meum tempus obsideret. Nunc homo audacissimus atque amentissimus hoc cogitat. Intelligit me ita paratum atque instructum in iudicium venire, ut non modo in auribus vestris, sed in oculis omnium sua furta atque flagitia defixurus sim. Videt senatores multos esse testes audaciae suae videt multos equites Ro. frequentes praeterea cives atque socios quibus ipse insignes iniurias fecerit. Videt etiam tot graves

civitatibus

civitatibus legationes cum publicis auctoritatibus ac testimoniis convenisse. Quae cum ita sint usque eo de omnibus bonis male existimat, usque eo senatoria iudicia perdita, profligataque esse arbitratur, ut hoc palam diceret, non sine causa se cupidum pecuniae fuisse, quoniam tantum in pecunia praesidium experiatur et sese id quod difficillimum fuerit tempus ipsum emisse iudicii sui, quo cetera facilius emere posset ut quoniam criminum vim subterfugere nullo modo poterat, procellam temporis devitaret. Quod si non modo in causa, verum in aliquo honesto praesidio, aut alicuius eloquentia, aut gratia spem aliquam collocasset, profecto non haec omnia colligeret, et aucuparetur. Non usque eo despiceret contemneretque ordinem senatorium, ut arbitratu eius deligeretur ex senatu qui reus fieret, qui dum hic quae opus essent compararet, causam interea ante eum diceret. Quibus ego rebus quid iste speret et quo animum intendat, facile perspicio. Quamobrem non se confidat aliquid perficere posse hoc Glabrione praetore in reiectione iudicum viderant eo sepe istum fuisse praeditum, ut etiam rationem salutis in pecuniis poneret, hoc erepto praesidio ut nullam sibi rem adiumento arbitraretur. Etenim quod est ingenium tantum, quae tanta facultas dicendi et copia, quae istius vitam tot vitiis flagitiisque convictam iampridem omnium voluntate iudicioque damnatam aliqua ex parte possit defendere: cuius adolescentiae maculas, ignominiasque praeteream quaestura primus gradus honoris. Quid aliud habet in se nisi C. Carbonem spoliatum a quaestore suo pecunia publica nudatum et proditum consulem desertum exercitum relictam provinciam, sortis necessitudinem, religionemque violatam: cuius legatio exitium fuit Asiae totius et Pamphyliae. Quibus in provinciis multas domos, plurimas urbes, omnia fana depopulatus est, tum in Gn. Dolabellam suum scelus illud pristinum renovavit et instauravit quaestorium cum eum cui legatus et proquaestore fuisset, et invidiam suis maleficiis adduxit et in ipsis periculis non solum deseruit, sed etiam oppugnavit ac prodidit. Cuius praetura urbana aedium sacrarum fuit publicorumque operum depopulatio simul in iure dicendo bonorum possessionumque contra omnium instituta addictio et condonatio. Iam vero omnium vitiorum suorum plurima et maxima constituit monumenta et indicia in provincia Sicilia quam iste per triennium ita vexavit ac perdidit ut ea restitui in

antiquū statū nullo mō possit. uix aūt p multos annos innocentesq;
pretores aliqua ex parte recreari aliquando posse uidear. Hoc
pr siculi neq; suas leges, neq; nra senatus consulta, neque communia
iura tenuerunt: tantū quisq; habet in sicilia quantū hoīs auarissi-
et libidinosissimi et imprudentiā subterfugit aut satietati superfuit
nulla res p triennium nisi ad nutū istius iudicata est: nulla res tā
usq; tam patria atque auita fuit qui non ab eo imperio istius abiu-
dicaretur. Innumerabiles pecunie ex aratorum bonis nouo nephariōq;
instituto coacte socij fidelissimi in hostiū numero existimati ciues romani
seruilem in modū cruciati et necati homines nocentissimi pp pecuniam
iudicio liberati honestissimi atq; integerrimi absentes rei facti indicta
causa damnati et eiecti portus munitissimi maxime tutissimeq;
urbes piratis predonibusq; patefacte. Naute milites siculorum socij
nri atq; amici fame necati classes optime atq; opportunissime
cū magna ignominia p. r. amisse et perdite. pr. monumenta
antiquissima partim regū locupletissimorum que illi ornamento
urbis esse uoluerunt: partim etiā nostrorum imperatorum que uictores
ciuitatibus siculis aut dederunt aut reddiderunt spoliauit, nuda-
uitq; omīa, neq; hoc solū in statuis publicis ornamentisq; fecit
sed etiā delubra omīa sanctissimis religionibus consecrata depeculat(us)
est. Deū denīq; nullū siculis, qui ei paulo magis affabre atque an-
tiquo artificio factus uideretur, reliquit. In stupris uō et flagitijs
nepharias eius libidines cōmemorare pudore deterreor simul
illorum calamitatem cōmemorando augere. nolo quibus liberos co-
iugesq; suas integras ab istius petulantia conseruare nō licitum est.
At enim hec ita commissa sunt ab isto: nō cognita sunt ab omnibus. Homi-
nem esse arbitror neminem qui istius nomen audierit quin fca q̄
eius nepharia commemorare possit: ut mihi magis timendum
sit, ne multa crimina pretermittere quam ne qua in istū fingere existi-
mer. Neq; enim mihi uidetur hec multitudo que audiendū conue-
nit cognoscere ex me causam uoluisse, sed ea que scit mecū recogno-
scere. Que cū ita sint iste homo amens ac pditus alia mecum
ratione pugnat, nō id agitur: ut alicuius eloquentiā mihi oppo-
nat, nō grām, nō auctoritatem cuiusquam, nō potentia nititur, simulat

hijs se rebus confidere, sed uideo quid agat, neq; enim occultissime
pponit inania mihi nobilitatis hoc est hominum arrogantium nomina
qui non tam me impediunt quod nobiles sint quam adiuuant quod noti
sunt. Simulat se eorum presidio confidere, cū interea aliud quiddā
iam diu machinetur. Quam spem nūc habeat in manibus et quid
moliatur breuiter iam iudices exponam, sed prius ut ab initio res
ab eo constituta sit, queso cognoscite. Ut primū e prouincia rediit
redemptio est huius iudicij ~~confecta~~ grandi pecunia mansit in-
dictione atq; pacto usq; ad eum finem dum iudices reiecti sunt, po-
steaquam reiectio iudicum facta est: quod et in sortitione istius spem fortuna
p. r. et in reiciendis iudicibus mea diligentia istorum impudentiam
uicerat, renuntiata est tota conductio. Preclare se res habebat,
libelli nominum uirorum consilij que huius in manibus erant, nunc
nulla nota, nullus color, nulle sordes uidebantur his sententijs
adlini posse. cū iste repente ex alacri atq; leto sic erat humilis
atq; demissus, ut nō modo p. r. sed et sibi ipse condemnatus
uideretur. Ecce aūt repente his diebus paucis comitijs consula-
ribus factis, eadem illa uetera consilia pecunia maiore repetun-
tur, eedemq; nre fame, fortunisq; omnium insidie p eosdē homines
comparantur. Que res pō iudices pertenui nobis argumento indicioq;
patefacta est, post aperto suspicionis introitu ad omnia intima
istorum consilia sine ullo errore puenimus. Nam ut Horten-
sius consul designatus domum reducebatur e campo cū maxima
frequentia ac multitudine fit obuiam casu ei multitudini. C. curio
quem ego hominem honoris potius quam contumelie causa nominatū
uolo: etenim ea dicam que ille si commemorari noluisset, non
tanto in conuentu tam aperte palamq; dixisset, que tamen a me
pedetentim cauteq; dicentur ut amicitie nre et dignitatis illius
hita et ratio intelligatur. Uidet ad ipsum fornicem fabianū in
turba uerrem appellat hominem, et ei maxima uoce uictoriam
gratulatur, ipsi hortensio qui consul erat ppinquis necessar-
ijsq; eius, qui cū aderant, uerbū nullū facit cū hoc consistit
~~inquit tibi~~ hunc amplexatur, hunc iubet sine cura esse. Renuntio
inquit tibi te hodiernis comitijs esse absolutum. Quod cū tam

multi homines honestissimi audissent, statim ad me defertur, ymo vero ut quisque
me viderant, narrabant. Alijs illud indignum, alijs ridiculum videbatur.
Ridiculum his qui istius causam in testium fide, in criminum ratione, in iudicum
potestate, non in comitijs consularibus positam arbitrabantur. Indignum his
qui altius perspiciebant, et hanc gratulationem ad iudicium corrumpen-
dum spectare arbitrabantur. Etenim sic ratiocinabantur, sic honestissimi
homines inter se et mecum loquebantur: aperte iam et perspicue nulla esse iudi-
cia. Qui reus pridie iam ipse se condemnatum putat, is posteaquam defen-
sor eius consul est factus: quid igitur? Ex tota Sicilia quod omnes Siculi, omnes
negotiatores, omnes publice privateque littere Rome sunt, nihil id
valebat? Nihil invito consule designato. Quid iudices? non crimina,
non testes, non existimationem p. r. sequentur, non omnia in unius potestate
ac moderatione vertentur. Vere loquar iudices: vehementer me
hec res commovebat. Optimus enim quisque ita loquebatur: iste quidem
tibi eripietur. Sed nos non tenebimus iudicia diutius. Etenim quis
poterit Verre absoluto de transferendis iudicijs recusare? Erat
omnibus molestum, neque eos tam istius hominis perditi subita letitia
quam hominis amplissimi nova gratulatio commovebat. Cupiebam dissi-
mulare me id moleste ferre, cupiebam animi dolorem vultu tegere
et taciturnitate celare. Ecce autem illis ipsis diebus cum pp. ro.
designati sortirentur et M. Metello obtigisset, ut is de pecunijs
repetundis quereret, nuntiatur mihi tantam gratulationem isti esse
factam, ut is quoque domum pueros mitteret, qui uxori sue nuntia-
rent. Sane ne hec quidem res mihi placebat, neque tamen tantopere quid
in hac sorte metuendum mihi esset intelligebam. Unum illud
ex hominibus certis ex quibus omnia comperi reperiebam, fiscos
complures cum pecunia Siciliensi a quodam senatore ad equitem
ro. esse translatos, ex his quasi decem fiscos ad senatorem illum re-
lictos esse comitiorum meorum nomine, divisores omnium tribuum noctu ad istum
vocatos. Ex quibus quidam qui se omnia mea causa facere debere
arbitrabatur, eadem illa nocte ad me venit, demonstrat qua iste
oratione usus esset, commemorasse illum quam liberaliter eos tractasset, etiam
antea cum ipse preturam petisset et proximis consularibus pretoriisque
comitijs. Deinde esse pollicitum quantam vellent pecuniam si me edili-

27
In verrem L. ii°

tate deiecissent. Hoc alios negasse audere, alios respondisse non pu-
tare id perfici posse. Inventum tamen esse fortem amicum ex eadem familia
Q. Verrem Romilia ex optima divisorum disciplina, patris istius discipu-
lum atque amicum, qui   quingentis milibus depositis id
se perfecturum polliceretur, et fuisse tamen nonnullos qui una facturos se
esse dicerent. Que cum ita essent, sane benivolo animo me ut magnopere
caverem commonebat. Sollicitabar rebus maximis uno atque eo perexiguo
tempore. Urgebant comitia, et his ipsis oppugnabar grandi pecunia,
instabat iudicium, ei quoque negotio fisci Sicilienses minabantur.
Agere que ad iudicium pertinebant libere comitiorum metu deterrebar,
petitioni toto animo servire propter iudicium non licebat, minari denique
divisoribus ratio non erat, propterea quod eos intelligere videbam me hoc
iudicio districtum atque obligatum futurum. Atque hoc ipso tempore Siculis
denuntiatum esse audio primum ab Hortensio domum ad illum ut venirent.
Siculos sane in eo liberos fuisse, qui quam ob rem arcesserentur cum intelli-
gerent venisse. Interea comitia nostra, quorum iste se ut ceterorum hoc
anno comitiorum dominum esse arbitrabatur, haberi cepta sunt. Cursare
iste homo potens cum filio blando et gratioso circum tribus, paternos
amicos, hoc est divisores, appellare omnes et convenire. Quod cum
esset intellectum et animadversum, fecit animo libentissimo p. ro. ut
cuius divitie me de fide deducere non potuissent, ne eiusdem
pecunia de honore deiceret. Posteaquam illa petitionis magna cura
liberatus sum, animo cepi multo magis vacuo ac soluto nihil magis
nisi de iudicio agere et cogitare. Reperio iudices hec ab istis
consilia inita et constituta, ut quacumque opus esset ratione res ita duce-
retur, ut apud M. Metellum amicissimum deinde Hortensium con-
sulem non solum, sed et Q. Metellum, qui quam isti sit amicus atten-
dite. Dedit enim prerogativam sue voluntatis eiusmodi ut isti pro-
gativas iam reddidisse videatur. An me taciturum tantis de
rebus existimavistis et me in tanto rei p. existimationisque mee
Accersit alter meus designatus Siculos, venerunt nonnulli propterea quod
Q. Metellus esset pretor in Sicilia. Cum his ita loquitur se consulem
et fratrem suum alterum provinciam Siciliam, alterum esse questionem
de pecunijs repetundis, ne noceri posset multis rationibus esse

prouisum. Quid est quaeso Metelle iudicium corrumpere si hoc non est?
testes praeterea siculos timidos homines et afflictos non solum auctoritate deterre-
re sed etiam consulari metu et duorum praetorum potestate? Quid faceres pro homine
innocente et propinquo cum propter hominem perditissimum atque alienissimum de officio
ac dignitate decedis et committis ut quod ille dictitat alicui qui te igno-
rat uerum esse uideatur. Nam te Verrem dicere aiebat te non facto ut
ceteros generis tui familiae sed opera sua consulem factum. Duo igitur consules
et quaestor erunt ex illius uoluntate. Non solum effugiemus inquit
hominem in quaerendo nimium diligentem nimium populi existimationi seruientem M.
Glabrionem accidet etiam nobis illud. Iudex est M. Caesonius collega no-
stri accusatoris homo in rebus iudicandis spectatus et cognitus quem mi-
nime expedit esse in eo consilio quod conemur aliqua ratione corrum-
pere: propterea quod iam antea cum iudex in Iuniano consilio fuisset turpissi-
mum illud facinus non solum grauiter tulit sed etiam in medium protulit.
hunc iudicem ex Kalendis Ianuariis non habemus. Q. Manlium et Q. Cornificium duos
seuerissimos atque integerrimos iudices quod tribuni plebis tum erunt iudices non
habebimus. P. Sulpicius iudex tristis et integer magistratum ini-
at necesse est Nonis Decembribus. M. Crepereius ex acerrima illa equestri
familia et disciplina. L. Cassius ex familia tum ad ceteras res
tum ad iudicandum seuerissima. Cn. Tremellius homo summa reli-
gione et diligentia: tres hi homines ueteres tribuni militares sunt
designati ex Kalendis Ianuariis non iudicabunt. Subsortiemur etiam in M.
Metelli locum quoniam is huic ipsi quaestioni praefuturus est. Ita secundum
Kalendas Ianuarias et praetore et prope toto consilio commutato magnas accu-
satoris minas magnamque iudicii exspectationem ad nostrum arbitrium
libidinemque eludemus. Nonae sunt hodie Sextiles. hora nona conuenire
coepistis. hunc diem iam ne numerant quidem. x dies sunt ante ludos
uotiuos quos Cn. Pompeius facturus est. hi ludi dies xv auferent.
D ein continuo Romani sequentur. Ita prope xl diebus interpositis tum
accusando facile ad ludos uictoriae. Cum his plebeios et conjunctos
sum quos aut nulli aut pauci dies ad agendum futuri sunt. Ita de-
fessa ac refrigerata hac accusatione rem integram ad M. Metellum
esse uenturam. Quem ego hominem si eius fidei diffisus essem iudicem non re-
misissem. Nunc tamen eo animo sum ut eo iudice quam praetore hanc rem transigi

...u denique sit ad ea quae a nobis dicta erunt responsuros et arbitrantur

malim et iurato suam quam iniurato aliorum tabellas committere. Nunc ego
iudices iam uos consulo quid mihi faciendum putetis. id enim consilii mihi
profecto taciti dabitis quod egomet mihi necessario capiendum
intelligo. Si utar ad dicendum meo legitimo tempore mei laboris
industriae diligentiaeque capiam fructum et ex accusatione perficiam
ut nemo umquam post hominum memoriam paratior uigilantior
compositior ad iudicium uenisse uideatur. Sed in hac laude industriae
ne reus ne elabatur summum periculum est. Quid est igitur quod fieri
possit? non obscurum opinor neque absconditum. fructum istum
laudis qui ex perpetua oratione percipi potuit in alia tempora reseruemus.
H unc hominem tabulis testibus priuatis publicisque litteris auctoritatibusque
accusemus. Res omnis mihi tecum Hortensi directa apte. Si te mecum
dicendo ac diluendis criminibus in hac causa contendere putarem
ego quoque in accusando atque in explicandis criminibus operam con-
sumerem. Nunc quoniam pugnare contra me instituisti non tam ex tua
natura quam ex istius tempore et causa malitiose necesse est istius-
modi rationi aliquo consilio obsistere. Tua ratio est ut secundum binos lu-
dos mihi respondere incipias. mea ut ante primos ludos comperendinem.
Ita fiet ut tua ista ratio existimetur astuta. meum hoc consilium
necessarium. Verum illud quod institueram dicere: mihi res tecum
est huiusmodi est. Ego cum hanc causam Siculorum rogatu recepissem
id quod mihi amplum et praeclarum existimassem eos uelle meae
fidei diligentiaeque periculum facere qui innocentiae abstinentiaeque
fecissent tum suscepto negotio maius mihi quiddam proposui
in quo meam in rempublicam uoluntatem populus romanus perspicere posset. Nam
illud mihi nequaquam dignum industria conatuque meo uidebatur
istum a me in iudicium iam omnium iudicio condemnatum uocari
nisi intollerabilis potentia et ea cupiditas qua per hosce annos
in quibusdam iudiciis usus es. etiam in istius hominis desperati
causa interponeretur. Nunc uero quoniam haec te omnis dominatio regnumque
iudiciorum tantopere delectat et sunt homines quos libidinis in-
famiaeque suae neque pudeat neque taedeat qui quasi de indu-
stria in odium offensionemque populi romani irruere uideantur hoc me
profiteor suscepisse magnum fortasse onus et mihi periculosum

nec tam dignum in quo omnes nervos etatis industrieque mee contenderem
quam totus ordo paucorum improbitate et audacia premitur et urgetur
infamia iudiciorum. profiteor huic generi hominum me inimicum accusato-
rem odiosum, assiduum acerbum adversarium. hoc mihi sumo hoc mihi deposco
quod agam in magistratu quod agam ex eo loco ex quo p. r. ex kl. ian. secum
agere de re p. ac de hominibus improbis voluit: hoc munus edilitatis
mee p. r. amplissimum pulcherrimum polliceor. moneo predico ante de-
nuntio qui aut deponere aut recipere aut accipere aut polliceri aut
sequestres aut interpretes corrumpendi iudicii solent esse quique ad hanc
rem aut potentiam aut impudentiam suam professi sunt abstineant
in hoc iudicio manus animosque a scelere nephario. Erit tum consul
hortensius cum summo imperio et potestate. Ego autem edilis hoc est paulo
amplius quam privatus tamen hoc huiusmodi res est quam me acturum esse
polliceor, ita p. r. grata atque iocunda, ut ipse consul in hac causa
pre me minus etiam si fieri possit quam privatus esse videatur. Omnia non modo
commemorabuntur sed etiam expositis certis rebus agentur que inter x.
annos posteaquam iudicia ad senatum translata sunt in rebus iudican-
dis nepharie flagitioseque facta sunt. Cognoscet ex me populus ro.
quid sit quam ob rem cum equester ordo iudicaret annos prope quinqua-
ginta continuos nullo iudice equite ro. iudicante ne tenuissima
quidem suspitio accepte pecunie ob rem iudicandam constituta sit
quod iudiciis ad senatorium ordinem translatis sublataque populi ro. in unum
quemque vestrum potestate. Q. calidius dampnatus dixerit minoris
xxx. pretorium hominem honeste non posse dampnari.

Quid sit quod p. septimio senatore dampnato. Q. hortensio pretore
de pecuniis repetundis lis extimata sit eo nomine quod ille ob rem
iudicandam accepisset: quod in c. herenio: quod in c. popilio senatoribus
qui ambo peculatus dampnati sunt, quod in M. actilio qui de maie-
state dampnatus est. hoc planum factum est pecuniam ob rem iudican-
dam accepisse, quod inventi sunt senatores qui c. verre pretore ur-
bano sortiente exirent in eum reum quem incognita causa condemp-
narent quod inventus est senator qui cum iudex esset in eodem iudicio a
reo pecuniam reciperet quam iudicibus divideret, et ab accusatore ut
reum dampnaret. Iam vero quo modo illam labem ignominiam calamitatemque

totius ordinis conquerar: hoc factum esse in hac civitate cum senatorius
ordo iudicaret ut discoloribus signis iuratorum hominum sententie notarentur.
Hec omnia diligenter severeque acturum esse polliceor quo me tandem animo
fore putetis, siquid in hoc ipso iudicio intellexero simili aliqua re
esse violatum atque commissum, cum presertim planum facere multis testibus
possim. C. verrem in sicilia multis audientibus sepe dixisse se
habere hominem potentem cuius fiducia provinciam spoliaret neque sibi
soli pecuniam quereret. Sed ita triennium illud preture siciliensis
distributum habere ut secum preclare agi diceret si unius anni questum
in rem suam converteret, alterum patronis et defensoribus suis traderet,
tertium illum uberrimum questuosissimumque annum totum iudicibus re-
servaret. Ex quo mihi venit in mentem illud dicere quod apud M.
glabrionem nuper in reiciundis pecuniis iudicibus commemoras-
sem intellexi vehementer p. r. commoveri me arbitrari fore uti na-
tiones extere legatos ad p. r. mitterent ut lex de pecuniis repe-
tundis iudiciumque tolleretur. Si enim iudicia sint tantum unumquemque
ablaturum putant quantum sibi ac liberis suis satis esse arbitraren-
tur. Nunc quod eiusmodi iudicia sint tantum unumquemque auferre
quantum sibi patronis advocatis p. r. iudicibus satis futurum
sit. hoc profecto infinitum esse se avarissimi hominis cupiditati
satisfacere posse nocentissime victorie non posse. O commemoran-
da iudicia preclaramque existimationem nostri ordinis cum socii populi ro.
iudicia de pecuniis repetundis fieri nolunt que a maioribus nostris
sociorum causa comparata sunt. an iste umquam de se bonam spem habuisset
nisi de vobis malam opinionem animo imbibisset quo maiore etiam si
fieri posset apud vos odio esse debet quam est apud po. ro. cum in avari-
tia scelere periurio vos sui similes arbitraretur. cui loco per deos
immortales iudices consulite ac providete. moneo predicoque id
quod intelligo tempus oportunissimum vobis hoc divinitus datum esse
ut odio invidia infamia turpitudine totum ordinem liberetis. nulla
in iudiciis severitas, nulla religio, nulla denique existimantur esse
iudicia. Itaque a populo ro. contempnimur despicimur gravi diuturnaque
flagramus infamia. Neque enim ullam aliam ob causam p. r. tribunitiam
potestatem tanto studio requisivit: quam cum poscebat verbo illam poscere

videbatur re vera iudicia poterat. Neque huic Q. catulu hominem sapien-
tissimu atque amplissimu fugit. qui CN. pom. viro fortissimo et cla-
rissimo de tribunitia ptate referenti cu esset sniam rogatus hoc
initio est summa cu auctte usus. P. c. iudicia male et flagitiose tueri.
Et si in rebus iudicandis. po. ro. existimationi satisfacere voluissent.
no tantope hoies fuisse tribunitiam ptatem desideraturos. ipse de-
nique CN. pom. cu primu contionem adurbem consul designatus ha-
buit ubi qd maxie expectari videbatur: ostendit se tribunitia pote-
statem restituturu: factus est in eo strepitus et grata contionis admir-
muratio. Idem in ea contione cu dixisset. populatas vexatasque esse p-
uincias: iudicia aut turpia ac flagitiosa fieri et rei se providere
ac consulere velle; tu no non strepitu sed maxio clamore suam
significauit voluntate. Nunc aut hoies in speculis sunt obseruant
quemadmodum se unusquisque nrum gerat in retinenda religione
conseruandisque legibus. Vident adhuc post legem tribunitiam unum
senatorem vel tenuissimu esse damnatu. quod tametsi no reprehe-
dunt. tam magnope quod laudent no hnt. Nulla est n. laus ibi esse
integru ubi nemo est qui aut possit aut conetur corrupe. hoc e
iudiciu in quo vos de reo p. et de vobis iudicabit. In hoc hoie
statuetur possit ne senatoribus iudicantibus homo nocentissimus
pecuniosissimusque damnari. Deinde est huiusmoi reus in quo hoie
nihil sit pter summa peccata maxiamque pecuniam ut si liberatus
sit nulla alia suspitio nisi ea que turpissima est reside possit
no gratie no cognatione no alijs recte factis: no denique aliquo
mediocri vitio tot tantaque eius vitia sublevata esse existimabi-
tur. Postremo ego causam sic agam iud. eiusmoi res ita notas
ita testatas ita magnas ita manifestas proferam. ut nemo ab
vobis ut istu absoluatis p gratiam conetur contendere. habeo aut
certam viam atque ratiom qua omnes illorum conatus investigare et
consequi possim ita res a me agetur ut in eorum consilijs omnibus
no modo aures hoium sed etia oculi p. r. interesse videant. vos
aliquot iam p annos conceptam huic ordini turpitudiem atque infa-
miam delere potestis. Constat inter omnes post h iudicia quibus nunc
utimur. nullu hoc splendore atque hac dignitate consiliu fuisse.

hic siquid erit offensum. omnes hoies no iam ex eode ordine. alios mag
idoneos quod fieri no pot. sed aliu oio ordinem ad res iudicandas quere-
dum arbitrabuntur. Quapp primu a dijs imortalibus qd sperare mi
videor. h idem iud. peto: ut in hoc iudicio nemo improbus pter eum
qui iam pridem inventus reperiatur. Deinde si plures improbi fuerint. hoc
vobis. hoc p. r. iudices confirmo. vitam me hercle mihi prius quam vim pse-
verantiamque ad illorum improbitatem psequendam defuturam. Verum qd
ego laboribus. periculis inimicitijsque meis tu cu admissum erit de-
fendis severe me esse pstituturu polliceor. id ne accidat. tu tua sapie-
tia. tua auctte diligentia. M. glabrio potes providere. Suscipe
causam iudiciorum. suscipe causam severitatis. integritatis. fidei. religionis
suscipe causam senatus. ut is hoc iudicio probatus cu pplo. ro. et in
laude et in gra esse possit. Cogita quo loco sis. qd dare po. ro. qd
reddere maioribus tuis debeas. fac tibi paterne legis acilie veniat
in mentem. qua lege p. r. de pecunijs repetundis optis iudicijs se-
verissimisque iudicibus usus est. Circunstant te summe auctes que te
oblivisci laudis domestice no sinant. que te dies noctesque commo-
neant. fortissimu tibi patrem. sapientissimu avum. gravissimum
socerum fuisse. Quare si glabrionis patris vim et acrimoniam ce-
pis. ad resistendu hoibus audacissimis. si avi scevole prudentia
ad prospiciendas insidias que tue atque eorum fame comparantur
si soceri scauri constantiam ut nequis de te vera et certa possit
snia demovere. intelliget p. r. integerrimo atque honestissimo
ptore. delectoque consilio nocenti reo magnitudinem pecunie plus
habuisse momenti ad suspitionem crimis quam ad rationem salutis.
Mihi certu est no committere ut in hac causa pr nobis consiliumque mu-
tetur. no patiar rem in id tempus adduci. ut sicuti qos adhuc
servuli designatorum consules no moverunt cu eos novo exemplo arces-
serent. eos cu lictores consulu novent. ut hoies miseri antea socij
atque amici p. r. nunc servi ac supplices no mo ius suum fortunasque
omnes eorum impio amittant verum etia deplorandi iuris sui ptatem
no habeant. Non sinam profecto a me causa porrata xxx. diebus
pperiis. tu nobis denique rndeat. aut cu accatio nra in oblivione
diuturnitatis adducta sit. Non committam ut eum res iudicet-

cum hec frequentia totius italie roma discesserit, que conuenit uno tempore undique comitiorum, ludorum, censendique causa: huius iudicii et laudis fructum, et offensionis periculum uestrum laborem, sollicitudinemque uestram scientiam quid agatur, memoriamque, quid a quoque dictum sit, omnium puto esse oportere. Faciam hoc non nouum, sed ab alijs qui nunc principes nostre ciuitatis sunt, ante factum, ut testibus utar statim. Illud autem nouum cognoscetis, quod ita testes constituam, ut crimen totum explicem, ubi id interrogando argumentis, atque oratione firmauero, tum testes ad crimen accomodem, ut nihil inter illam usitatam accusationem desiderat altera actione audiet.

Nunc id quod facimus, ratione facimus, ut malitie illorum consilio nostro occurramus, necessario fieri intelligant. hec prime actionis erit accusatio. Dicimus C. uerrem cum multa libidinose, multa crudeliter in ciues romanos, atque socios, multa in deos hominesque nepharie fecerit: tum preterea cccc. ex sicilia contra leges abstulisse. nos etiam si spatium ad dicendum nostro commodo uacuosque dies habuissemus: tamen oratione longa nihil fuisse dixi.

M. T. Ciceronis Accusationum in uerrem L. iii. Incipit.

Neminem uestrum arbitror iudices hunc per hosce dies sermonem uulgi atque hanc opinionem p. r. fuisse C. uerrem altera actione responsurum non esse neque ad iudicium affuturum, que fama non idcirco solum emanarat quod iste certe statuerat ac deliberauerat non adesse, uerum etiam quod nemo quemquam tam audacem, tam amentem, tam impudentem fore arbitrabatur, qui tam nepharijs criminibus, tam multis testibus conuictus ora iudicum aspicere, aut os suum p. r. ostendere auderet. Est idem uerres qui fuit semper proiectus ut audendum sic paratus ad audiendum presto est, respondet, defenditur ne hoc quidem sibi reliqui facit ut turpissimis in rebus cum manifesto teneatur si reticeat et absit, tamen impudentie sue pudentem exitum quesisse uideatur. Patior iudices et non moleste fero me laboris mei, uos uirtutis uestre fructum esse laturos. Nam si iste id fecisset quod primo statuerat, ut non adesset minus aliquanto quam mihi opus esset cognosceretur, quid ego in hac accusatione comparanda constituendaque elaborassem: uerum non laus tenuis plane atque obscura uideretur esset. neque enim hoc ab nobis populus romanus expectat, neque eo potest esse contentus si condempnatus sit is, qui adesse noluit. Etsi fortes fuerimus in eo que nemo sit ausus defendere, ymmo non adsit, contendat, summis opibus summo studio potentissimorum hominum defendatur. Certe et mea diligentia, cum illorum hominum cupiditate, uestra integritas cum illius pecunia, testium constantia, cum illius patronorum minis atque potentia, tum demum illa uicta uidebuntur, cum in contentionem certamenque uenerint. Absens si iste esset damnatus, non tam sibi consuluisse quam inuidisse uestre laudi uideretur. Neque enim salus ulla rei publice intelligi diligenter reiectis ab accusatore iudicibus, socios, leges, rem publicam senatorio consilio maxime posse defendi: neque tanta fortunis omnium pernicies potest accidere quam opinionem p. r. rationem ueritatis, integritatis, fidei, religionis ab hoc ordine abiudicari. Itaque mihi uideor magnam et maxime egram et prope depositam rei publice partem suscepisse. neque in eo magis mee quam uestre laudi existimationi seruisse.

Accessit enim ad minuendam iudiciorum leuandam uituperationem quoque contendam ut cum hec res pro uoluntate populi ro. esset iudicata aliquo ex parte mea diligentia constituta auctoritas iudiciorum uideretur. postremo ut esset hoc iudicatum ut finis iudiciarie controuersie constitueretur. Etenim sine dubio iudices in hac causa ea res in discrimine adducitur. reus est enim nocentissimus, qui si condempnatur, desinent homines dicere his iudicijs pecuniam plurimum posse. Sin absoluitur desinemus nos de iudicijs transferendis recusare. tamen etsi de absolutione istius neque ipse iam sperat neque p. r. metuit. De impudentia singulari quod adest, quod me dati sunt qui mirentur in pre eius audaciam atque amentiam ne hoc quidem mirandum uidetur. Multa enim et in deos et in homines impie nephariteque commisit: quorum scelerum penis agitatur, et a mente consilioque deducitur. Agunt eum precipitem pene ciuium romanorum, quos partim securi percussit, partim in uinculis necauit. partim implorantes iura libertatis et ciuitatis in cruce sustulit.

Rapiunt eum ad supplicium dii patrii, quod iste inventus est qui e complexu
parentum abreptos filios ad necem duceret, et parentes pretium pro
sepultura liberum posceret. Religiones vero cerimoniaeque omnium sacrorum
fanorumque violatae, simulacraque deorum, quae non modo ex suis templis ab-
lata sunt, sed etiam iacent in tenebris ab isto retrusa atque abdita,
consistere eius animum sine furore atque amentia non sinunt. Neque
iste mihi videtur se ad damnationem offerre solum, neque hoc ava-
ritiae suppliciique communi, qui tot sceleribus obstrinxerit se, contentus
et singularem quandam poenam istius immanis atque importuna
natura desiderat. Non id solum quaeritur, ut isto damnato bona
restituantur his quibus erepta sunt: sed et religiones deorum im-
mortalium expiandae, et civium ro. cruciatus multorumque innocentium
sanguis istius supplicio luendus est. Non enim furem sed ereptorem,
non adulterum sed expugnatorem pudicitiae, non sacrilegum sed hostem
sacrorum religionumque, non sicarium sed crudelissimum carnificem
civium sociorumque in vestrum iudicium adduximus, ut ego hunc unum
eiusmodi reum post hominum memoriam fuisse arbitrer, cui damnari
expediret. Nam quis hoc non intellegit istum absolutum diis ho-
minibusque invitis, eum ex manibus p. r. eripi nullo modo posse.
Quis hoc non perspicit praeclare nobiscum actum iri si p. r. istius unius
supplicio contentus erit. At non sic statuerit, non istum maius in
sese scelus concepisse cum fana spoliaret, cum tot homines innocen-
tes necaret, cum cives ro. morte, cruciatu, cruce afficeret, cum
praedonum duces accepta pecunia dimitteret, quam eos si quis istum tot tan-
tis tam nephariis sceleribus coopertum iurati sententia sua liberarit.
Non est, non est in hoc iam cuiquam peccandi locus, iudices: non is est reus,
non id tempus, non id consilium: metuo ne quid arrogantius apud
tales viros videar dicere, nec actor quidem est is cui reus tam
nocens, tam perditus, tam victus aut occulte subripi aut impune
eripi possit. His ego iudicibus non probabo C. Verrem contra
leges pecuniam accepisse. Sustinebunt tales viri se tot senatoribus,
tot equitibus ro., tot civitatibus, tot hominibus honestissimis
ex tam illustri provincia, tot populorum privatorumque litteris non credi-
disse, tantae p. r. voluntati restitisse. Sustineant: reperiemus

si istum vivum ad aliud iudicium perducere potuerimus, quibus probemus
istum in quaestura pecuniam publicam Cn. Carboni consuli datam avertisse,
quibus persuademus istum alieno nomine a quaestoribus urbanis quod
priori actione didicistis pecuniam abstulisse. Sunt qui et in eo quoque
audaciam eius reprehendant, quod aliquot nominibus de capite quantum com-
modum fuerit frumenti decumani detraxerit. Sunt etiam fortasse iudices
qui illum eius peculatum vel acerrime vindicandum putent, quod iste M. Mar-
celli et P. Africani monumenta, quae nomine illorum, re vera p. r. et erant
et habebantur, ex fanis religiosissimis et urbibus sociorum atque amicorum
non dubitavit auferre. Evaserit ex peculatus etiam iudicio: meditetur
de ducibus hostium quos accepta pecunia liberavit. Videat quid de illis
respondeat, quos in eorum locum subditos domi suae reservavit. Quaerat
non solum quemadmodum nostro crimini, verum etiam quo pacto suae confessioni
possit mederi. Meminerit se priore actione clamore p. r. infe-
sto atque inimico excitatum confessum esse duces praedonum a se se-
curi non esse percussos; se iam tum esse veritum ne sibi crimini daretur
eos a se pecunia liberatos. Fateatur id quod negari non potest, se pri-
vatum hominem praedonum duces vivos atque incolumes domi suae
posteaquam Romam redierit, usque dum per me licuerit tenuisse. Hoc in
illo maiestatis iudicio si licuisse sibi ostenderit, ego oportuisse
concedam. Ex hoc quoque evaserit: proficiscar eo quo me iampridem
vocat p. r. De iure enim libertatis et civitatis suum putat esse iudi-
cium et recte putat. Confringat iste sane vi sua consilia sena-
toria, quaestiones omnium perrumpat, evolet ex vestra severitate:
mihi credite, artioribus apud p. r. laqueis tenebitur. Credent
his equitibus ro. p. r. qui ad vos antea producti testes ipsis in-
spectantibus ab isto civem ro. qui cognitores homines honestos daret
sublatum esse in crucem dixerunt. Credent omnes quinque et xxxv
homini gravissimo atque ornatissimo M. Annio qui se praesente
civem romanum securi percussum esse dixit. Audietur a p.
r. vir primarius eques ro. L. Flavius qui suum familiarem
Herennium negotiatorem ex Africa, cum eum Syracusis amplius
centum cives R. cognoscerent lacrimantesque defenderent, pro te-
stimonio dixit securi esse percussum. Probabit fidem et auctoritatem

et religionem suam. L. Suettius homo omnibus ornamentis praeditus, qui
iuratus apud vos dixit multos cives ro. in lautumiis istius imperio
crudelissime per vim morte esse mutatos. hanc ego causam cum agam
beneficio p. r. de superiore loco non vereor, ne aut istius vis ulla populi
suffragiis eripere aut a me ullum muneris aedilitatis amplius aut
gratius populo ro. esse possit. Quapropter omnes in hoc iudicio conentur
omnia: nihil est iam quod in hac causa peccari nisi quisque nisi vero
periculo possit. Mea quidem ratio cum in praeteritis rebus est cognita, tum
in reliquis explorata atque provisa est. Ego meum studium in re p.
iam illo tempore ostendi: cum longo intervallo veterem consuetudinem
retuli et rogatu sociorum atque amicorum p. r. meorum autem necessa-
riorum nomen hominis audacissimi retuli. Quod meum factum lectissimi
viri atque ornatissimi quorum e vobis complures fuere ita pro-
baverunt, ut ei qui istius quaestor fuisset, et ab isto laesus ini-
micitias iustas persequeretur, non modo defendendi nominis sed ne
subscribendi quidem cum postularet, faceret potestatem. in Siciliam sum
inquirendi causa profectus, quo in negotio industriam meam
celeritas reditionis, diligentiam multitudo epistolarum et testium decla-
ravit. pudorem vero ac religionem quod cum venissem senator ad so-
cios p. r. qui in ea provincia quaestor fuissem, ad hospites
meos ac necessarios causam communis defensor deverti potius quam ad
eos qui a me auxilium petivissent. Nemini meus adventus
labori aut sumptui neque publice neque privatim fuit. vim in inqui-
rendo tantam habui, quantam habere potuerim istorum studio quos iste
vexarat. Romam ut ex Sicilia redii cum iste atque istius amici
homines lauti et urbani sermones huiusmodi dissipassent quo
animos retardarent, me magna pecunia a vera accusatione
esse deductum, tametsi probabatur nemini quod ex Sicilia testes
erant hi qui quaestorem me in provincia cognoverant, et hinc
homines maxime illustres, qui ut ipsi noti sunt sic nostrum unumquemque
optime norunt, tamen usque eo timui ne quis de mea atque integritate
dubitaret et donec ad reiciendos iudices venimus nonnullos memoria
nostra pactionis suspicionem non tunc vitasse cum in ipsa actione
eorum industria et diligentia probaretur. ita reiecti iudices, ut hoc

constet post hunc statum p. r. quo nunc utimur simili splendore et
dignitate consilium nullum fuisse. quia iste laudem communem ait sibi et
metum, quem cum P. Galbam iudicem reiecisset, M. Lucretium retinuit
et cum eius patronus ex eo quaereret cur suos familiarissimos se
perductum. Quod
Quinimmo reici pas-
sus est, respondit quod eos in iudicando nimium sui iuris sententiaeque co-
gnosceret. Itaque iudicii reiectione sperabam iam omnibus meum vobiscum
et quos putabam non solum notis sed etiam ignotis probatam meam
fidem esse et diligentiam, quae me non fefellit. Nam comitiis meis
cum ista infinita largitione contra me uteretur, p. r. iudicavit
istius pecuniam, quae apud me contra fidem meam nihil potuisset, sed
apud se contra honorem meum nihil posse debere. Quo quidem
die primum iudices citati in hunc reum consedistis. Quis tam
inimicus huic ordini fuit, quis tam novarum rerum iudiciorum
iudicumque cupidus, qui non consessu conspectuque vestro commoveretur?
Cum in eo vestra mihi dignitas fructum diligentiae referret, id sum
assecutus ut una hora qua coepi dicere, reo audaci pecunioso
profuso perdito spem iudicii corrumpendi praeciderem, ut primo die
testium tanto numero et tanto p. r. iudicaret ipso absoluto r. p.
stare non posse, ut alter dies amicis istius et defensoribus non
modo spem victoriae sed etiam voluntatem defensionis auferret,
ut tertius diem sic homines prosterneret, ut morbo simulato
non quid responderet, sed quemadmodum non responderet deliberaret.
deinde reliquis diebus his criminibus, his testibus, his provincialibus
sic obrutus atque oppressus est, ut his ludorum diebus interpositis
nemo istum comperendinatum sed condemnatum iudicaret. Quapropter
ego quod ad me attinet iudices vici, non enim spolia C. Verris sed exi-
stimationem p. r. concupivi cum causa meum fuit accedere ad
accusandum iudices. Quae causa fuit illustrior quam tam illustri
provinciam defensorem constitui et delegi. r. p. consulere.
Quid iam r. p. honestius quam in tanta invidia iudiciorum adducere
hominem innocentem, cuius damnatione totus ordo cum p. r. et in
laude et in gratia possit esse. Ostendere ac persuadere hominem
innocentem adductum esse. Quis est in p. r. qui hoc non ex omnibus tempore

accusatione abstulerit omnium ante damnatorum scelera, furta, flagi-
tia, si in unum locum contulerimus, vix cum huius parva parte aequari
conferrique posse. Vos quod ad vestram famam, existimationem, salu-
temque communem pertinet, iudices prospicite. et alter atque consulite.
splendor vester facit ut peccare sine summo rei p. detrimento ac periculo
non possitis. Non enim potest sperare p. r. esse alios in senatu, qui recte
possint iudicare, vos si non potueritis necesse est, cum de toto ordine
desperarit. Aliud genus hominum atque aliam iudicandi rationem requirat.
hoc si vobis ideo levius videtur quod putatis onus vobis esse ipsi
renueritis, antequam probarit p. r. fidem vestram et religionem non
potueritis, eo nobis iudicandi potestas erepta sit. Deinde etiam illud
cogitate quanto periculo venturi simus ad eos iudices quos propter odium
vestri p. r. de nobis voluit iudicare. Vestrum vobis dicam id quod in-
tellexi iudices, homines scitote esse quosdam quos tantum odium vestri
ordinis teneat, ut hoc palam iam dictitent se istum quem sciant
esse hominem improbissimum hoc uno nomine absolvi velle, ut a iste
natu iudicia per ignominiam turpitudinemque auferantur. haec me
res pluribus verbis vobiscum agere coegit non timor meus
de vestra fide, sed spes illorum nova, quae cum Verrem a porta subito
ad iudicium retraxisset, nonnulli suspicati sunt non sine causa
illius consilium tam repente esse mutatum. Nunc novo querimoniae
genere uti possit Hortensius, et ea dicere opprimi reum de quo nihil
dicat accusator, nihil esse tam periculosum fortunis innocentium quam tacere
adversarios, et non aliter quam ego velim meum laudet ingenium, cum
dicat si multa dixissem sublevaturum fuisse, cui quem contra dice-
rem, quem non dicendo perdidissem. Morem illi geram, utar oratione
perpetua, non quin hoc sit necesse, verum ut experiar utrum ille ferat mo-
lestius tunc tacuisse an nunc dicere. hic tu fortasse eris diligens
nequam ego horam de meis legitimis horis remittam, nisi omni tem-
pore quod mihi lege concessum est abusus ego ero, querere deum atque
hominum fidem implorabis circumveniri. C. Verrem quod accusator nolit
tam diu quam diu liceat dicere. Quod mihi lex mea causa dedit eo mihi
non uti non licebit: nam accusandi mihi tempus in ea causa datum est,
ut possem oratione mea crimina causamque explicare. hoc si non utor

non tibi iniuriam facio. Redde mihi ex ceteris aliquid et commode detraho
tamen eum inquit cognosci oportet, certe quid quod aliter condemnari
reus non potest, quis sit nocens. Id quod tu moleste tulisti ante aliquid
fieri et quo minus iste condemnari possit. Nam causa cognita
multi possunt absolvi, incognita quidem condemnari nemo potest.
adimo enim comperendinationem quod habet lex in se molestissimum bis ut causa
dicatur, quae aut mea causa potius est constitutum, quam tua aut nihilo
tua potius quam mea. Nam si bis dicere est commodum, certe utriusque
commune est, si eum qui posterius dixit opus est redargui accusatoris
causa, ut bis ageretur, constitutum est. Verum ut opinor Glaucia
primus tulit ut comperendinaretur reus antea vel iudicari
primo poterat, vel amplius pronuntiari. Utram igitur putas legem molliorem?
opinior illam veterem, qua vel cito absolvi vel tarde condemnari
licebat. Ego tibi illam Aciliam legem restituo, qua lege multi
simul accusati semel dicta causa, semel auditis testibus condemnati
sunt, neque quisquam tam manifestis neque tantis criminibus quantis
tu convinceris. Putato non hac tam atroci, sed illa lege mitissi-
ma causam dicere. Accusabo, respondebis testibus editis ita mittam
in consilium, ut etiam si lex ampliandi faciat potestatem, tamen isti
turpe sibi existiment non primo iudicare. Verum si causam cogno-
sci opus est: parum ne incognita est dissimulans Hortensi quod
saepe in dicendo experti sumus, quis nos magnopere attendit unquam
in hoc quidem genere causarum, ubi aliquid ereptum aut ablatum a
quopiam dicitur. Nonne aut in tabulis aut in testibus omnis
expectatio iudicum est, dixi prima actione me esse facturum. C.
Verrem   quadringenties contra legem abstulisse
quid hoc planius egissem, si ita narrassem. Dio quidam fuit
Halesinus qui cum eius filio patre sacerdote hereditas a propinquo
permagna venisset, nihil habuit neque negotii neque controver-
siae. Verres simulac tetigit provinciam Messanam, litteras dedit.
Dionem evocavit, calumniatores ex sinu suo apposuit
qui illam hereditatem Veneri Erycinae commissam esse dicerent.
hac de re ostendit se ipsum cogniturum, possum deinceps totam
rem explicare, deinde ad extremum id quod accidit dicere Dionem

decies centena milia numerasse ut causam certissimam obtineret: propterea gre-
ges equarum eius istum abigendos curasse, argenti vestisque stragulae
quod fuerit curasse auferendum. Haec neque cum ego dicerem, neque cum
tu negares, magni momenti nostra esset oratio. Quo igitur tempore iudex e-
rigeret animumque attenderet? Cum Dio ipse prodiret, cum ceteri qui tum
in Sicilia negotiis Dionis interfuissent, cum per eos ipsos dies per quos causam
Dio diceret reperiretur pecunias sumpsisse mutuas, nomina sua exegisse,
praedia vendidisse, cum tabulae virorum bonorum proferrentur; cum qui pecuniam
Dioni dederunt dicerent se iam tum audisse eos nummos sumi ut
Verri darentur; cum amici, hospites, patroni Dionis, homines honestissimi, haec
eadem se audisse dicerent. Opinor, cum haec dicerent, tum vos audire-
tis, sicut audistis, tum causa agi videretur. Sic a me sunt acta omnia
priore actione ut in criminibus omnibus nullum esset in quo quisquam vestrum
perpetuam accusationem requireret. Nego esse quicquam a testibus dictum quod
aut vestrum cuipiam esset obscurum aut cuiusquam oratoris eloquen-
tiam quaereret. Etenim sic me ipsum egisse omnia crimina proponerem
et explicarem, ut cum rem totam in medio posuissem tum denique testem
interrogarem. Itaque non modo vos quibus est iudicandum nostra crimina tenetis,
sed etiam populus Romanus totam accusationem causamque cognovit. Tametsi ita de meo facto
loquor, quasi ego illud mea voluntate potius quam vestra iniuria adductus fe-
cerim. Interposuistis accusatorem, qui cum ego mihi C. et X. dies solos
in Sicilia postulassem, C. VIII. dies sibi alter postularet. Menses mihi tres
cum eripuissetis ad agendum maxime appositos, reliquum omne tempus
huius anni me vobis remissurum putastis, ut cum horis nostris essemus
tu binis usi ludis interpositis quadragesimo post die responderes,
deinde ita tempus duceretur ut a M. Glabrione praetore et a
magna parte horum iudicum ad praetorem alium iudicesque alios venire-
mus. Hoc si ego non vidissem, si me omnes noti ignotique non mo-
nuissent: id agi, id cogitari, in eo laborari, ut res in illud tempus
reiceretur, credo si meis horis in accusando uti voluissem, vere-
rer ne mihi crimina non suppeterent, ne oratio deesset, ne vox
viresque deficerent, ne quem nemo prima actione defendere
ausus esset: cum ego bis accusare non possem. Ego meum consilium
tum iudicibus tum populo Romano probavi. Nemo est qui alia ratione istorum iniuriae

In Verrem L. iii.

atque impudentiae potuisse obsisti arbitretur. Etenim qua stultitia fuis-
sem, si quam diem qui istum eripiendum redemerent in cautione viderent,
cum ita caverent si post Kal. Ian. in consilium iretur, in eam diem
ego cum potuissem vitare incidissem. Nunc mihi temporis eius
quod mihi ad dicendum datur, quoniam animo est causam omnem exponerem,
habenda ratio est diligenter. Itaque primum illum actum istius vitae tur-
pissimum et flagitiosissimum praetermittam, nihil a me de pueritiae
suae flagitiis peccatisque audiet: nihil ex illa impura adolescentia
sua, quae qualis fuerit, aut meministis, aut ex eo quem sui simillimum
mum produxit: recognoscere potestis. Omnia praeteribo quae mihi
turpia videbuntur: neque solum quae istum audire, verum etiam quid me
deceat, dicere considerabo. Vos quaeso date hoc et concedite pu-
dori meo ut aliquam partem de istius impudentia reticere possim.
Omitte illud tempus quod fuit antequam iste ad magistratus populique ro.
accessit, habeat per me solutum ac liberum. Sileatur de nocturnis eius
bacchationibus ac vigiliis lenonum, aleatorum, perductorum nulla mentio
fiat. Damna dedecora quae res patris eius, aetas ipsius pertulit
praetereant, lucretur indicia veteris infamiae, patiatur eius vita re-
liqua me hanc tantam iacturam facere. Quaestor Cn. Papirio consule
fuisti abhinc annos IIII. et X. Ex ea die ad hanc diem quae fecisti
in iudicium voco: hora nulla vacua a furto, a scelere, crudelitate,
flagitio reperietur: hi sunt anni consumpti in quaestura et legatione
Asiatica et praetura urbana, et praetura Siciliensi. Quare erit eadem
quadripertita disturbatio totius accusationis meae. Quaestor ex S. C.
provinciam sortitus est: obtigit tibi consularis ut cum consule Cn.
Carbone esses eamque provinciam obtineres. Erat tum dissensio civium
de qua nihil sum dicturus quid sentire debueris. Unum hoc dico
me eius modi tempore ac sorte statuere te debuisse: utrum malles
sentire atque defendere. Carbo graviter ferebat sibi quaestorem
obtigisse hominem singulari luxuria atque inertia, verumtamen or-
nabat eum beneficiis omnibus ne diutius teneam, pecunia attributa:
numerata est profectus quaestor in provinciam venit in Galliam, expec-
tatus ad exercitum consularem cum pecunia: simul hoc primum
et occasio visa est. Cognoscite hominis principium magistratuum gerendorum

et rei p. administrande aversa pecunia publica questor consulem exercitum provinciamque deseruit. Video quid egerim, et spirat sibi auram posse aliquam afflari in hoc crimine voluntatis, defensionisque eorum quibus Cn. Carbonis mortui nomen odio sit, quibus illam relictionem proditionemque consulis sui gratam sperat fore, quasi vero id cupiditate defendende nobilitatis, aut non studio partium fecerit, ac non apertissime consulem exercitum provinciamque compilarit, et propter impudentissimum furtum aufugerit. Est enim obscurum et eiusmodi factum eius, ut possit aliquis suspicari C. Verrem, quia ferret novos homines non potuerit, ad nobilitatem hoc est ad suos transisse, nihil fecisse propter pecuniam. Videamus rationes quas ad erarium retulerit. iam iste ostendet quam ob rem Cn. Carbonem reliquerit, iam se ipse indicabit. Primum cognoscite brevitatem. Accepi, inquit, viciens ducenta triginta quinque milia quadringentos xvii nummos. dedi stipendio, frumento, legatis, proquestoribus, cohorti pretorie mille quingentos quadraginta quinque milia quadringentos xii nummos: reliqui Arimini sexcenta milia. Hoc est rationes referre? hoc modo aut ego aut tu Hortensi, aut quisquam omnium retulit? Quid hoc est? que impudentia? que audacia? quod exemplum ex tot hominum rationibus relatis huiusmodi est? illa tamen sexcenta milia, que ne falso quidem potuit describere quibus data essent, que se Arimini scribit reliquisse, que ipsa sexcenta milia reliqua facta sunt, neque Carbo attigit, neque Sulla vidit, neque in erarium relata sunt. Oppidum sibi elegit Ariminum, quod cum iste rationes referebat, oppressum direptumque erat; non suspicabatur id quod nunc sentiet, satis multos ex illa calamitate Ariminensium testes in hanc rem reliquos esse. Recita denuo. P. Lentulo Triario questoribus urbanis res rationum relatarum. R. et S. C. ut hoc pacto rationem referre liceret eo Sullanus repente factus est, non ut honos et dignitas nobilitati restitueretur: quod si illinc inanis profugisses, tamen ista tua fuga nefaria, proditio consulis tui iudicaretur scelerata. Malus civis, improbus consul, seditiosus homo Cn. Carbo fuit. Fuit aliis; tibi quando esse cepit? postea quam tibi pecuniam rem frumentariam, rationes omnes suas exercitumque commisit? Nam si tibi antea displicuisset idem fecisses quod anno post M. Piso questor

cum L. Pisoni obtigisset, non attigit pecuniam, non ad exercitum profectus est; quod de re p. sensit, ita sensit ut nec fidem suam nec morem maiorum nec necessitudinem sortis lederet. Etenim si hec perturbare omnia et permiscere volumus, totam vitam periculosam, invidiosam, infestamque reddemus: si nullam religionem sors habebit, nullam societatem coniunctio secunde dubieque fortune, nullam auctoritatem mores atque instituta maiorum. Omnium est communis inimicus qui fuit hostis suorum. Nemo umquam sapiens proditori credendum putavit. Ipse Sulla, cui istius adventus gratissimus esse debuit, a se hominem atque ab exercitu suo removit. Benevento esse iussit apud eos quos suis partibus amicissimos esse intelligebat, ubi iste summe rei causeque nocere nihil posset. Ei premia postea tamen liberaliter tribuit. Bona quedam proscriptorum in agro Beneventano diripienda concessit. huic honorem ut proditori non ut amico fecit. Nunc quamvis sint homines qui mortuum Cn. Carbonem oderint, tamen hi debent, non quid illi accidere voluerint, sed quid ipsis in tali re metuendum sit, cogitare. Commune est hoc malum, communis metus, commune periculum. Nulle sunt occultiores insidie quam hee que latent in simulatione officii aut in aliquo necessitudinis nomine. Nam eum qui palam est adversarius facile cavendo vitare possis: hoc vero occultum intestinum atque domesticum malum non modo non existit, verum etiam opprimit antequam prospicere atque explorare potueris. Ita ne vero tu cum questor ad exercitum missus sis, custos non solum pecunie sed etiam consulis, particeps omnium rerum consiliorumque fueris, habitus sis in liberum loco, sicut mos maiorum ferebat, repente relinquas, deseras, ad adversarios transeas? O scelus, portentum in ultimas terras exportandum, non enim potest ea natura que tantum facinus commiserit hoc uno solo scelere contenta esse; necesse est semper aliquid eiusmodi moliatur, necesse est in simili audacia perfidiaque versetur. Itaque idem iste, quem Cn. Dolabella postea C. Malleolo occiso proquestorem habuit, haud scio an maiore etiam hoc necessitudo fuerit quam illa Carbonis, ac plus voluntatis valere quam sortis debeat, idem in Cn. Dolabellam qui in Cn. Carbonem fuit: nam que in ipsum valebant crimina contulit, in istam

camque illius omnem adiumitas aratoresque detulit: ipse in eum qui
cui legatus · pul · pro quaestore fuerat inimicissimum atque improbissimum
testimonium dixit ille miser, cum multo ex maxima parte istius furtorum
ac flagitiorum invidia conflagrat quod hoc homine fariatis ad aliquam
spem tam perfidiosum tam importunum animal reservasset, qui in · CN · dolo
bellam voluntatem neglexerit, ac violarit, eosque ambos non solum
deseruerit, sed etiam prodiderit atque oppugnarit. Nolite quaeso iudices
brevitate orationis meae potius quam rerum ipsarum magnitudine crimina ponde
rare. mihi enim properandum necesse est. ut omnia vobis quae mihi consti
tuta sunt, possim exponere. Quamobrem quaestura istius demonstrata
primique magistratus et furto et scelere perspecto reliqua attendite
in quibus illud tempus sillanarum proscriptionum ac rapinarum
praetermittam. Neque ego istum sibi ullam ex communi calamitate defen
sionem sumere sinam suis cum certis propriisque criminibus accusabo.
Quamobrem hoc omni tempore sillano ex accusatione circumscripto legationem
praeclaram cognoscite. Posteaquam · CN · dolobellae provincia Cilicia
constituta est, o dii immortales quanta iste cupiditate quibus
allegationibus illam sibi legationem expugnavit id quod · CN · dolo
bellae principium maximae calamitatis fuit. Nam ut iste profectus
quacumque iter fecit, eiusmodi fuit non ut legatus · p · r · sed ut
quaedam calamitas pervadere videretur. In achaia praetermittam
minora omnia quorum simile forsitan alius quoque aliquid ali
fecerit. nihil dicam nisi singulare, nisi quod si in alium reum
diceretur, incredibile videretur. Magistratum sicionium nummos po
poscit, ne sit hoc crimen in verrem fecerunt alii cum ille non daret.
animadvertit improbum, sed non inauditum genus animadversionis
videte. Quaeretis ex quo genere hominem istum videretis, ignem ex
lignis viridibus atque humidis in loco angusto fieri iussit:
ibi hominem ingenuum domi nobilem · p · r · socium atque amicum fumo
excruciatum semivivum reliquit. Iamque iste signa quas tabulas
pictas ex achaia sustulerit non dicam hoc loco est alius mihi
locus ad hanc cupiditatem demonstrandam separatus. Athenis
audistis ex aede minervae grande auri pondus ablatum, dictum
est hoc in · CN · dolobellae iudicio, dictum etiam aestimatum huius consilii

non modo participem · C · verrem, sed principem fuisse reperietis. Delum
venit, ibi ex fano apollinis religiosissimo noctu clam sustulit
signa pulcherrima atque antiquissima eaque in onerariam navem
coniicienda curavit. Postridie cum fanum spoliatum viderent hi qui
delum incolebant graviter ferebant. Est enim tanta apud eos eius
fani religio atque antiquitas, ut in eo loco ipsum apollinem natum
esse arbitrentur: verbum tamen facere non audebant ne forte ea
res ad dolobellam illum pertineret. Tum subito tempestates co
hortae sunt maximae iudices. ut non modo proficisci cum cuperet dolobella
non posset, sed vix in oppido consisteret ita magni fluctus eiicie
bantur. Hic navis illa praedonis istius onusta signis religiosis
expulsa atque eiecta fluctu frangitur in litore signa illa apolli
nis reperiuntur, iussu dolobellae reponuntur tempestas sedatur.
Dolobella de loco proficiscitur: non dubito quin tametsi nullus te
sensus humanitatis nulla ratio fuit. umquam religionis nunc
tamen in metu periculoque tuo, tuorum tibi scelerum veniat in mentem.
Post ne tibi illa spes salutis commoda ostendi cum recordaris in deos
immortales quam impius, quam sceleratus, quam nepharius fueris: apolli
nem ne tu spoliare delium ausus es, illi ne tu templo, tam
antiquo, tam sancto, tam religioso manus impias ac sacrile
gas afferre conatus es, si in pueritia non his artibus et disci
plinis institutus eras ut ea quae litteris mandata sunt disceres
atque cognosceres, ne postea quidem cum in eo ipso loco venisti
potuisti accipere quod est proditum memoriae ac litteris latonam
ex longo errore et fuga gravidam et iam ad pariendum
vicinam temporibus exactis confugisse delum atque apollinem
dianamque peperisse: qua ex opinione hominum illa insula deorum
eorum sacra putatur: tantaque eius auctoritas religionis est, et
semper fuit, ut ne persae quidem cum bellum toti graeciae diis, homi
nibusque indixissent, et mille numero navium classem ad delum ap
pulissent quicquam violarent aut violare aut attingere.
Hoc tu fanum depopulari homo improbissime atque amentissime au
debas. Fuit ulla cupiditas tanta, quae tantam extingueret
religionem, et si tum hoc non cogitabas ne nunc quidem recordaris,

nullum est tamen malum, quod non tibi pro sceleribus tuis iam diu debeatur.
In Asiam vero postquam venit, quid ego adventus istius prandia, cenas, equos
muneraque commemorem? Nihil cum Verre de cotidianis criminibus
acturus sum. Chio enim signa pulcherrima dico abstulisse. Item
Erythris et Halicarnasso. Tenedo, praetereo pecuniam quam eripuit, Tenem
ipsum, qui apud Tenedios sanctissimus deus habetur, qui urbem illam
dicitur condidisse, cuius ex nomine Tenedus nominatur, hunc ipsum inquam
Tenem pulcherrime factum, quem quondam in comitio vidistis, abstu-
lit magno cum gemitu civitatis. Illa vero expugnatio fani antiquissimi
et nobilissimi Iunonis Samiae quam luctuosa Samiis fuit, quam acerba
toti Asiae, quam clara apud deos, quam nemini vestrum inaudita. De
qua expugnatione cum legati ad C. Neronem in Asiam Samo venissent,
responsum tulerant eiusmodi querimonias, quae ad legatum p. r.
pertinerent, non ad praetorem, sed ad Romam deferri oportere. Quas
iste tabulas illinc, quae signa sustulit, quae cognovi egomet
apud istum in aedibus nuper cum obsignandi gratia venissem. Quae sig-
na nunc, Verres, ubi sunt? illa quaero quae apud te nuper ad omnes
columnas, omnibus etiam intercolumniis, in silva denique disposita
sub divo vidimus. Cur ea quamdiu alium praetorem cum his iudicibus quos
in horum locum subsortitus es, de te in consilium iturum putasti, tam diu
domi fuerunt? Posteaquam nostris testibus nos quam tuis horis uti malle
vidisti, nullum signum domi reliquisti praeter duo quae in mediis aedibus sunt,
quae ipsa Samo sublata sunt. Non putasti me tuis familiarissimis in
hanc rem testimonia denuntiaturum, qui tuae domi saepe fuissent, ex
quibus quaererem signa scirent ne fuisse quae non essent? Quid tum hos
iudicaturos arbitratus es, cum viderent iam te non
contra accusatorem tuum, sed contra quaestorem sectoremque pugnare?
Qua de re Charidemi Chii testimonium priore actione dicere
audistis, sese, cum esset aristarcus, et Verrem ex Asia decedentem
prosequeretur, iussu Dolabellae fuisse una cum isto Sami, seseque tum
scire spoliatum esse fanum Iunonis et oppidum Samum, posteaque se causam
apud cives suos Chios Samiis accusantibus publice dixisse, eoque se esse
absolutum, quod planum fecisset, ea quae legati Samiorum dicerent ad Verrem
non ad se pertinere. Aspendum vetus oppidum et nobile in Pamphylia

statuis est plenissimum signorum optimorum, non dicam illinc hoc signum ablatum
esse et illud; hoc dico nullum te Aspendi signum, Verres, reliquisse. omnia
ex fanis, ex locis publicis palam spectantibus omnibus plaustris evecta
asportataque esse. Atque etiam illum Aspendium citharistam de quo saepe
audistis id quod est Graecis hominibus in proverbio, quem omnia intus
canere dicebant, sustulit, et in intimis suis aedibus posuit.
ut etiam illum ipsum artificio suo superasse videatur. Pergae fanum
antiquissimum et sanctissimum Dianae scimus esse; id quoque a te nu-
datum ac spoliatum esse, ex ipsa Diana quod habebat auri detractum atque
ablatum esse dico. Quae, malum, est ista tanta audacia atque amentia?
quas enim sociorum atque amicorum urbes adisti legationis iure et
nomine, si in eas vi cum exercitu imperioque invasisses, tamen, opinor, quae
signa atque ornamenta ex his urbibus sustulisses, haec non in tuam
domum neque in suburbana amicorum, sed Romam in publicum depor-
tasses. Quid ergo de M. Marcello loquar, qui Syracusas urbem
ornatissimam cepit? Quid de L. Scipione, qui bellum in Asia
gessit, Antiochumque regem potentissimum vicit? Quid de Flami-
nino, qui regem Philippum et Macedoniam subegit? Quid de L.
Paulo qui regem Persen vi ac virtute superavit? Quid de
L. Mummio qui urbem pulcherrimam atque ornatissimam Corin-
thum plenam omnium rerum sustulit, urbesque Achaiae Boeotiaeque multas
sub imperium p. r. dicionemque subiunxit? quorum domus cum honore
virtute florerent, signis et tabulis pictis erant vacuae. At vero
urbem totam, templa deorum, omnesque Italiae partes illorum donis ac
monumentis exornatas videmus. Vereor ne haec forte cuipiam
nimis antiqua et iam obsoleta videantur: ita enim tum aequabiliter
omnes erant huiusmodi, ut haec laus eximiae virtutis et innocen-
tiae non solum hominum, verum etiam temporum illorum esse videatur. P. Ser-
vilius, R. C. maximis rebus gestis adest: de te sententiam laturus
est. Olympum vi, copiis, consilio, virtute cepit, urbem antiquam
et omnibus rebus auctam et ornatam. Recens exemplum fortissimi
viri profero. Nam postea Servilius imperator p. r. Olympum urbem
hostium cepit, quam tu in iisdem illis locis legatus quaestorius oppida
pervia sociorum atque amicorum diripienda ac vexanda curasti.

tuque ex fanis religiosissimis per scelus et per latrocinium abstulisti, ea nos
videre nisi in tuis amicorumque tuorum tectis non possumus. P. Servilius
quae signa atque ornamenta ex urbe hostium et virtute capta belli lege
atque imperatorio iure sustulit, ea populo Romano apportavit, per triumphum
vexit, in tabulas publicas ad aerarium perscribenda curavit. Cognoscite
ex litteris publicis hominis amplissimi diligentiam. Recita. Rationes
relatae P. Servilii. Non solum numerum signorum, sed etiam uniuscuiusque
magnitudinem, figuram, statum litteris diffiniri vides. Certe maior est
virtutis victoriaeque iucunditas quam ista voluptas quae percipitur ex libidine
et cupiditate. Multo diligentius habere dico Servilium praedam populi Romani quam
te tua furta notata atque descripta. Dices quoque signa et tabulas
pictas ornamento urbi foroque populi Romani fuisse. Memini, vidi simul cum populo Romano
forum comitiumque adornatum ad speciem magnifico ornatu, ad sensum
cogitationemque acerbo et lugubri; vidi collucere omnia furtis tuis,
praeda provinciarum, spoliis sociorum atque amicorum. Quo quidem tempore,
iudices, iste spem reliquorum quoque peccatorum natus est: vidit enim eos
qui iudiciorum domini se dici volebant harum cupiditatum esse servos.
Socii vero nationesque exterae spem omnium tum primum abiecerunt rerum ac
fortunarum suarum, propterea quod casu legati ex Asia atque Achaia plurimi
Romae tunc fuerunt, qui deorum simulacra ex suis fanis sublata
in foro venerabantur. Itemque cetera signa et ornamenta cum cogno-
scerent, alia alio in loco lacrimantes intuebantur. Quorum omnium hunc
sermonem tum esse audiebamus, nihil esse quod quisquam dubitaret de exitio
sociorum atque amicorum, cum quidem viderent populi Romani, quo in loco antea qui
sociis iniurias fecerant accusari et condemnari solebant, ibi esse
palam posita ea quae a sociis per scelus ablata erepta essent. Hic ego non ar-
bitror illum negaturum signa se plurima, tabulas pictas innume-
rabiles habere; sed, ut opinor, solet haec quae rapuit et furatus est non-
numquam dicere se emisse, quoniam quidem in Achaiam, Asiam, Pamphiliam
sumptu publico et legationis nomine mercator signorum tabularumque pic-
tarum missus est. Habeo et istius et patris eius accepti tabulas omnes,
quas diligentissime legi atque digessi, patris quoad vixit, tuas quoad ais te
confecisse. Nam in isto, iudices, hoc novum reperietis. Audimus aliquem tabu-
las confecisse, quae opinio hominum de Antonio falsa, nam fecit diligentissime;

verum sit hoc genus aliquod minime probandum. Audimus ab initio aliquem
fecisse, sed ex tempore aliquo confecisse. Est aliqua etiam huiusce rei ratio.
Hoc vero novum et ridiculum est, quod hic nobis respondit, cum eo tabulas postu-
laremus, usque ad M. Terentium et C. Cassium consules confecisse, po-
stea destitisse. Alio loco hoc cuiusmodi sit considerabimus. Nunc
nihil ad te attinet; horum enim temporum in quibus nunc versor habeo
tabulas et tuas et patris. Plurima signa pulcherrima, plurimas
tabulas deportasse denegare non potes. Atque utinam neges. Unum ostende
in tabulis aut tuis aut patris tui emptum esse, vicisti. Ne haec quidem
volo signa duo pulcherrima quae nunc ad impluvium tuum stant,
quae multos annos ad valvas Iunonis Samiae steterunt, habes quo
emeris, haec, inquam, duo quae in aedibus tuis sola iam sunt, quae
sectorem expectant relicta ac destituta a ceteris signis. At
credo in hisce solis rebus indomitas cupiditates atque effrena-
tas habebat, ceterae libidines eius ratione aliqua aut modo con-
tinebantur. Quam multis istum ingenuis, quam multis matribus familias
in illa terra atque impura legatione vim attulisse existima-
tis? ubi non plura stuprorum flagitiorumque suorum quam adven-
tus sui vestigia reliquerit. Sed ego omnia quae negari potue-
runt praetermittam; et haec quae certissima sunt et clarissima
relinquam. Unum aliquod de nephariis istius factis eligam,
quo facilius ad Siciliam possim aliquando, quae mihi hoc oneris ne-
gotiique imposuit, pervenire. Oppidum est Helesponto Lapsacum,
iudices, in primis Asiae provinciae clarum et nobilem; homines autem
ipsi Lapsaceni tum summe in omnes cives Romanos officiosi, tum praeterea
maxime sedati et quieti, prope praeter ceteros ad summum Graecorum
otium potius quam adulterium aut tumultum accommodati. Accidit,
cum iste a Cn. Dolobella efflagitasset ut se ad regem Nicomedem
regemque Sadalam mitteret, cumque iter hoc sibi magis ad quaestum
suum quam ad rem publicam tempus accommodatum depoposcisset, ut illo
itinere veniret Lapsacum cum magna calamitate et prope per-
nicie civitatis. Deducitur iste ad Ianitorem quendam hospitem,
comitesque eius item apud ceteros hospites collocantur. Ut mos
erat istius atque ut eum suae libidines flagitiosae facere

admonerant: statim negotium dat illi suis comitibus nequissimis
turpissimisque hominibus, ut viderent et investigarent, et quae virgo sit
aut mulier digna, quobrem iste Lampsaci diutius commemoraretur.
Erat comes eius Rubrius quidam homo factus ad istius libidines qui miro
artificio quocumque venerat, haec investigare omnia solebat. Is ad eum rem
istam defert: Philodamum esse quendam genere, honore, copiis, existima-
tione facile principem Lampsacenorum; eius esse filiam quae cum patre habita-
ret: propterea quod virum non haberet mulierem eximia pulchritudine, sed
eam summa integritate, pudicitiaque existimari. Homo ut haec audivit
sic exarsit ad id quod non modo ipse numquam viderat, sed ne audierat
quidem ab eo qui ipse vidisset: ut statim ad Philodamum migrare se di-
ceret velle. Hospes Ianitor qui nihil suspicaretur veritus ne quid in
ipso se offenderetur: hominem summa vi retinere coepit. Iste qui hospitis re-
linquendi causam repperire non posset: alia sibi ratione viam munire ad
stuprum coepit. Rubrium delicias suas in omnibus eiusmodi rebus adiuto-
rem suum et conscium parum laute diversari dicit: ad Philodamum
deduci iubet. Quod ubi est Philodamo nuntiatum, tametsi non erat
ignarus quantum sibi ac liberis suis iam tum mali constitueretur, tamen
ad istum venit, ostendit munus illud suum non esse: se cum suae partes
essent hospitum recipiendorum tum ipsos tamen praetores et consules non legatorum asse-
clas recipere solere. Iste qui una cupiditate raperetur, totum illius postula-
tum causamque neglexit, per vim ad eum qui recipere non debebat. Rubrium
deduci imperavit. Hic Philodamus posteaquam ius suum obtinere non po-
tuit, et humanitatem consuetudinemque suam retineret: laborabat homo
qui semper hospitalissimusque nostrorum hominum existimatus esset, noluit
videri ipsum illum Rubrium invitus in domum suam recepisse, magni-
fice et ornate ut erat in primis inter suos copiosus convivium
comparat, rogat Rubrium, ut quos ei commodum sit, invitet locum sibi soli
si videatur relinquat et filium suum lectissimum adolescentem foras
ad propinquum quendam suum mitteret ad cenam. Rubrius istius co-
mites invitat eos omnes. Verres certiores facit quid opus esset
mature venerunt, discumbitur fit sermo inter eos et invitatio graeco
more biberetur, hortatur hospes poscunt maioribus poculis celebratur
omnium sermone laetitiaque convivium. Posteaquam satis calere res Rubrio

visa est: Quaeso id inquit Philodame cur ad nos filiam tuam non intro vocari
iubes? Homo qui et summa gravitate etiam id aetatis parens esset obstu-
puit hominis improbi dicto. Instare Rubrius: tum ille ut aliquid responderet
negavit moris esse graecorum, ut in convivio virorum accumberent mulieres.
Tum alius ex alia parte enim non ferendum hoc non est vocetur mulier et
simul servis suis Rubrius ut ianuam clauderent et ipsi ad fores
assisterent imperat. Quod ubi ille intellexit id agi atque id parari
ut filiae suae vis afferretur, servos suos ad se vocat, his imperat
ut se ipsum negligant, filiam defendant, excurret aliquis qui hoc
tantum domestici mali filio nuntiet: clamor interea fit tota domo inter
servos Rubrii atque hospitis: iactatur domi suae vir primus et homo
honestissimus pro se quisque manus affert: aqua denique fluenti
a Rubrio ipso Philodamus perfunditur. Haec ubi filio nuntiata sunt:
statim exanimatus ad aedes contendit. ut et vitae patris et pudici-
tiae sororis succurreret. Omnes eodem animo Lampsaceni simul ut haec
audierunt, quod eos tum Philodami dignitas, tum iniuriae magni-
tudo movebat, ad aedes noctu convenerunt: hic lictor istius
Cornelius qui cum eius servis erat a Rubrio quasi in praesidio ad
auferendam mulierem collocatus occiditur. Servi nonnulli vulne-
rantur. Ipse Rubrius in turba sauciatur. Iste qui sua cupiditate
tantos tumultus concitatos videret cupere aliqua evolare si
posset. Postridie mane homines in contione veniunt, quaerunt quid
optimum factu sit, pro se quisque ut in quoque erat auctoritatis plurimum
ad populum loquebatur. Inventus est nemo cuius non haec et sententia esset
et oratio non esse metuendum ne S. P. Q. R. in eam civitatem
animadvertendum putaret: quod si hoc iure legati populi romani in socios, na-
tionesque exteras uterentur, et pudicitiam liberorum servare ab eorum li-
bidine tutam non liceret. Quidvis perpeti satius esse quam in tanta
vi atque acerbitate versari. Haec cum omnes sentirent et cum in eam
rationem pro suo quisque sensu ac dolore loqueretur: omnes ad
eam domum in qua iste versabatur, profecti sunt. Caedere
ianuam saxis, instare ferro, ligna et sarmenta circumdare
ignemque subicere coeperunt. Tum cives romani qui Lampsaci negotia-
bantur concurrunt, orant Lampsacenos ut gravius apud eos nomen

legationis quam iniuriam legati putarent: sese intelligere hominem illum esse impurum ac nepharium, sed quoniam nec perfecisset quod conatus esset, neque futurus esset Lapsaci: postea utriusque eorum peccatum fore si homini scelerato pepercissent, quam si legato non pepercissent. sic iste multo sceleratior et nequior quam ille Adrianus aliquanto etiam felicior fuit. ille quia eius avaritiam cives Romani ferre non potuerunt, vivus domi sue exustus est: id quod ita illi merito accidisse existimatum est, ut laetarentur omnes, neque ulla animadversio constitueretur. Hic sociorum ambusto incendio tamen ex illa flamma periculoque evolavit, neque adhuc tamen ullam excogitare potuit quam ob rem commiserit aut quid evenerit, ut in tantum periculum deveniret. Non enim potest dicere: cum seditionem sedare vellem, cum frumentum imperarem, cum stipendium cogerem, cum aliquid denique rei publicae causa gererem, quod acrius imperavi, quod animadverti, quod minitatus sum. quae si diceret, tamen ignosci non oporteret, si nimis atrociter imperando sociis in tantum adductus periculum videretur. Nunc cum ipse causam illius tumultus neque veram dicere, neque falsam confingere audeat, homo autem ordinis sui frugalissimus, qui tum accensus C. Neroni fuit, P. Tettius haec eadem se Lapsaci cognosse dixit: Vir omnibus rebus ornatissimus C. Varro, qui tum in Asia tribunus militum fuit, haec eadem ipsa se ex Philodamo audisse dicat: potestis dubitare quin istum fortuna non tam ex illo periculo eripere voluerit, quam ad vestrum iudicium reservare? nisi vero illud dicet, quod et in testimonio Tettii priore actione interpellavit Hortensius: quo tempore quidem signi satis dedit, siquid esset quod posset dicere, se tacere non posse, ut quamdiu in ceteris rebus sileret omnes possemus, nihil habuisse quod diceret. Hoc cum dixit: Philodamum et eius filium a C. Nerone esse damnatos. de quo non multa dixerim: tantum dico, secutum id esse Neronem et eius consilium, quod Cornelium lictorem occisum esse constaret: putasse non oportere esse ne in ulciscenda quidem iniuria cuiquam hominis occidendi potestatem. in quo video Neronis iudicio non te absolutum esse improbitatis, sed illos damnatos esse caedis. Verum ista damnatio tamen cuiusmodi fuit? audite quaeso iudices, et aliquando miseremini sociorum, et ostendite aliquid his in vestra fide praesidii esse oportere. quod toti Asiae iure occisus videbatur, istius iudicio verbo ille lictor ne

vera minister improbissimae cupiditatis pertimuit. iste ne Philodamus liberaretur, Neronis rogat et orat Dolabellam ut de sua provincia decedat, ad Neronem proficiscatur. se demonstrat incolumem esse non posse si Philodamo vivere atque aliquando Romam venire licuisset. Commotus est Dolabella fecit id quod multi reprehenderunt, ut exercitum, provinciam relinqueret, et in Asiam hominis nequissimi causa in alienam provinciam proficisceretur. Posteaquam ad Neronem venit: contendit ab eo ut Philodami causam cognosceret. Venerat ipse qui esset in consilio et primus sententiam diceret. adduxerat etiam praefectos et tribunos militares suos: quos Nero omnes in consilium vocavit. Erat in consilio etiam aequissimus iudex ipse Verres: erant nonnulli togati creditores Graecorum, quibus ad agendas pecunias improbissimi cuiusque legati plurimum prodest gratia. Ille miser defensorem reperire neminem poterat. Quis enim esset aut togatus qui Dolabellae gratia aut Graecus qui eiusmodi imperio non moveretur? Accusator autem apponitur civis Romanus de creditoribus Lapsacenorum, qui si dixisset quod iste iussisset, per eiusdem istius lictores a populo pecuniam posset exigere. cum haec omnia tanta contentione, tantis copiis agerentur: cum illum miserum multi accusarent, nemo defenderet, cumque Dolabella cum suis praefectis pugnaret in consilio, Verres fortunas agi suas diceret: idem testimonium diceret: idem esset in consilio idem accusatorem parasset. Haec cum omnia fierent, et cum hominem constaret occisum: tamen tanta vis istius iniuriae, tanta in isto improbitas putabatur: ut de Philodamo amplius pronuntiaretur. Quid ego nunc in altera actione Cn. Dolabellae spiritus, quid huius lacrimas et concursiones proferam? Quid C. Neronis viri optimi atque innocentissimi nonnullis in rebus animum timidum atque demissum, qui in illa re quid facere potuit non habebat nisi forte id quod omnes tum desiderabant, ut ageret eam rem sine Verre et Dolabella. quicquid esset sine his actum omnes probarent. Tum vero quod pronuntiatum est non per Neronem iudicatum sed per Dolabellam receptum existimabatur: condemnatur enim perpaucis sententiis Philodamus et eius filius. adest, instat, urget Dolabella ut quam primum securi feriantur, quo quam minime multi ex illis de istius nephario scelere audire possent. Constituitur in foro Laodiceae spectaculum acerbum

et missum et gravem toti Asiae provinciae grandem natu parentem adductum ad supplicium, ex altera parte filium illum qui pudicitiam liberorum, hic qui vitam patris, famamque sororis defenderat. Flebat uterque non de suo supplicio: sed pater de filii morte et patris filius. Quid lacrimarum ipsum Neronem putatis profudisse? quem fletum totius Asiae fuisse? quem luctum et gemitum Lampsacenorum? Securi esse percussos homines innocentes, nobiles socios populi romani atque amicos propter hominis flagitiosissimi singularem nequitiam atque improbissimam cupiditatem. Iam iam Dolobella neque tui neque tuorum liberorum quos tu miseros in egestate atque in solitudine reliquisti: misereri potest. Verresne tibi tanti fuit, ut eius libidinem hominum innocentium sanguine lui velles? Idcirco ne exercitum atque hostem relinquebas ut tua vi et crudelitate istius hominis improbissimi pericula sublevares? Quem enim tibi quaestoris in loco constitueras, idcirco tibi amicum in perpetuum fore putasti: nesciebas ab eo Cn. Carbonem cuius pro vero quaestor fuit non modo relictum, sed etiam spoliatum auxiliis, pecunia, nefarie oppugnatum et proditum. Expertus es igitur istius perfidiam tum cum se ad inimicos tuos contulit, cum in te homo ipse nocens acerrimum testimonium dixit, cum rationes ad aerarium nisi damnato te referre noluit. Tantaene tuae Verres libidines erunt ut eas capere ac sustinere non provinciae populi romani, non nationes exterae possint.

Tu ne videris quod audieris, quod concupieris, quod cogitaris nisi id ad nutum tuum presto fuerit, nisi libidini tuae cupiditatique paruerit, mittentur homines, expugnabuntur domus? civitates non modo pacatae verum etiam sociorum atque amicorum ad vim atque arma confugient, ut a se atque a liberis suis legati populi romani scelus ac libidinem propulsare possint. Nam quaero abs te circumsessusne sis Lampsaci? coeperitne domum in qua deversabare illa multitudo incendere? voluerintne legatum populi romani comburere vivum Lampsaceni? negare non potes. habeo enim testimonium tuum, habeo quod apud Neronem dixisti, habeo quas ad eundem litteras misisti. Recita ipsum huic locum de testimonio. Testimonium C. Verris in Artemidorum. Non multo post in domum belli populi romani Lampsacena civitas facere conabantur. Desistere ab iniuria et iure nostro valebat. video iudices. et ex his quae legi et audivi intellego in qua civitate non modo igni ferro manu copiis oppugnatus legatus

ex parte violatus sit, nisi post satisfactum sit ei civitati bellum videri atque inferri solere. Quae ut fuit quod tota ex cuncta civitas Lampsacenorum de contione quemadmodum tute scribis domum tuam concurreret. Tu enim neque in litteris, quas Neroni mittis, neque in testimonio tanti tumultus ostendis ullam, obsessum te dicis, ignem allatum, sarmenta circumdata, lictorem tuum occisum esse dicis, prodeundi tibi in publicum potestatem factam negas, causas huius tanti terroris occultas. Nam si quam Rubrius iniuriam suo nomine ac non impulsu tuo et tua cupiditate fecisset, de tui comitis iniuria questum ad te potius quam te oppugnatum venirent. Cum igitur quae causa illius tumultus fuerit testes a nobis producti dixerunt, et ipse celarit, non ne tamen hanc quoque nos comperimus tum illorum testimonia, tum istius taciturnitas perpetua confirmatur. Huic homini parcetis igitur iudices cuius tanta peccata sunt, ut hi quibus iniurias fecerit, neque legitimum tempus exspectare ad ulciscendum, neque ad vim tantam doloris in posterum differre potuerunt. Circumsessus es, a quibus? a Lampsacenis barbaris hominibus credo: aut his qui populi romani nomen contemnerent, immo vero ab hominibus et natura et consuetudine et disciplina lenissimis.

Porro autem populi romani condicione sociis, fortuna servis, voluntate supplicibus, ut perspicuum sit omnibus, nisi tanta acerbitas iniuriae tanta vis sceleris fuisset, ut Lampsaceni moriendum sibi, potius quam perpetiendum putarent, numquam illos in eum locum progressuros fuisse, ut vehementius odio libidinis tuae, quam metu legationis moverentur.

Nolite per deos immortales cogere socios atque exteras nationes hoc uti perfugio, quo nisi vos vindicatis utentur necessario. Lampsacenos in istum numquam ulla res mitigasset nisi eum poenas Romae daturum credidissent: etsi talem acceperant iniuriam, quam nulla lege satis digne persequi possent, tamen incommoda sua nostris committere legibus et iudiciis quam dolori suo permittere maluerunt. Tu mihi cum circumsessus a tam illustri civitate sis, propter tuum scelus atque flagitium, cum coegeris homines miseros et calamitosos quasi desperatis nostris legibus et iudiciis ad vim, ad manus, ad arma confugere, cum in oppidis et civitatibus amicorum non legati populi romani, sed tyranni libidinosum crudelemque praebueris: cum

ap exteras nationes imperij nominisque nri famam tuis probris flagi
tijsque violaris: tu te et ferro amicorum p. r. eripueris atque e flammis
sociorum evolaris: tu tibi perfugium speras futurum? erras: ut hic in
cideres, non ut ibi conquiesceres. Illi te inimici esse passi sunt.
et aiis iudicium et factum te iniuria circumsessum esse lapsaci, quod philo
damus cum filio condemnatus sit. Quid si doceo, si planum
facio teste hoie neque vero ad hanc rem tam idoneo te ipso impro
teste docebo te huius circumsessionis tue causam et culpam in alios
transtulisse, neque in eos quos tu insimularas esse aduersum
iam nihil te iudicium neronis adiuuat. Recita quas ad nero
nem litteras misit epistola. C. verres ad neronem. Themistagoras et
thessalus themistagoram et thessalum scribit populum concitasse: quem
populum? qui te circumsedit, qui te vivo comburere conatus est, ubi
hos persequeris, ubi accusas, ubi defendis ius nomenque legati. In phi
lodami iudicio dices actum: cedo mihi ipsius verris testimo
nium, videamus quid idem iste iuratus dixerit. Recita ab accu
satore rogatus respondit: in iudicio non persequi: sibi in animo esse
alio tempore persequi. Quid igitur te iuvat neronis iudicium? quid
philodami damnatio. Legatus cum esses circumsessus, cumque quem
admodum tute ad neronem scripsisti p. r. causa communisque legatorum fa
esset iniuria insignis, non es persecutus, dicis tibi in animo esse alio
tempore persequi, quod fuit id tempus? quando es persecutus? cur imminuisti
ius legationis: cur causam p. r. deseruisti, ac prodidisti? cur
iniurias tuas coniunctas cum publicis reliquisti, non te ad sena
tum causam deferre, non de tam atrocibus iniurijs conqueri, non eos
homines qui populum concitarant consulum litteris evocandos cu
rare oportuit. Nuper M. aurelio scauro postulante quod is
ephesi se quaestorem vi prohibitum esse dicebat, quominus e fa
no dianae servum suum qui in illud asylum confugisset abduceret.
Pericles ephesius homo nobilissimus romam evocatus est, quod
auctor iniurie illius fuisse argueretur: tu si te legatum ita
lapsaci tractatum esse senatum docuisses, ut tui comites vulnera
rentur, lictor occideretur, ipse circumsessus paene incenderere, eius
autem rei duces et auctores principes fuisse quos scribis the

mistagoram et thessalum quis non commoveretur? quis non in ea re causam
tuam periculi communem agi arbitraretur? Etenim nomen legati eiusmodi esse de
bet quod non modo inter sociorum iura, sed etiam inter hostium tela incolume
versetur. Magnum hoc lapsacenum crimen est libidinis atque improbissime
cupiditatis: accipite nunc avaritiae prope modum in suo genere non levius.
Milesios navem poposcit, quae eum praesidij causa myndum proseque
retur. Illi statim myoparonem egregium de sua classe ornatum
atque armatum dederunt, hoc praesidio myndum profectus est. Nam
quid milesijs lanae publice abstulerit. Item de sumptu in adventum
de contumelijs et iniurijs in magistratum milesium tametsi
dici cum vere, tum graviter et vehementer potest, tamen dicere praeter
mittam ea quae omnia testibus integra reservabo. Illud quod neque
taceri ullo modo potest, neque dici pro dignitate cognoscite. Milites
remigesque milesios myndo pedibus reverti iubet: ipse myoparonem
pulcherrimum de decem milesiorum navibus electum L. mago L. ru
bio qui myndi habitabant vendidit. Hi sunt homines quos nuper
senatus in hostium numero censuit habendos: hi illo navigio ad
omnes p. r. hostes usque a dianio quod in hispania est, ad sinopam
quae in ponto est, navigaverunt. O dij immortales incredibilem
avaritiam singularemque audaciam. Navem tu de classe p. r. quam
tibi milesia civitas, ut te prosequeretur dedisset, ausus es vendere.
Si te magnitudo maleficij, si te hominum existimatio non movebat,
ne illud quidem cogitabas huius improbissimi furti sive adeo
nepharie praede tam illustrem ac tam nobilem civitatem testem
futuram? An quia tum Cn. dolobella in eum myoparonem praefecerat
milesijsque rem gestam renuntiarat animadverte tuo rogatu revocatum
es, renuntiationemque eius quae erat in publicas litteras relata illorum
legibus tolli iusserat: idcirco te ex hoc crimine elapsum esse arbi
trabare. Multum te ista fefellit opinio: et quidem multis in locis. Semper
enim existimasti et maxime in Sicilia satis cautum tibi ad defen
sionem fore, si aut referri aliquid in litteras publicas noluisses
aut quod relatum esset, tolli coegisses: hoc quam nihil sit tametsi et
multis siciliae civitatibus priore actione didicisti, tamen etiam in
hac ipsa civitate cognoscite. Sunt illi quidem dicto audientes, quamdiu

adsunt, qui imperant simul ac discesserunt, non solum illud perscribunt
quod cum prohibiti sunt, sed etiam causam ascribunt, cur non cum in tabulas
relatum sit. Manent iste leges Mileti, manent et dum erit illa civitas
manebunt. Decem naves iussu L. Murene populus Milesius ex pe-
cunia vectigali populo Romano fecerat, sicut pro sua quaeque parte Asie
cetere civitates. Quam ob rem unam ex decem non predonum repentino
adventu, sed legati latrocinio, non tempestatis, sed horribili tempestate
sociorum amissam in litteris publicis retulerunt. Sunt Rome legati Milesii
homines nobilissimi ac principes civitatis: qui tametsi mensem februarium
et consules designatos horum expectant: tamen hoc tantum facinus non modo
negare interrogati, sed ne producti quidem reticere potuerunt. Dicent
inquam et religione adducti, et legum domesticarum metu, quid illo myopa-
rone factum sit, ostendent C. Verrem in ea classe, que contra piratam
ipsum consceleratum fuisse. C. Malleolo questore Cn. Dolabelle occiso,
duas sibi hereditates venisse arbitratus est: unam questorie procura-
tionis: nam a Dolabella statim pro questore iussus est, et alteram
tutele. Nam cum pupilli Malleoli tutor esset, in bona eius impetum
fecit: nam Malleolus in provinciam sic copiose profectus erat, ut
domi prorsus nihil relinqueret: preterea pecunias occuparat apud
populos et syngraphas fecerat argenti optimi celati grande pondus
secum tulerat. Nam ille quoque sodalis istius erat in hoc morbo et
cupiditate. grande pondus argenti, familiam magnam, multos arti-
fices, multos formosos homines reliquit. Iste quod argenti placuit inva-
sit, que mancipia voluit adduxit. Vina ceteraque que in Asia
facillime comparantur, que ille reliquerat asportavit, reliqua
vendidit, pecuniam exegit. Cum ad .XX. quinquies redegisset consta-
ret, ut Romam rediit nullam litteram pupillo, nullam matri eius,
nullam tutoribus reddidit, servos artifices pupilli cum haberet domi:
circumpedes autem homines formosos et litteratos suos esse dicebat, se
emisse. Cum sepius mater et avia pueri postularent, ut si non redderet
pecuniam, nec rationem daret, diceret saltem quantum pecunie Malleoli
deportasset, multis efflagitatus aliquando dixit   decies dein
in codicis extremam ceram nomen infimum in flagitiosa litura fecit expen-
sa Chrysogono servo   sexcenta milia accepta pupillo Malleolo

retulit. Quo modo ex decies   sexcenta facta sint. quo Chrysogo-
no expensa lata sint. cur id nomen infimum in litura vos existimabi-
tis. tamen   sexcenta milia cum accepta retulisset
quinquaginta milia soluta non sunt: homines postea cum reus factus est, redditi, alii
etiam nunc retinentur. Hec istius preclara tutela. En cui tuos liberos
committas. En memoria mortui sodalis. En metus vivorum existima-
tionis. Cum tibi se tota Asia spoliandam ac vexandam tradidisset, cum
tibi exposita esset omnis ad predandum Pamphilia. contentus his tam
opimis rebus non fuisti. manus a tutela, manus a pupillo, manus
a sodalis filio abstinere non potuisti. Iam te non Siculi, non arato-
res ut dictitas circumvenerunt, non hi qui decretis edictisque tuis
iste concitati, infestique sunt. Malleolus a me productus est, et
mater eius atque avia, que misere flentes eversum a te puerum
patriis bonis esse dixerunt. Quid expectas an dum ab inferis
ille Malleolus exsistat, atque abs te officia tutele, sodalitatis, familia-
ritatisque flagitet. Ipsum putato adesse homo avarissime et spur-
cissime redde bona sodalis filio, si non que abstulisti, at que con-
fessus es. Cur cogis sodalis filium hanc primam in foro vocem cum
dolore et querimonia emittere. Cur sodalis uxorem, socrum,
domum denique totam sodalis mortui contra te testimonium dicere.
Cur pudentissimas, electissimasque feminas in tantum virorum con-
ventum insolitas, invitasque prodire cogis. Recita omnium testi-
monia: testimonium matris et avie: pro questore vero quo iste
commune Miliadum vexarit. Quo modo Lyciam, Pamphiliam, Pysidiam, Fri-
giamque totam frumento imperando, estimando ac sua quam primum
excogitavit, Siciliensi existimatione afflixerit, non est necesse de-
monstrare verbis, hoc scitote his nominibus que res permagne geste
sunt. Cur iste civitatibus frumentum coria, cilicia, saccos, impe-
raret. neque ea sumeret pro his rebus pecuniam exigeret his no-
minibus solis Cn. Dolabelle   adtricies lite et estima-
tam, que omnia etiam si voluntate Dolabelle fiebant: per istum
tamen omnia gerebantur: consistam in uno nomine multa sunt et
eodem genere. Recita de litibus estimatis Cn. Dolabelle p. r. pecunie
redacte, quam a communi Miliadum te coegisse, te estimasse tibi

pecuniam maximam et dico: ea denique vi et iniuria cum pecunias maximas coge-
res per omnes partes provinciae et tamquam aliquam calamitosam tempestatem
pestemque pervasisse demonstro. Itaque M. Scaurus qui Cn. Dolabellam
accusavit, istum in sua potestate ac dicione tenuit; homo adolescens
cum istius in inquirendo multa furta ac flagitia cognosceret, fecit
perite et callide. Volumen eius rerum gestarum maximum isti ostendit,
ab homine quae voluit in Dolabellam abstulit. Quo ex genere mi-
testium, qui cum isto furati sunt: si uti voluissem magna copia fuisset.
qui ut se periculo litium coniunctione criminum liberarent: quo ego
vellem descensuros pollicebantur, eorum ego voluntatem omnium repu-
diavi, non modo proditori, sed ne perfugae quidem locus in meis castris
cuiquam fuit. Forsitan meliores illi accusatores habendi sunt, qui haec
omnia fecerunt. Sed ego defensorem in mea persona non accusatorem
maxime laudari volo. Rationes ad aerarium antequam Dolabella condem-
natus est, non audet referre, impetrat a senatu ut dies sibi proro-
garetur, quod tabulas suas ab accusatoribus Dolabellae obsignatas diceret;
proinde quasi ex scribendi potestate non habere solus est, tu qui numquam
rationes ad aerarium referas. Audistis quaestoriam rationem tribus ver-
siculis relatam, legationem nisi condemnato et eiecto eo quem posset
reprehendere. Nunc denique praeturae quas ex S. C. statim referre debuit
usque ad hoc tempus non retulit, quaestorem se in senatu expectare
dixit, deinde quasi non et quaestor sine praetore possit rationem referre, ut
tu Hortensi, ut omnes eodem modo sine quaestore praetor dixit, idem
Dolabellam impetrasse. omen magistratibus conscriptis, qua causa placuit
probaverunt: verum quaestores quoque iam pridem venerunt, cur non retuli-
sti? Illarum rationum ex stercore legationis, quaestoriaeque tuae procurationis
illa sunt nota quae Dolabellae necessario sunt existimata. Ex litibus ae-
stimatis Dolabellae pr. et qq. quo minus Dolabella Verri acceptum
retulit quam Verres illi expensum tulerit. Quingenta triginta quinque
milia et quod plus fecit Dolabella Verri accepisse quam iste in suis
tabulis habuit.   ducenta triginta duo milia ergo plus
frumenti fecit accepisse istum   decies et octingenta milia
quod tu homo castissimus aliud in tabulis habebas. Hinc illae
extraordinariae pecuniae quas nullo duce tam aliqua ex particula

investigamus, redundarunt. Hinc certo quae possumus certis nomi-
nibus quorum in tabulis iste nullum   quater decies. p. ca-
dio unata atheniis testibus planum faciam: hinc empta apertissime
praetura, nisi forte id est dubium quo iste praetor factus sit homo
scilicet aut industriae aut operae probatae aut frugalitatis existimatione
praeclara, aut denique id quod levissimum est assiduitate qui ante
quaesturam cum meretricibus lenonibusque vixisset: quaesturam ita
gessisset, quemadmodum cognovistis. Romae post quaesturam illam nepha-
riam vix triduum constituisset absens, non in oblivione iacuisset,
sed in assidua commemoratione omnium omnium flagitiorum fuisset.
Is repente ut Romam venit gratis praetor factus est. Alia porro pecunia
ne accusaretur data. nihil ad me, nihil ad rem pertinere arbitror
datam quidem et tum inter omnes recenti negotio facile constabat. Ho-
mo stultissime et amentissime, tabulas cum conficeres et cum extraor-
dinaria pecunia crimen subterfugere velles, satis te elapsurum omni
suspicione arbitrabare, si quibus pecuniam credebam his expensum
non ferres, neque in tuas tabulas ullum nomen referres, cum tot tibi
nominibus acceptum Curtii referrent. Quid proderat tibi te expen-
sum illis non tulisse: an tuis solis tabulis te causam dicturum
existimasti? Veniamus iam ad illam praeclaram praeturam
criminaque ea quae notiora sunt his qui adsunt quam nobis qui me-
ditati ad dicendum paratique venimus: in quibus non dubito quin
offensionem neglegentiae vitare atque effugere non possim.
Multi enim ita dicent: de eo nihil dixit in quo ego interfui, illam iniuriam
non attigit quae mihi aut amico meo facta est: quibus ego in
rebus interfui. His omnibus, qui istius iniurias norunt: hoc est
populo Romano universo me vehementer excusatum volo, non neglegentia
mea fore ut multa praeteream: sed quod alia testibus integra re ser-
vari velim: multa autem propter rationem brevitatis ac temporis praeter-
mittenda existimem: fatebor et illud invitus me prorsus
cum iste punctum temporis nullum vacuum peccato praeterire passus
sit omnia quae ab isto commissa sunt, non potuisse cognoscere.
Quapropter ita me de praeturae criminibus auditote, ut ex utroque genere et
iuris dicendi et sartorum tectorum exigendorum ea postuletis quae

maxime digna sunt eo reo cui parum ac mediocre obiici nihil opor-
teat. Nam ut pretor factus est auspicato a Chelidone surrexit, sortem
nactus est urbane provincie magis Chelidonis quam populi Romani voluntate
qui principio qualis in edicto constituendo fuerit cognoscite. C.
Annius Asellus mortuus est. C. Annio Sacerdote pretore. is cum haberet
unicam filiam, neque census esset quod eum natura hortabatur lex nulla prohibe-
bat fecit ut filiam bonis suis heredem institueret. heres erat
filia, faciebant omnia cum pupilla legis equitas voluntas patris edicta
pretorum, consuetudo iuris eius quod erat cum Asellus est mortuus. Iste
pretor designatus est utrum admonitus an temptatus, an qua est iste sa-
gacitate in his rebus sine duce ullo, sine indice pervenerit ad hanc
improbitatem nescio. Vos tantum hominis audaciam, amentiamque cogno-
scite: appellat heredem L. Annium qui erat institutus secundum filiam
non enim mihi persuadetur istum ab illo prius appellatum dicit se posse
ei condemnare edicto hereditatem docet hominem quid posset fieri
illi bona res huic vendibilis videbatur. Iste tametsi singulari est
audacia, tamen ad pupille matrem submittebat: malebat pecuniam
accipere, ne quid novi ediceret quam ut hoc edictum tam improbum et inhu-
manum interponeret. Tutores pecuniam pretori si pupille nomine dedissent
grandem presertim quemadmodum in rationem inducerent, quemadmodum sine periculo suo dare possent,
non videbant, simul et istum fore tam improbum non arbitrabantur,
sepe appellati pernegaverunt. Iste ad arbitrium eius cui condonabat
hereditatem ereptam, erepta liberis quam equum edictum scripserit, queso
cognoscite, cum intelligam legem Voconiam, quis unquam crederet
Verrem mulierum adversarium futurum. An ideo aliquid contra mulieres
fecit ne totum edictum ad Chelidonis arbitrium scriptum videretur. Cu-
piditati hominum ait se obviare qui potius non modo his temporibus
sed etiam apud maiores nostros quis tam remotus fuit a cupiditate.
Dic queso cetera, delectat enim me hominis gravitas scientia iuris auctoritas,
qui ab A. Postumio. Q. Fulvio censoribus postve ea fecit, fecerit
quis unquam edixit isto modo, quis unquam eius rei fraudem aut periculum
proposuit edicto, quod neque post edictum, neque ante edictum provideri po-
tuit, iure legibus, auctoritate omnium qui consulebantur testamentum P. An-
nius fecerat non improbum, non inofficiosum, non inhumanum, quod si

ita fecisset, tamen post illius mortem de testamento illius non novum consti-
tui oporteret. Voconia lex videlicet delectabat, imitatus esses illum
ipsum C. Voconium, qui lege sua hereditatem ademit nulli neque virgini
neque mulieri sanxit in posterum qui post eos censores census
esset, ne quis heredem virginem, neve mulierem faceret, in lege Vo-
conia non est fecit fecerit, neque preteritum tempus reprehenditur, nisi eius
rei que sua sponte scelerata ac nefaria est: ut etiam si lex non esset,
magnopere vitanda fuerit, atque in his rebus multa videmus ita sancta
esse legibus ut ante facta in iudicium non vocentur. Cornelia testamen-
taria nummaria cum ceteris complures, in quibus non ius aliquod novum
populo constituitur, sed sancitur, ad quod semper malum facinus fuerit,
eius que certis ad populum pertinent ex certo tempore. De iure vero civili si quid
novi quis instituit, omnia que antea acta sunt, rata esse patitur. Cedo
mihi leges Atinias Furias, Fusias, ipsam ut dixi Voconiam omnes.
Preterea de iure civili hoc reperies, ut in omnibus statui ius, quod post
eam legem populus utatur, qui plurimum tribuunt edicto pretores edictum legem
annuam dicunt: tu edicto plus complecteris quam lege, si finem edicto
pretoris afferunt kalende ianuarie. Cur non initium quoque edicti nascitur a kalendis
ianuariis. an in eum annum progredi nemo poterit, edicto quo pretor alius
regredietur, ac si tu iuris non unius causa hominis edixisses, cautius
composuisses. Scribis si quis heredem fecit fecerit, quid si plus legavit
it quam ad heredem heredesve perveniat, quod per legem Voconiam eius
qui census non sit licet, cur hoc cum in eodem genere sit non caves
quia non genus sed hominem causam verbis amplecteris, ut facile appareat
te pretio et commotum, atque hoc si in posterum edixisses, minus ne-
farium esset: tamen esset improbum, sed tamen vituperari posset, in dubium
venire non posset, nemo enim committeret. Nunc est eiusmodi
edictum, ut quivis intelligat non populo esse scriptum, sed P. Annii
secundis heredibus. Itaque cum a te caput illud tam multis verbis
mercenario prohemio esset ornatum, ecquis est inventus postea
pretor, qui illud idem ediceret: non modo id nemo edixit, sed ne
metuit quidem quisquam ne quis ediceret. Nam post te pretores multi
eodem modo testamenta fecerunt. In his nuper Annia locuples
propinquorum suorum permissu mulier quia censa non erat testamento

fecit heredem filiam. Itaque hoc magnum iudicium bonum de istius singulari
improbitate: quod Verres sua sponte instituisset id neminem metuisse
ne quis reperiretur qui istius institutum sequi vellet. Solus enim tu
inventus es cui non satis fuerit corrigere voluntates vivorum nisi etiam rescinderes
mortuorum. Tu ipse ex Siciliensi edicto hoc sustulisti. Ex improviso vo-
luisti que res nate essent ex urbano edicto decernere que postea
tibi in defensionem relinquebantur in ea maxime offendisti. Tu tuum
auctorem tu te ipse edicto provinciali repudiabas. Atque ego non dubito
quin ut mihi cui filia maxime cordi est, res haec acerba videtur atque
indigna, sic unicuique vestrum qui simili sensu atque indulgentia filiarum
commovemini. Quid enim natura nobis iucundius, quid carius esse
voluit? Quid est dignius in quo omnis nostra diligentia indulgentiaque
consumatur homo importunissime: cur tantam iniuriam P. Annio fe-
cisti, mortuo cur hunc dolorem cineri eius atque ossibus inussisti, ut
liberis eius bona patria voluntate patris iure, legibus tradita eriperes
et cui tibi esset commodum condonares. Quibuscum vivi bona nostra
partimur hiis praetor adimere nobis mortuis bona fortunasque poterit?
nec petitionem inquit, nec possessionem dabo. Eripies igitur pupille togam
pretextam: detrahes ornamenta non solum fortune, sed etiam ingenui-
tatis: miramur ad arma contra istum hominem Lampsacenos isse: mira-
mur istum de provincia decedentem clam, Syracusis profugisse
nos si alienam vicem pro nostra iniuria doleremus vestigium istius in foro
non esset relictum: pater dat, filie prohibes, leges sinunt, tamen te interponis
de suis bonis ita dat ut ab iure non abeat. Quid habes quod repre-
hendas? nihil opinor: at ego concedo, prohibe si potes, si habes qui te
audiat, si potest tibi dicto audiens esse quisquam eripias tu voluntatem
mortuis, bona vivis, ius omnibus, hoc populus romanus vindicandum non cen-
seret, nisi te huic tempori atque huic iudicio reservasset. Postea quam ius
pretorium constitutum est, semper hoc iure usi sumus, si tabule testa-
menti non preferrentur tum uti quemque potissimum heredem esse opor-
teret, si is intestato mortuus esset, ita secundum eum possessio
daretur quare hoc sit equissimum facile est dicere. sed in re tam
usitata satis est ostendere, omnes antea ius ita dixisse et hoc vetus
edictum translatitiumque esse cognoscite: aliud hominis in re veteri edictum

novum et simul dum est, unde ius civile nosceretur adolescentes etiam ad
disciplinam tradidit, mirum est hominis ingenium, miram prudentiam. Minucius
quidam mortuus est ante istum pretorem, eius testamentum erat nullum,
lege hereditas ad gentem Minuciam veniebat, si habuisset iste edictum
quod ante istum et postea omnes habuerunt, possessio Minucie genti esset
data: si quis testamento heredem se esse arbitraretur, quod tum non extaret
lege ageret in hereditatem, aut pro prede litis vindiciarum cum satis accipere
posset, sponsionem faceret, ita de hereditate certaret, hoc opinor iure
et maiores nostri et nos semper usi sumus. Videte ut hoc iste corre-
xerit, componit edictum iis verbis, ut quivis intelligere posset,
unius hominis causa conscriptum esse tantum quod hominem non nominat, causam
quidem totam perscribit ius, consuetudinem, equitatem, edicta omnium
negligit. Ex edicto urbano si de hereditate ambigitur, si possesso-
rum sponsionem non faciet. Iam quid id ad pretorem uter possessor
sit nominet, id queri oportet: utrum possessorem non moves possessione
si possessor non esset non dares, nusquam enim scribis, neque tu aliud quicquam
edicto amplecteris, nisi eam causam pro qua pecuniam acceperas. Iam
hoc ridiculum est, si de hereditate ambigitur, et tabule testamenti obsi-
gnate non minus multis signis quam e lege oportet ad me proffe-
rentur secundum tabulas testamenti potissimum hereditatem dabo, hoc
translatitium est, sequi illud oportet, si tabule testamenti non proferentur
quid ait? se ei daturum qui dicat heredem esse. Quid ergo interest
proferantur nec ne si protulerit uno signo ut sit minus quam ex
lege oportet non des possessionem si omnino tabulas non proferret, dabis.
Quid nunc dicam neminem umquam postea alium edixisse valde sit mirum
neminem fuisse, qui istius se simile dici vellet, ipse in Siciliensi
edicto hoc non habet: exegerat enim iam mercedem, item ut
illo edicto de quo ante dixi in Sicilia de hereditate possessio-
nibus dandis edixit id quod omnes Rome preter istum. Ex edicto Sici-
liensi si de hereditate sicut meo in illo capite Anniano de mu-
lierum hereditatibus, nunc in hoc de hereditatum possessionibus cur
ea capita in edictum provinciale transferre noluerim? utrum digniores
homines existimasti eos qui habitant in provincia, quam nos qui equo iure
uteremur. An aliud Rome equum est, aliud in Sicilia? Non enim

Et potest hoc loco dari multa et in provinciis aliter edicenda: non de heredi-
tatum quidem possessionibus, non de mulierum hereditatibus: nam utroque genere
video non modo ceteros, sed te ipsum totidem verbis edixisse quot verbis
edici Romae solet. Quae Romae magna cum infamia pretio accepto
edixeras, ea sola te ne gratis in provincia male audires, ex edicto Sici-
liensi sustulisse video. Et cum edictum totum eorum arbitratu quoad dum fuit
designatus componeret qui ab isto ius ad utilitatem suam nundina-
rentur: tum vero in magistratu contra illud edictum suum sine ulla religi-
one decernebat. Itaque L. Piso multos codices implevit earum
rerum in quibus intercessit quod iste aliter atque ut edixerat decrevisset,
quod vos oblitos esse non arbitror: quae multitudo, qui ordo ad Piso-
nis sellam isto praetore et solitus sit convenire. quem iste collegam
nisi habuisset, lapidibus coopertus esset in foro, sed eo leviores istius
iniuriae videbantur, quod erat in aequitate prudentiaque Pisonis pa-
ratissimum perfugium, quo sine labore, sine molestia, sine impensa
etiam, sine patrono homines uterentur. Nam quaeso redite in me-
moriam iudices quae libido istius in iure dicendo fuerit, quae
varietas decretorum, quae nundinatio, quam inanes domus eorum omnium
qui de iure civili consuli solent, quam plena ac referta Chelidonis
a qua muliere cum erat ad eum ventum, et in aurem eius insu-
surratum, alias revocabat, alias inter alios contraria sine
ulla religione decernebat, ac proxime paulo ante decreverat. hic
illi homines erant qui etiam ridiculi inveniebantur ex dolore
quorum audistis negabant: mirandum esse iustam neque esse veri-
num, alii etiam frigidiores erant. Sed quia stomachabantur, ridiculi
videbantur esse cum Sacerdotem exsecrabantur qui verrem tam nequam
reliquisset, quae ego non commemorarem, neque enim perfacile dicta
neque porro hac severitate digna sunt. nisi vos illud vellem
recordari istius nequitiam et iniquitatem tum in ore vulgi
atque in communibus proverbiis esse versatam. In plebem vero romanam
utrum superbiam prius commemorem an crudelitatem sine dubio cru-
delitas gravior est atque atrocior. Oblitos ne quam hos putatis esse
quemadmodum sit iste solitus virgis plebem romanam concidere. quam re-
tum tribunus plebis in contione egit: cum eum quem virgis iste ceciderat

in conspectum populi romani produxit. cuius rei cognoscendae faciam vobis suo
tempore potestatem. Superbia vero quae fuerit, quis ignorat? quemadmodum
is tenuissimum quemque contempserit, despexerit, liberum esse numquam
duxerit. P. Trebonius viros bonos et honestos complures fecit he-
redes, in his fecit suum libertum. Is A. Trebonium fratrem habuerat
proscriptum. ei cum cautum vellet, scripsit ut heredes iurarent se
curaturos ut ex sua quibusque parte ne minus dimidium ad A.
Trebonium fratrem illum proscriptum perveniret. libertus iurat; ceteri he-
redes adeunt ad verrem: docent non oportere, sed iure se iuraturos
esse quod contra legem Corneliam scriptum esset, iurari vetat. Im-
petrant ut ne iurent: dat iis possessionem. ego id non reprehendo.
Etenim erat iniquum homini proscripto egenti de fraternis bonis quicquam
dari, et ille libertus nisi ex testamento patroni iurasset, scelus se facturum
arbitrabatur. Itaque ei verres possessionem hereditatis negat se
daturum, ne posset patronum suum proscriptum iuvare, simul
ut esset poena quod alterius patroni testamento obtemperasset. Das pos-
sessionem ei qui non iuravit, concedo; praetorium est. Adimis tu
ei qui iuravit quo exemplo? proscriptum iuvat; lex est, poena est. Quid
ad eum qui ius dicit, utrum reprehendis quod patronum iuvabat eum
qui tum in miseriis erat: an quod alterius patroni mortui volun-
tatem conservabat, quo summum beneficium acceperat. utrum
horum reprehendis. Et hoc tum de sella vir optimus dixit: equiti romano
tam locupleti libertinus sit homo heres? O modestum hominem
qui illinc vivus surrexit. Possum sescenta decreta proferre
in quibus ego proferre, in quibus ut ego pecuniam non dicam
intercessisse, ipsa decretorum novitas iniquitasque declarat.
Ex ut et uno de ceteris coniecturam facere possitis id quod
priore actione cognostis audite. C. Sulpicius Olympus fuit;
is mortuus est C. Sacerdote praetore, nescio an antequam verres
praeturam petere coepit: fecit heredem M. Octavium Ligurem. Li-
gur hereditatem adiit, possedit Sacerdote praetore sine ulla contro-
versia: postea quam verres magistratum iniit, ex edicto istius, quod
edictum Sacerdos non habuerat, Sulpicii patroni filia sextam partem
hereditatis a Ligure petere coepit. Ligur non aderat. L. frater

eius causam agebat. Aderant amici, propinqui dicebant, iste nisi cum
muliere decideretur in possessionem se ire iussurum. L. Gellius causam
Liguris defendebat; docebat edictum eius non oportere ad eas here-
ditates valere, que ante eum praetorem venissent; si hoc tum fuisset edictum,
fortasse Ligurem hereditatem aditurum non fuisse. Equa postulatio,
summa hominum auctoritas pretio superabatur. Venit Romam Ligur; non
dubitabat, quin si ipse Verrem convenisset, equitate, causa, et auctoritate
sua commovere hominem posset. Domum ad eum venit, rem demonstrat,
quam pridem sibi hereditas venisset, docet, quod facile in causa equissima
homini negotioso fuit, multa que quemvis movere posset dixit; ad ex-
tremum petere cepit, ne usque eo suam auctoritatem despiceret, gratiamque
contemneret, ut se tanta iniuria afficeret. Homo Ligurem accu-
sare cepit, qui in re adventitia atque hereditaria tam diligens,
tam attentus esset; debere eum aiebat suam quoque rationem ducere;
multa sibi opus esse, multa canibus suis, quos circa se haberet. Non
possum illa planius commemorare, quam ipsum Ligurem pro testimonio
dicere audistis. Quid est Verres? utrum ne his quidem testibus cre-
detur, an hoc ad rem non pertineret? Non M. Octavio, non Liguri,
quis nobis crederet? cui nos? Quid est Verres quod planum fieri te-
stibus possit, si hoc non fit? an id quod dicit leve est? nihil levius quam
praetorem urbis hoc iuris in suo magistratu constituere, omnibus his
quibus hereditas venerit, coheredem praetorem esse oportere. An non dubi-
tamus quo ore iste ceteros homines inferiore loco, auctoritate, ordine,
quo ore homines rusticanos ex municipiis, quo denique ore quos
numquam liberos homines solitus sit appellare, qui obvius dicendum
M. Octavium Ligurem hominem ornatissimum loco, ordine, nomine, vir-
tute, ingenio, copiis poscere pecuniam non dubitarit. In sartis
ut tectis quemadmodum sese gesserit, quid ego dicam? Dixerunt
qui senserunt; sunt alii qui dicant; note res et manifeste prolate
sunt et proferentur. Dixit C. Fannius eques Romanus, frater germa-
nusque Titinii iudicis tui, tibi se pecuniam dedisse. Recita testi-
monium C. Fannii. Nolite Cn. Fannio dicenti credere; nolite
inquam T. Titinii Cn. Fannio fratri tuo credere. Dicit rem
incredibilem. C. Verrem insimulat avaritie et audatie quitia

videntur in quemvis potius quam in istum convenire. Dixit Q. Tadius
homo familiarissimus patris istius, non alienus a matris eius
genere et nomine; tabulas protulit, quibus se pecuniam ostendit.
Recita nomina Q. Tadii, recita testimonium Q. Tadii. Ne tabulis quidem
Q. Tadii nec testimonio credetur? Quid igitur in iudiciis seque-
mur? Quid est aliud omnibus omnia peccata et maleficia
concedere, nisi hoc, hominum honestissimorum testimoniis et virorum
bonorum tabulis non credere? Nam quid ego de quotidiano sermone
querimonia, que populi loquar de istius impudentissimo furto
seu potius novo ac singulari latrocinio ausum esse in ede
Castoris celeberrimo, clarissimoque monumento, quod templum
in oculis quotidianoque aspectu populi Romani est positum, quo sepe
numero senatus convocatur, quo maximarum rerum frequentissime
quotidie advocationes fiunt: in eo loco in sermone hominum
audatie sue monumentum eternum relinquere. Edem Ca-
storis iudices P. Iunius habuit tuendam L. Sylla, Q. Metello
consulibus: is mortuus est, reliquit pupillum parvum filium. Cum
L. Octavius, C. Aurelius consules edes sacras locavissent, neque
potuissent omnia sarta tecta exigere, neque hi praetores quibus erat
negotium datum C. Sacerdos et M. Cesius, factum est senatus consultum, qui de
sartis tectis cognitum et iudicatum non esset, uti C. Verres, P.
Celius praetores cognoscerent et iudicarent: qua potestate iste permisso
ut ex Cn. Fannio, et ex Q. Tadio cognovistis. Verumtamen cum
esset omnibus in rebus apertissime, impudentissimeque predatus,
hoc voluit clarissimum relinquere indicium latrociniorum suorum
de quo non audire aliquando, sed videre quotidie possemus.
Quesivit quis edem Castoris sartam tectam deberet tradere.
Iunium ipsum mortuum esse sciebat, scire volebat ad quem illa
res pertineret; audit pupillum esse filium. Homo qui semper ita
palam dictasset pupillos et pupillas certissimam predam
esse praetoribus, optatum negotium sibi in sinum delatum esse dice-
bat. Monumentum illa amplitudine, illo opere quamvis sarto
tecto integroque esset, tamen aliquid inventurum, in quo moliri
predarique posset, arbitrabatur. L. Rabonio edis Castoris

tradi oportebat. is cum pupilli Iunij tutor erat, testo prius cum eo
sine ullo instrumento convenerat, iam quemadmodum traderet. Iste
ad se Carbonium vocat, querit et quid sit, quod a pupillo traditionem
esse signa et dona comparare omnia ipsum templum omni opere esse integrum
indignum sibi videri cepit ex tanta ede, tantoque opere se non opi
mum preda presertim a pupillo defendere. Venit ipse in edem Ca
storis, templum videt undique tectum pulcherrime laqueatum, preterea
cetera nova atque integra versat, se querit quid agat: dicit
ei quidam ex illis canibus, quos iste Liguri dixerat esse circa se
multos: tu Verres hic id quod moliare nihil habes nisi forte vis
ad perpendiculum columnas exigere. homo omnium rerum imperitus
querit quid sit ad perpendiculum: dicunt ei fere nullam esse columnam
que ad perpendiculum esse possit: nam mehercule inquit sic
agamus columne ad perpendiculum exigantur. Rabonius qui legem
noverat: qua in lege numerus tantum columnarum traditur, perpen
diculi mentio fit nulla et qui non putaret sibi expedire ita
accipere, ne eodem modo tradendum esset, negat id sibi deberi
negat oportere exigi. Iste Rabonium quiescere iubet, et simul
ei nonnullam spem societatis ostendit. hominem modestum et mini
me pertinacem facile coheret. Columnas ita se exacturum esse con
firmat, nova res atque improvisa pupilli calamitas nuntiatur statim C.
Mustio vitrico pupilli, qui nuper est mortuus. M. Iunio patruo P.
Titio tutori homini frugalissimo: hi rem ad virum primarium summo
officio ac virtute preditum M. Marcellum qui erat pupilli tutor
deferunt. Venit ad Verrem M. Marcellus: petit ab eo pro sua fide
ac diligentia pluribus verbis, ne per summam iniuriam pupillum Iunium
fortunis patris conetur evertere. Iste qui iam spe et opinione preda
illam devorasset: neque ulla equitatis oratione, neque auctoritate M. Mar
celli commotus est. Itaque quemadmodum ostendisset se id exacturum
esse respondit. cum sibi omnes ad istum allegationes difficiles omnes
aditus arduos ac potius interclusos viderent, apud quem non
ius, non equitas, non misericordia, non propinqui oratio, non amici
voluntas, non cuiusquam auctoritas pro pretio non gratia valerent, statu
unt id sibi esse optimum factu: quod cuivis venisset in mentem petere

auxilium a Chelidone que isto praetore non modo in iure civili privatorumque
omnium controversiis populo romano prefuit: verum etiam in his sartis, tectisque
dominata est. Venit ad Chelidonem C. Mustius eques romanus publicanus
homo cum primis honestus venit. M. Iunius patruus pueri fruga
lissimus homo et castissimus venit homo summo honore, pudore
et summo officio spectatissimus ordinis sui P. Titius tutor. O multis
acerbam o miseram atque indignam preturam tuam ut mittam cetera
quo tandem pudore tales viros, quo dolore meretricis domum
venisse arbitramini, qui nulla conditione istam turpitudinem
subissent, nisi officii necessitudinisque ratio coegisset. Veniunt
ut dico ad Chelidonem, domus erat plena nova iura, nova de
creta, nova iudicia petebantur: mihi det possessionem, mihi ne
adimat in me iudicium, ne det mihi bona addicat, alij nummos
numerabant, alij tabulis obsignabant: domus erat non meretricio
conventu, sed pretoria turba referta simul ac potestas primum
data est. Adeunt hi quos dixi loquitur Mustius rem demon
strat, petit auxilium, pecuniam pollicetur. Respondit illa ut mere
trix non inhumane libenter: ait se esse facturum et secum isto dili
genter sermocinaturam reverti iubet tum discedunt, postridie re
vertuntur: negat illa posse hominem exorari permagnam eum dicere
ex illa re pecuniam confieri posse. Vereor ne quis forte de populo
qui priore actione non affuit: hec quia propter turpitudinem insignem
sunt incredibilia fingi a me arbitretur. Ea vos antea iudices
cognovistis. Dixit iuratus P. Titius tutor pupilli Iunij. Dixit
M. Iunius tutor et patruus. M. Mustius dixisset si viveret, sed
pro Mustio recenti re de Mustio auditum dixit tetius domi eius
qui cum sciret me ex Mustio vivo audisse, quid eo sum usus
plurimum: etenim iudicium quod propter omnium fortunarum suarum CH.
Mustius hunc me uno defendente vicit: cum hoc ut dico sciret L.
Domitius me scire ad eum res omnes Mustium solitum esse deferre
tamen de Chelidone reticuit quoad potuit, alio responsionem suam
derivavit tantus in adolescente clarissimo ac principe iuven
tutis fuit pudor, ut aliquandiu cum a me premeretur, omnia potius
responderet, quam Chelidonem nominaret. Primo necessarios istius ad

eum allegatos esse dicebat: deinde aliquem aliud, chelidonem nomina-
vit. Non te pudet Verres eius mulieris arbitratu gessisse preturam
quam L. domitius abnominari vix sibi honestum esse arbitrabatur?
R (Rediit) ad chelidonem cepit consilium necessarium, ut suscipiat ipse
negotium cum rabonio tutore, quod erat vix
quadraginta milium transigit ducentis milibus refert ad istum
rem rabonius ut sibi videbatur satis grandem pecuniam et satis
impudentem et iste qui aliquanto plus cogitasset male accepit
verbis rabonium negat eum sibi illa decisione satisfacere posse.
ne multa locaturum confirmat tutores hoc nesciunt quod actum erat
cum rabonio putant id esse certissimum nullam maiorem pupillo me-
tuunt calamitatem: iste vero non procrastinat locare incipit non
proscripta neque edicta die alienissimo tempore ludis ipsis romanis
foro ornato. Itaque renuntiat rabonius illam decisionem tutoribus
accurrunt tamen ad tempus tutores digitum tollit iunius patruus
isti color immutatus est, vultus, oratio mens denique excidit. Quid
ageret cepit cogitare si opus pupillo redimeretur, si res abiret
ab eo M. (mancipe) quem ipse apposuisset sibi nullam predam esse. Itaque
excogitat. quid? nihil ingeniose, nihil quod quisquam possit dicere
improbe verum callide, nihil veteratorium expectaveritis omnia
aperta omnia perspicua reperientur impudentia, amentia, audacia,
si pupillo opus redimitur, mihi preda de manibus eripitur.
Quid est ergo remedii: quid ne liceat pupillo redimere. ubi illa
consuetudo in bonis predibus, prediisque vendendis omnium consulum,
censorum, pretorum, questorum denique ut optima conditione sit is cuia
res sit cuium periculum. Excludit eum solum cui prope dicam
soli potestatem factam esse oportebat. Quid enim quisquam ad meam pe-
cuniam me invito aspirat? Quid accidit, locatur opus id quod
ex mea pecunia reficiatur, ego me refecturum esse dico, probatio
futura est tua qui locas predibus et prediis populo cautum est et si non
putas cautum, tu pr. vel mea bona quos voles immittes me ad
meas fortunas defendendas accedere non sinas. Opere pretium ipsam
legem cognoscere, dicetis eundem conscripsisse qui illud edictum
de hereditate ex opere faciendo que pupilli iunii dic dic quesso

clarius. C. Verres. pr. urbis addidit: corriguntur leges censore.
Quid enim video in multis veteribus legibus. CN. domitius. L. metellus
L. cassius. CN. servilius censores addiderunt vult aliquid eius
modi C. Verres dic quid addidit. Quid de L. martio. M. per-
penna censoribus socium ne admitto ne ne partem dato, ne ve re-
dimito. Quid ita ne vitiosum opus fieret, at erat probatio
tua, ne parum locuples esset, at erat et esset amplius, si velles
populo cautum predibus et prediis hic te si res ipsa si indignitas in-
iurie tue non commovebat, si pupilli calamitas propinquorum la-
chrime. D. bruti cuius predia subierunt periculum. M. marcelli
tutoris auctoritas apud te ponderis nihil habebat, ne illud quidem
animadvertebas eiusmodi fore hoc peccatum tuum, quod tu neque ne-
gare posses, in tabulas enim retulisti, nec cum defensione aliqua
confiteri addicitur id opus milibus cum tutores
LXXX. milibus id opus ad illius bonis neg...
mi arbitrium se effecturos esse clamarent. etenim quid erat operis
id quod vos vidistis omnes ille columne quas dealbatas videtis
machina apposita, nulla impensa delecte, eisque lapidibus
reposite sunt: hoc tu milibus locavisti atque
in illis columnis dico esse que a tuo redemptore commote non
sint dico esse ex qua tantum tectorium vetus delectum sit, et novum
inductum, quod si tanta pecunia columnas dealbari potuissem
certe numquam edilitatem petivissem: aut ut videbatur tamen
res agi et non eripi pupillo siquid operis causa resciderit
reficito quid erat quod rescinderet cum suo quemque loco la-
pidem reponeret qui redemerit, satisdet damni infecti
ei, qui ab vetere redemptore receperit, deridet cum sibi ipsum
iubet satisdare rabonium pecunia presens solvitur quibus de
bonis eius quid tu milibus locasti
LXXX. milibus effecturum esse clamavit. Quibus de bonis
pupilli cuius etatem et solitudinem etiam si tutores non essent
defendere. pr. debuit tutoribus defendentibus non modo patrias
eius fortunas, sed etiam bona tutorum ademisti. hoc opus bo-
num suo cuique facito lapis aliquis cedendus et apportandus

fuit, machina sua non illo, non saxum, non materies advecta est
tantum operis et in ista locatione fuit quantum pauce opere fabrorum
mercedis tulerunt et manus pretium machine. verum tamen si
matis minus operis et una columnarum efficere ab integro
novam nullo lapide redivivo, an quatuor illas reponere
nemo dubitabat, quin multo maius sit novam facere. Osten
dam in edibus privatis longa difficilique vectura columnas
singulas ad impluvium   quadragenis milibus
non minus magnas locatas, sed ineptum est de tam perspicua
istius impudentia pluribus verbis disputare, presertim cum iste
aperte tota lege omnium sermone atque existimatione contemp
serit, qui etiam ad extremum ascripserit redivivum sibi habeto, quasi
quicquam redivivi ex opere illo tolleretur, ac non totum opus
ex redivivis constitueret. At enim si pupillo redimi non lice
bat: non necesse erat rem ad ipsum pervenire. Poterat aliquis
ad id negotium de populo accedere omnes exclusi sunt non minus
aperte quam pupillus. diem constituit operi faciendo. Kal. decembris
locat circiter id. sept. angustiis temporis excluduntur omnes.
Quid quod rabonius diem istam quomodo assequitur. Nemo rabonio molestus
est, neque Kal. decembr. neque non. neque ydibus. Denique aliquanto
in provinciam iste proficiscitur quam opus effectum est, postea reus
est factus primo negat opus in acceptum referri posse, cum instaret
rabonius me cum communicabat, quod tu cochlearem obsignasse pe
tit a me rabonius et amicos allegat, facile impetrat. iste
quid ageret, nesciebat, si in acceptum non retulisset, putabat se
aliquid defensionis habiturum rabonium porro intelligebat rem totam
esse patefacturum, tametsi quid poterat esse apertius quam nunc est
ut uno minus teste haberet rabonio opus in acceptum retulit
quadriennio post diem quam dixerat. hac condicione si quis de
populo redemptor accessisset. tum in eius arbitrium ac potestatem ve
nire nolebant, qui sibi ereptam quondam arbitrarentur. Nonne
argumentamur quo iste pecunia pervenirent, fecit ipse indicium
primum cum vehementius cum eo. D. brutus contenderet, qui de
sua pecunia   numiavit, quod iam iste ferre non poterat.

quem addito prediibus de   Lx. milibus remisit. D. bruto
ex milia HS sibi aliena res est, certe facere non potuisset.
deinde nummi numerati sunt carnificio, quem scribam suum fuisse ne
gare non potest. Postremo ipsius rabonii tabule predam illam istius
fuisse clamant. Recita nomina rabonii. hic etiam priore actione
Q. hortensius pupillum iunium venisse pretextatum in vestrum con
spectum, et testes secum patruo testimonium dicente questus est.
et me popularem agere, atque invidiam commovere quod puerum
producerem clamitavit. Quid erat hortensi tandem in illo
puero populare, quid invidiosum. gracchi credo, aut satur
nini, aut alicuius hominis eiusmodi produxeram filium ut nomine
ipso et memoria patris animos imperite multitudinis concitarem
P. iunii erat hominis de plebe romana filius. quem pater moriens
cum tutoribus et propinquis tum legibus, tum equitati magistratuum,
cum iudiciis vestris commendatum putavit. hic istius sceleratione
nephariaque latrocinio bonis patriis, fortunisque omnibus spoliatum
venit in iudicium, si nihil aliud saltem, ut eius cuius opera ipse
multos annos est, paulo tamen obsoletius vestitum videretis. Itaque
tibi hortensi non illius, sed causa, non vestitus, sed fortuna
popularis videbatur, neque te tam commovebat quod ille cum toga
pretexta, quam quod sine bulla venerat. Vestitus enim neminem commo
vebat is quem illi mos et ius ingenuitatis dabat, quod ornamentum
cum pueritiis pater dederat indicium atque insigne fortune. Hoc
ab isto predone ereptum esse graviter et acerbe homines ferebant.
neque erant he lacrime populares magis quam nostre, quam tue. Q.
hortensi quam horum qui sententiam laturi sunt. ideo quod communis est causa
commune periculum, communi presidio talis improbitas tamquam aliquod in
cendium restinguenda est: habemus enim liberos parvos incertum
est quam longa nostrum cuiusque vita futura sit. consulere vivi
atque prospicere debemus, ut illorum solitudo et pueritia quam fir
missimo presidio munita sit. Quis est enim qui tueri possit
liberum nostrorum pueritiam contra improbitatem magistratuum. Mater
credo in magno presidio fuit annie pupille mulier femina
primaria minus illa deos. hominesque implorante iste iconi

pupille fortunas iste patrias ademit: tutores ne defenderent
perfacile non apud istiusmodi pr. a quo M. Marcelli tutoris in causa
pupilli Iunii, et oratio, et voluntas, et auctoritas repudiata est.
Quereremus etiam quid iste in ultima Phrigia, quid in extremis Pamphi-
lie partibus fecerit: qualis in bello predonum predo ipse fuerit
qui in foro p. r. pirata nepharius reperiatur dubitamus quid
iste in hostium preda molitus sit: qui manubias sibi tantas
c. xl. Marcelli manubiis fecerit, qui maiore pecunia quattuor
columnas dealbandas quam ille omnes edificandas locaverit.
Expectemus quid dicant ex Sicilia testes quis unquam templum
illud aspexit, quin avaritie tue, quin iniurie, quin audacie
testis esset, quis a signo Vertumni in circum maximum venit, quin
is uno quoque gradu de avaritia tua commoneretur. quam tu
viam tensarum atque pompe eiusmodi exegisti, ut tu ipse illa re-
re non audeas. Te putet quisquam cum ab Italia freto disiunctus esses
sociis temperasse, qui edem Castoris testem tuorum furtorum esse volue-
ris, quam populus romanus quotidie videt etiam, tum cum de te sententiam ferret, vide-
rent atque etiam iudicium in pretura publicum exercuit: non enim pre-
tereundum est, ne id quod petita multa est, apud istum pretorem
a. Q. Opimio qui adductus in iudicium verbo, quod cum esset tr. pl.
intercessisset contra legem Corneliam, quod in tribunatu dixisset contra
alicuius hominis nobilis voluntatem de quo iudicio si velim dicere
omnia multi appellandi, ledendique sunt, quod mihi non est necesse
tantum dicam paucos homines arrogantes hoc auctore. Q. Opimium
per ludum et iocum fortunis omnibus evertisse. Is mihi etiam queritur
quod a nobis novem solis diebus prima actio sui iudicii transacta
sit, cum apud ipsum tribus horis Q. Opimius senator p. r. bona
fortunas, ornamenta omnia amiserit: cuius propter indignitatem iudicii
sepissime est actum in senatu, ut genus hoc totum multarum atque
iudiciorum eiusmodi tolleretur. Iam vero bonis Q. Opimii venden-
dis quas iste predas quam aperte, quam improbe fecerit, longum est
dicere. hoc dico nisi nobis id hominum honestissimorum tabulis
planum fecero fingi a me hoc totum temporis causa putatote.
iam qui ex calamitate senatoris populi romani cum pr. iudicio ei pre-

fuisset spolia domum suam referre, et manubias detrahere conatus
est, is ulla in se calamitatem poterit deprecari. Nam de subsortitione
illa Iuniana iudicium nihil dico, quid. n. contra tabulas quas tu pro-
tulisti audeas dicere, difficile est. Non enim me tua solum et iudicum
auctoritas, sed et anulus aureus scribe tui deterret. Non dicam id
quod probare difficile est. Hoc dicam quod ostendam multos esse pri-
marios audisse cum diceres ignosci tibi oportere quod falsum codicem
protuleris. Nam qua invidia .c. Iunius conflagravit ea nisi pro-
vidisses tibi ipsi tum perniciem fuisse. eiusmodi iste sibi et saluti sue
prospicere didicit referendo in tabulas et privatas et publicas
quod gestum non esset tollendo, quod esset et semper aliquid demendo mu-
tando, curando, ne litura appareat in maleficiis reperiri posset.
eiusdem modi sortitionem homo amentissimus suorum quoque iudicum
fere putavit per sodalem suum Q. Curtium iudicem questionis. Cum
nisi ego vi populi et hominum clamore atque convitio restitissem ex
hac decuria vestra, cuius mihi copiam quam largissime factam opor-
tebat, erepta esset facultas eorum, quos iste audierat in suum
consilium sine causa subsortiebatur.

M. T. Ciceronis. Accusationum in verrem. L. iiii. incipit.

Multa mihi necessario iudices pretermittenda
sunt, ut possim aliquo modo de his rebus, que
mee fidei commisse sunt, dicere. Recepi. n.
causam Sicilie, ea me ad hoc negotium provin-
cia attraxit. Ego tamen hoc onere suscepto et recepta causa Si-
ciliensi amplexus animo sum aliquanto amplius: suscepi. n. causam
totius ordinis, suscepi causam p. r. quod putabam tum denique recte
iudicari posse, si non modo reus improbus adduceretur: sed etiam
diligens et firmus accusator ad iudicium veniret, quo mihi matu-
rius ad Siciliam causam veniendum est, relictis ceteris eius furtis
ac flagitiis ut et viribus quam integerrimis agere et ad dicendum
temporis satis habere possim. atque adeo antequam de incommodis

sicilie dico pauca videntur et de provincie dignitate, vetustate, utilitate
dicenda. Nam cum omnium sociorum provinciarumque rationem diligenter habere
debetis, tum precipue Sicilie, iudices, plurimis iustissimisque de causis,
primumque omnium nationum exterarum princeps Sicilia se ad amicitiam
fidemque populi ro. applicuit, prima omnium id quod ornamentum imperii
est provincia appellata, prima docuit maiores nostros quam preclarum
esset exteris gentibus imperare, sola fuit ea fide benivolentia erga
p. r. ut civitates eius insule, que semel in amicitiam nostram ve-
nissent, numquam postea deficerent, pleraeque autem et maxime illust-
res in amicitia perpetuo manerent. Itaque maioribus in Africam
ex hac provincia gradus imperii factus, neque enim tam facile opes
Cartaginis tante concidissent, nisi illud et rei frumentarie sub-
sidium et receptaculum classibus nostris pateret. Quare P. Afri-
canus Cartagine deleta, Siculorum urbes signis, monumentisque
pulcherrimis exornavit, ut quos victoria p. r. maxime letari
arbitrabatur, apud eos monumenta victorie plurima colloca-
ret. Denique ille ipse M. Marcellus, cuius in Sicilia virtutem
hostes, misericordiam victi, fidem ceteri Siculi perspexerunt, non solum sociis
in eo bello consuluit, verum etiam superatis hostibus temperavit. Urbem
pulcherrimam Siracusas, que cum manu munitissima esset, tum loci
natura terra et mari claudebatur, cum vi, consilioque cepisset, non
solum incolumem passus est esse, sed ita reliquit ornatam, ut esset
id monumentum victorie, mansuetudinis, continentie, cum homines
viderent et quid expugnasset, et quibus pepercisset, et que reliquisset.
tantum ille honorem Sicilie habendum putavit, ut ne hostium quidem
urbem ex sociorum insula tollendam arbitraretur. Itaque ad omnes res
Sicilia provincia semper usi sumus, ut quidquid ex sese posset
efferret, id non apud eos nasci, sed domi nostre conditum putaremus.
Quando illa frumentum quod deberet, non ad diem dedit, quo id quod
opus esse putaret, non ultro pollicita est, quando id quod imperaretur
recusavit. Itaque ille M. Cato sapiens cellam penariam r. p. nostre,
nutricem plebis ro. Siciliam nominavit. Nos vero experti sumus Ita-
lico maximo, difficillimoque bello Siciliam nobis non pro penaria
cella, sed pro erario illo maiorum vetere ac referto fuisse.

nam sine ulla sumptu nostro, coriis, tunicis, frumentoque suppedi-
tato maximos exercitus nostros vestivit, aluit, armavit. Quid?
illa que forsitan ne sentimus quidem, iudices, quanta sunt, quod multis locu-
pletioribus civitatibus utimur: quod habent propinquam fidelem, fructuosamque
provinciam, quo facile excurrant, ubi libenter negotium gerant, quos
illa partim mercibus suppeditandis cum questu, compendioque dimittit,
parti retinet ut arare, ut pascere, ut negotiari libeat, ut denique
sedes ad domicilium collocare. quod commodum non mediocre p. r. est
tantum civium ro. numerum tam prope a domo tam bonis fructuosisque rebus
detineri. Et quoniam quasi quedam presidia p. r. sunt vectigalia nostra
atque provincie quemadmodum propinquis vos vestris presidiis maxime
delectamini, sic est p. r. iocunda suburbanitas est huiusce
provincie. Iam vero hominum ipsorum iudices ea patientia virtus, fruga-
litasque est, ut proxime ad nostram disciplinam illam veterem non hanc
que nunc increbuit videatur accedere, nihil ceterorum simile
grecorum, nulla desidia, nulla luxuria, contra summus labor in publicis
privatisque rebus, summa parsimonia, summa diligentia. Sic porro
nostros homines diligunt ut his solis neque publicanus, neque nego-
tiator odio sit. Magistratuum autem nostrorum iniurias ita multorum
tulerunt, ut numquam ante hoc tempus ad aram legum, presidiumque
vestrum publico consilio confugerent, tametsi illum annum pertule-
rant, qui sic eos afflixerat, ut salvi esse non possent nisi C.
Marcellus quasi aliquo fato venisset, ut bis ex eadem familia
salus Sicilie constitueretur, postque M. Antonii infinitum illud
imperium senserant. Sic a maioribus suis acceperant tanta p. r. in
Siculos esse beneficia, ut etiam iniurias nostrorum hominum perferen-
das putarent, in neminem civitates ante hoc testimonium publice
dixerunt. hunc denique ipsum pertulissent, si humano modo, si
usitato more, si denique uno aliquo in genere peccasset. Sed cum
perferre non possent luxuriem, crudelitatem, avaritiam, superbiam,
cum omnia sua commoda, iura, beneficia S. pop. ro. unius scele-
re ac libidine perdidissent, hec statuerunt, aut istius iniurias
per vos ulcisci et persequi, aut si vobis indigni esse viderentur, quibus
opem auxiliumque ferretis, urbes ac sedes suas relinquerent.

qui quid iam ante istius iniuriis exagitati reliquissent. Hoc consilio a L. Metello legationes universe petiverunt, ut ei primum isti succederent; hoc omnes totiens apud patronos de suis miseriis deplorarunt. Hoc commoti dolore postulata consulibus, que non postulata, sed istius crimina viderentur, et ediderunt. Fecerunt etiam ut me, cuius fidem continentiamque cognoverant, prope de vite mee statu dolore ac lacrimis suis deducerent: ut ego istius accusationem, a qua mea longissime ratio voluptasque abhorrebat, quamquam in hac causa multo plures partes mihi defensionis quam accusationis suscepisse videor. Postremo homines ex tota provincia nobilissimi primique publice privatimque venerunt, que amplissima atque honestissima queque civitas vehementissime suas iniurias persecuta est.

At quemadmodum, iudices, venerunt? Video, iudices, me liberius apud vos iam pro Siculis loqui debere, quam fortasse ipsi velint: saluti enim eorum potius consulam quam voluntati. Ecquem existimatis umquam ulla in provincia reum absentem contra inquisitionem accusatoris tantis opibus, tanta cupiditate esse defensum? Questores utriusque provincie, qui isto praetore fuerant, cum fascibus mihi presto fuerunt. Hi porro qui successerunt, vehementer istius cupidi, liberaliter ex istius cibariis tracti, non minus acres contra me fuerunt: videte quid potuerit, qui quatuor in provincia questores studiosissimos defensores propugnatoresque habuerit, praetorem vero cohortemque totam sic studiosam, ut facile appareret non tam illis Siciliam, quam inanem offenderant, quam Verrem ipsum, qui plenus decesserat, provinciam fuisse. Minari Siculis si decressent legationem que contra istum diceret; minari si qui essent profecti.

Aliis si laudarent benignissime promittere; gravissimos privatorum rerum testes, quibus nos presentibus denuntiavimus, eos custodiisque retinere. Que cum facta sint, tamen unam solam scitote esse civitatem Mamertinam, que publice legatos qui istum laudarent miserit. Eius autem legationis principem, civitatis nobilissimum, C. Heium, iuratum dicere audistis isti navem onerariam maximam Messane esse publice coactis operis edificatam. Idemque Mamertinorum legatus istius laudator non solum istum

bona sua verum etiam sacra, deosque penates a maioribus ex edibus suis eripuisse dixit: preclara laudatio, cum duabus in rebus legatorum una opera consumitur, in laudando atque repetendo. Atque ea ipsa civitas, qua re isti amica sit, dicetur certo loco: reperientur que cause benivolentie sint Mamertinis erga istum, eedem ipse cause satis iuste et damnationis: alia civitas nulla publico consilio laudat. Vis illa summi imperii tantum potuit apud perpaucos homines, non civitates, ut aut levissimi quidam ex miserrimis desertissimisque oppidis invenirentur qui iniussu populi ac senatus proficiscerentur, aut hi qui contra istum legatos decreverant et testimonium publicum mandata acceperant vi ac metu retinerentur; quod ego in paucis tamen usu venisse non moleste fero, quo reliquie tot, tante et tam graves civitates, tota denique Sicilia plus auctoritatis apud vos haberet, cum videretis nulla vi retineri, nullo periculo prohiberi potuisse quominus experirent, et quid apud nos querimonie valerent antiquissimorum fidelissimorumque sociorum. Nam quod fortasse non nemo vestrum audierit istum a Syracusanis publice laudari: id tametsi priore actione ex Heraclii Syracusani testimonio cuiusmodi esset cognovistis, tamen vobis alio loco ut se tota res habeat, quod ad eam civitatem attinet, demonstrabitur. Intelligetis, iudices, nullius hominis quemquam tanto odio quantum istum Syracusanis et esse et fuisse. At, iudices, istum soli Siculi persequuntur; cives Romani qui in Sicilia negotiantur defendunt, diligunt, salvum esse cupiunt. Primum si ita esset, tamen vos in questione de pecuniis repetundis, que sociorum causa constituta est lege, iudicioque sociali sociorum querimonias audire oporteret. Sed intelligere potuistis

priore actione cives Romanos ex Sicilia plurimos honestissimos maximis de rebus et pro testimonio dicere. Ego hoc intelligo, iudices. Sic confirmo: videor mihi gratum fecisse Siculis, quod eorum iniurias meo labore, inimicitiis, periculo sum persecutus; non minus hoc gratum meis civibus intelligo fecisse, qui hoc existimant, iuris, libertatis, rerum fortunarumque

suorum salutem in istius damnatione consistere. Quae ego de istius praetura Siciliensi non recuso quin ita me audiatis, ut si nulli quem hominum sive Siculorum, sive nostrorum civium, sive cuiusquam ordinis sive aratorum, sive pecuariorum, sive mercatorum probatus sit, si non horum omnium communis hostis praedoque fuerit: si cuiquam denique ullo in re unquam temperavit, ut vos quoque temperetis. Qui simulac ei sorte provincia Sicilia obvenit, statim Romae et ab urbe antequam proficisceretur, quaerere ipse secum et cogitare cum suis coepit quibus rebus in ea provincia maximam uno anno pecuniam facere posset. Nolebat in agendo discere, tametsi provinciae rudis erat et tiro, sed in Siciliam paratus ad praedam meditatusque veniebat. O praeclare coniectum a vulgo in illam provinciam omen communis famae atque sermonis, cum ex nomine istius quid in provincia facturus esset, perridiculi homines augurabantur. Etenim quis dubitare posset, cum istius in quaestura fugam et furtum cognosceret, cum legationis oppidorum, fanorumque spoliationes cogitaret, cum videret in foro latrocinia praeturae, qualis iste in quarto gradu improbitatis futurus esset. Atque ut intellegatis eum Romae quaesisse non modo genera furandi, sed etiam nomina, certissimum accipite argumentum quo facilius de singulari eius impudentia existimare possitis. Quo die Siciliam tetigit, videte satis ut paratus ex illo homine urbano adverrendam provinciam venerit, statim Messana litteras Caledam mittit, quas ego istum in Italia scripsisse arbitror. Nam simul atque e navi egressus est, dedit operam ut calesinus a deo continuo veniret, se de hereditate velle cognoscere quae eius filio a propinquo homine Apollodoro Laphirone venisset. Ea erat, iudices, pergrandis pecunia. Hic est Dio, iudices, huius beneficio Q. Metelli civis Romanus factus, de quo multis primariis testibus, multorumque tabulis vobis priore actione satisfactum est, sestertium undecies millium numeratum esse ut eam causam in qua ne tenuissima quidem dubitatio posset esse isto cognoscente obtineret. Praeterea greges nobilissimarum equarum abactos, ar-

genti vestisque stragulae domi quod fuerit, esse direptum. Itaque sestertia undecies Q. Dionem, quod hereditas ei obvenisset, nullam aliam ob causam perdidisse. Quid? hereditas, quo praetore Dionis filio venerat? Eodem anno Annaeae senatoris filiae, eodem quo M. Liguri senatoris, C. Sacerdote praetore. Quid ad Verrem? quis detulit? Nemo, nisi forte existimatis ei quadruplatores ad Sacerdotem praesto fuisse. Ad urbem cum esset, audivit Dioni cuidam Siculo permagnam venisse hereditatem, heredem statuas iussum esse in foro ponere: ni posuisset, Veneri Erycinae esse mulctatum: tametsi positae essent ex testamento, putabat tamen, quoniam Veneris nomen erat, causam pecuniae se reperturum. Itaque apponit qui petat Veneri Erycinae illam hereditatem. Non enim quaestor petit, ut est consuetudo, is qui Erycinum montem obtinebat. Petit Cn. Turpio quidam, istius cursor emissarius, homo omnium ex illo conventu quadruplatorum deterrimus, C. Sacerdote praetore condemnatus iniuriarum. Etenim erat huiusmodi causa, ut ipse praetor cum quaereret calumniatorem, paulo tamen consideratiorem reperiri non posset. Hunc hominem Veneri absolvit, sibi condemnat; maluit videlicet homines peccare quam deos; se potius a Dione quod non licebat, quam Venerem quod non debebant auferre. Quid ego hic nunc Sex. Pompei Chlori testimonium recitem? qui causam egit Dionis, qui omnibus rebus interfuit, hominis honestissimi, tametsi C. R. virtutis causa iam diu est, tamen omnium Siculorum primi et nobilissimi. Quid L. Vettii Liguris, T. Manilii, L. Caleni, quorum omnium testimoniis de hac Dionis pecunia confirmatum est. Dixit hoc idem M. Lucullus se de his Dionis hospitiis incommodis pro hospitio, quod sibi cum eo esset, iam ante cognosse. Quid Lucullus, qui tum in Macedonia fuit, melius haec cognovit quam tu Hortensi, qui Romae fuisti, ad quem Dio confugit, qui de Dionis iniuriis gravissime per litteras cum Verre questus es. Nova tibi haec sunt et inopinata? nunc primum hoc aures tuae nomen accipiunt? Nihil de Dione, nihil de

socrum tuam feminam simillimam uerris dionis hospitam audisti. Non e-
nim multa me testes que tu scis nesciunt: non est teste in hoc crimine
eripuit, non est tua innocentia sed legis exceptio. Testimo-
nia. L. liculli. C. ceci dionis satis est uobis magnam pecuni-
am ueneris homo, qui ex chelidonis sinu in prouinciam
profectus est: ueneris nomine quesisse uidetur. Accipite
aliam in minore pecunia non minus impudentem calump-
niam. Sosippus et epicrates fratres sunt agrienses, horum
pater abhinc testamentum dixit. xx. annos est mortuus. In
cuius testo quodam loco si commissum quid esset, multa
erat ueneri. Post. xx. annos, cum tot interea P. R. tot questo-
res tot calumpniatores in prouincia fuissent, hereditas ab
his nomine ueneris petita non est. Cum uerres cognoscit per
uolcatium pecuniam accepit fere ad sestertia. cccc. milia a
duobus fratribus, multorum testimonium audistis. Vicer-
agrienses fratres ita ut egentes inanesque discederent.
At enim ad uerrem pecunia ista non peruenit. Que ista defen-
sio est? utrum asseueratur in hoc an temptatur? mihi enim
res noua est. Verres calumpniatores apponebat, uerres
adesse iubebat, uerres cognoscebat, uerres iudicabat, pecu-
nie maxime dabantur, qui dabant causas optinebant: tu id
ita defendis, non est ita uerri numerata pecunia. Adiuuo
te. mei quoque testes idem dicunt. uolcatio dicunt se se dedisse, quo-
uis esset uolcatio tanta ut sestertia. cccc. milia duobus hominibus
auferret. Et quis uolcatio si tua sponte uenisset, unum libellum
dedisset, ueniat nunc experiatur, tecto recipiet nemo. At ego
amplius dico, sestertia quadringenties accepisse arguo contra
leges, nego tibi ullum esse numeratum: sed cum ob tua decreta, ob impe-
rata, ob iudicata, pecunie dabantur, non erat querendum cuius
manu numerarentur: sed cuius iniuria cogerent. Comites illi
prefecti scribe medici accensi, aruspices precones
tui delecti manus erant tue, necessitudine aliqua attingebat: ita
maxime manus tua putabitur; cohors tota illa tua que plus mali
sicilie dedit, quam si centum cohortes fugitiuorum fuissent, tua ma-
nus sine controuersia fuit: quicquid ab horum quopiam captum est.

id non modo tibi datum, sed tua manu numeratum iudicari necesse est.
nam si hanc defensionem probabitis, non accepit ipse, licet omnia
de pecuniis repetundis iudicia tollatis. Nemo umquam tam
reus, tam nocens adducetur, qui ista defensione non possit
uti. Etenim cum uerres utatur, qui erit umquam posthac reus tam
perditus qui non ad mutium innocentia referatur, si cum isto con-
feratur: neque nunc tam mihi isti uerrem defendere uidentur
quam in uerre defensionis temptare rationem. Qua de re nobis magnopere
prouidendum est: pertinet hoc ad summam rei p. et ad existima-
tionem ordinis, salutemque sociorum: si enim innocentes existimari
uolumus, non solum nos abstinentes, sed et nostros comites
prestare debemus. Primum omnium opera danda est, ut eos nobiscum
ducamus, qui nostre fame capitisque consulant: deinde si in
hominibus eligendis nos spes amicitie fefellerit, ut uindice-
mus, missos faciamus, semper ita uiuamus, ut rationem
reddendam nobis arbitremur. Affricani est hominis hoc liberalis-
simi: uerum tamen ea liberalitas est probanda, que sine periculo
existimationis est: ut in illo fuit: cum ab eo quidam uetus asse-
ctator ex numero amicorum non impetraret, ut se prefectum
in affricam duceret. Quod id ferre moleste, noli inquit mirari
si tu hoc a me non impetras. Ego iampridem ab eo cui meam
existimationem caram fore arbitror, peto ut meus pre-
fectus proficiscatur, et adhuc impetrare non possum.
Etenim re uera multo magis est petendum ab hominibus si salui
esse uolumus, ut eant nobiscum in prouinciam, quam hoc
illis in beneficij loco deferendum. Sed tu cum et tuos amicos
in prouinciam quasi in predam inuitabas ac cum illis et
per eos predabare et eos in contione anulis aureis do-
nabas, non statuebas tibi non solum de te, sed etiam de illorum
factis rationem esse reddendam. Cum hos sibi questus constituisses
magnos atque uberes ex his causis quas iste instituerat
in consilio, hoc est cum sua cohorte cognoscere, tum infinitum
genus inuenerat ad innumerabilem pecuniam corripien-
dam. Dubium nemini est quin omnes omnium pecunie posite sit

in eorum potestate qui iudicia dant et eorum qui iudicant, quo modo unum
possit aedes suas, nemo fundum, nemo bona patria obtinere, si
cum hec aequa ex iure petita sint: pretor improbus cui nemo
intercedere possit det quem velit iudicem, iudex nequam et levis
quod pretor iusserit iudicet. Si vero illud quoque accidet ut pretor
in ea verba iudicium det, ut vel octavius balbus iudex homo et iuris
et officii peritissimus non possit aliter iudicare sic eiusmodi.
L. octavius esto si paret fundum capenatem quo de agitur ex iure
quiritium P. servilii esse neque is fundus Q. catulo restituetur, aut
condemnare eum quem non oporteat, eiusmodi totum ius pretorium
eiusmodi omnis res iudiciarii fuit in sicilia per triennium verre
pretore. decreta eiusmodi si non accipit quod te debere dicit accuset
si petit ducat. C. fuficium duci iussit petitorem. L. suettium
L. racilium. iudicia huiusmodi, qui cives romani erant si siculi es-
sent tum si eorum legibus dari oporteret qui siculi si cives ro.
essent. Verum ut totum genus amplectamini iudiciorum prius iura
siculorum deinde istius instituta cognoscite. Siculi hoc iure sunt
ut quod civis cum cive agat, domi certet suis legibus, quod siculus
cum siculo non eiusdem civitatis, ut de eo P. R. iud. ex P. lege
siculi rupiliam vocant, sortiatur: quod privatus a populo petit
aut populus a privato senatus ex aliqua civitate qui iu-
dicet: datur cum alterne civitates reiecte sunt: quod C. R.
a siculo petit. siculus iudex datur quod siculus a C. R. civis ro.
datur, ceterarum rerum selecti iud. ex C. R. conventu proponi
solent. Inter aratores et decumanos lege frumentaria quam
hieronicam appellant, iudicia fiunt. Hec omnia isto pretore
non modo perturbata, sed plane et siculis et civibus ro. erepta
sunt primum sue leges quod civis cum cive ageret, aut eum iudi-
cem quem commodum erat, preconem, aruspicem, medicum suum
dabat, aut si legibus erat iudicium constitutum et ad civem
suum iudicem venerant libere civi iudicare non licebat.
Edictum N. hominis cognoscite, quo edicto omnia iudicia redegerat
in suam potestatem: siquis perperam iudicasset se cogniturum
cum cognosset, animadversurum: idque cum faciebat nemo dubita-

bat, quin cum iudex alium de suo iudicio putaret iudicaturum seque
in eo capitis periculum aditurum voluntatem spectaret eius
quem statim de suo capite putaret iudicaturum. Selecti e con-
ventu aut propositi ex negotiatoribus iud. nulli. hec copia
quam dico iudicum cohors non Q. Scevole qui tamen de cohorte sua
dare non solebat. sed C. verris cuiusmodi cohortem putatis
hoc principe fuisse sicuti videtis edictum: siquis perperam iudi-
carit: senatus eum quoque ostendam, si qui sit datus, coactum iis
civis quod non senserit iudicasse: Ex lege rupilia sortitio
nulla, nisi cum nihil interesset istius lege hieronica iudicia
plurimarum controversiarum sublata uno nomine omnia de conventu
ac negotiatoribus nulli iud. quantam potestatem habuerit videtis
quas res gesserit, cognoscite. Heraclius est hieronis filius
siracusanus, homo in primis domi sue nobilis, et ante pre-
torem hunc vel pecuniosissimus siracusanorum. Nunc nulla
alia calamitate nisi istius avaritia atque iniuria paupri-
mus: huic hereditas facile ad sestertia tricies venit te-
stamento propinqui sui heraclii plena domus celati argenti
optimi, multeque stragule vestis pretiosissimorum mancipiorum
quibus in rebus istius cupiditates et insaniam quis ignorat.
Erat in sermone res, magnam heraclio pecuniam venisse.
non solum heraclium divitem: sed etiam ornatum supellectile,
argento, veste, mancipiis futurum. Audit hec et verres
et primo illo suo leniore artificio heraclium aggreditur
rogat ut eum roget inspicienda que non reddat deinde
a quibusdam siracusanis admonetur. hi autem quidam
erant affines istius, quorum uxores iste numquam alienas
existimavit, cleomenes et eschrio qui quantum apud istum
et quam turpi de causa potuerint, ex reliquis criminibus intelli-
getis. hi ut dico hominem admonent, rem esse preclaram refer-
tam omnibus rebus. ipsum autem heracleum esse maiorem natu
non promptissimum ut eum preter marcellos patronum quem
suo iure adire aut appellare posset. habere neminem esse
in eo testamento, quo ille heres esset scriptum, ut statuas in palestra

deberet poni: faciemus ut palestrite negent ex testamento esse positas:
petant hereditatem quod eam palestre commisisse dicant. placuit ratio
Verri: nam hoc animo providebat cum tanta hereditas in controversiam
venisset, vindicioque peteret, fieri non posse, ut sine preda ipse
discederet. Approbat consilium auctor est ut quam primum agere
incipiant, hominesque id status minime litigiosum et tumultuo-
sissime adoriantur. Scribitur Heraclio dica. Primo mirantur omnes
improbitatem calumpnie: deinde qui istum nossent, partim suspica-
bantur: partim plane videbant adiectum esse oculum hereditati.
Ista dies advenit: quo die se ex instituto ac lege rupilia
dicas sortiturum Siracusis iste dixerat, paratus ad hanc dicam
sortiendam venerat: tum ei docet Heracleus non posse eo die
sortiri, quod lex rupilia vetaret diebus .xxx. sortiri dicam quibus
scripta est: dies .xxx. non dum fuerat. sperabat Heraclius si
illum diem effugisset: ante alteram sortitionem Q. Arrium quem
provincia tum maxime expectabat successurum: iste omnibus iudi-
ciis diem distulit: et eam diem constituit, ut Heraclii dicam sor-
tiri post dies .xxx. ex lege posset. Postea quam ea dies venit, iste
incipit simulare se velle sortiri. Heraclius cum advocatis
adit, et postulat ut sibi cum palestritis hoc est cum populo Siracu-
sano equo iure disceptare liceat. Adversarii postulant, ut
in eam rem iudices dentur ex his civitatibus que in id forum conve-
nirent: electi qui Verri viderentur. Heraclius econtra ut
iudices e lege rupilia dentur, ut ab institutis superiorum, ab auctoritate
senatus, ab iure omnium Siculorum ne recedatur. Quid ego
istius in iure dicendo libidinem demonstrem? quis non ex ur-
bana iurisdictione cognovit? quis umquam isto pretore Chelido-
ne invita lege agere potuit? non istum ut non neminem pro-
vincia corrupit. Idem fuit qui Rome, cum id quod omnes intelli-
gebant diceret Heraclius ius esse certum Siculis inter se quo
iure certarent, legem esse rupiliam, quam P. R. rupilius consul
de .x. legatorum sententia dedisset: hoc omnes semper in Sicilia con-
sules pretoresque servasse, negavit se iudices e lege rupilia
sortiturum. V. ut iudices quos commodum sibi fuit, dedit. quid huic

homini facias? quod supplicium dignum eius invenies? prescriptum est
cum esset homo deterrime et impudentissime quemadmodum inter
Siculos iudices dares, cum imperatoris P. R. auctoritas, legatorum .x.
summorum hominum dignitas, S. C. intercederet: cuius consulto
P. R. rupilius P. R. ex legatorum sententia leges in Sicilia consti-
tuerat: cum omnes ante te pretores rupilias leges in ceteris
rebus, et in iudiciis maxime observassent, tu ausus es pro
nihilo, pro tua preda tot res sanctissimas ducere, tibi nulla
lex fuit, nulla religio, nullus existimationis pudor, nullus
iudicii metus, nullius apud te gravis auctoritas, nullum exemplum
quod sequi velles. Sed ut institui dicere quinque iudicibus
nulla lege, nullo instituto, nulla religione, nulla sorte
ex libidine istius datis non qui causam cognoscerent, sed qui
quod imperatum esset, iudicarent, eo die nihil actum est. Adesse iu-
bentur postridie: Heraclius interea cum omnes insidias a. P. R.
fortunis suis fieri videret: capit consilium de amicorum et
propinquorum suorum sententia non adesse ad iudicium. Itaque Siracusis illa
nocte profugit: iste postero die mane cum multo maturius quam
umquam antea surrexisset, iudices citari iubet: ubi comperit
Heraclium non adesse, cogere incepit eos ut absentem Heraclium
condemnarent. Illi eum commonefaciunt, ut si ei videatur
utatur instituto suo, nec cogat ante horam .x. de absente secundum
iudicare presentem. Impetrat. Preterea sane perturbatus et ipse
et eius amici et consiliarii moleste ferre coepit. Hera-
cleum confugisse putabant absentis damnationem presertim
tante pecunie multo invidiosiorem fore quam si presens dam-
natus esset: eo accedebat quod iudices e lege rupilia dati non
erant: multo etiam rem turpiorem et iniquiorem visum iri
intelligebant. Itaque dum hoc corrigere vult, apertior eius
cupiditas improbitasque facta est. Nam illis quinque iudicibus uti
sese negat: iubet id quod initio e lege rupilia fieri opor-
tuerat, citari Heraclium et eos qui dicam scripserant atque
se iudices e lege rupilia velle sortiri. quod ab eo pridie
cum multis lacrimis cum oraret atque obsecraret Heraclius

impetrare non potuerat. Id ei postera die venit in mentem e lege
Rupilia sortiri dicas oportere. Educit ex urna .3. ut his abiectis
Heraclium condemnet impetret. ita condemnatur. Quae in alium
ista fuit amentia? Et quando te rationem factorum tuorum redditurum puta-
sti? Et quando his de rebus tales viros auditores existimasti? Re-
petatur hereditas ea quae nulli debetur. In praedam populi Romani inter-
ponatur nomen civitatis. Imponatur honestae civitati turpis-
sima persona calumniae. Neque hoc solum, sed ita res agatur, ut ne
simulatio quidem aequitatis ulla adhibeatur. Nam per deos im-
mortales quid interest utrum populus Romanus imperet, ut quis cogat aliquem
de suis bonis omnibus decedere: an huiusmodi iudicium
det, quo iudicio indicta causa fortunis omnibus everti ne-
cesse sit? profecto etenim negare non potes te ex lege Rupilia
sortiri iudices debuisse, cum praesertim Heraclius id postularet.
Sin illud dices te Heraclii voluntate a lege recessisse,
ipse te impedies, ipse tua defensione implicabere. Quare
enim primum ille ipse abesse voluit, cum ex eo numero iudices haberet
quos postularat? Deinde tu cur post illius fugam iudices alios
sortitus es, si eos qui erant antea dati utriusque dederas
voluntate? Deinde ceteras dicas omnes illo foro M. Postumius
quaestor sortitus est; hanc solam tu illo conventu repperiere
sortitus. Ergo inquiet aliquis, donavit populo Syracusano
illam hereditatem. Primum si id confiteri velim, tamen istum con-
demnetis necesse est. Neque enim permissum, ut impune nobis lice-
at, quod alicui eripuerimus, id alteri tradere. Verum et-
iam repperietis hereditate ita istum praedatum, ut perparum
occulte fecerit, populum Syracusanum in maximam invidi-
am sua infamia alieno praemio pervenisse, paucos Syracu-
sanos eos qui se nunc publice laudationis causa venisse
dicunt, et tunc participes fuisse praedae, et nunc non ad istius
laudationem, sed ad communem litium aestimationem venisse. Po-
steaquam damnatus est absens, non solum illius hereditas de qua
ambigebatur, quae erat sestertiorum triciens, qui omnium bonorum
paternorum ipsius Heraclii quae non minor erat pecunia pa-

lestrae Syracusanorum hoc est Syracusanis possessio traditur. Quae
est ista praetura, eripis hereditatem quae venerat a propinquo
venerat, testamento venerat, legibus, quae bona is qui testamentum
fecit, huic Heraclio antequam est mortuus omnia utenda
ac possidenda tradiderat: cuius hereditatis cum ille ali-
quanto ante praeturam esset mortuus controversia fuerat
nulla: mentionem fecerat nemo. Verum esto, eripe heredita-
tem propinquis, da palaestritis, praedare in bonis alienis no-
mine civitatis, everte leges, testamenta, voluntates mortuorum,
iura vivorum. Num etiam patriis Heraclium bonis exturbare
oportuit? Quae simulac profugit, quam impudenter, quam palam,
quam acerbe, di immortales, illa bona direpta sunt, quam illa res
calamitosa Heraclio, quaestuosa Verri, turpis Syracusanis,
miseranda omnibus videbatur. Nam illud quidem statim curat,
ut quidquid caelati argenti fuit in illis bonis ad istum de-
feratur, quidquid Corinthiorum vasorum, stragulae vestis, hoc
nemo dubitat quin non modo ex illa domo capta et oppressa,
verum ex tota provincia ad istum comportari necesse esset. Man-
cipia quae voluit adduxit, alia divisit. Auctio facta est,
in qua cohors istius invicta dominata est. Verum illud
est praeclarum: Syracusani qui praefuerant his Heraclii bonis
verbo redigendis, re dispertiendis, reddebant eorum negotiorum
rationem in senatu. Dicebant scyphorum paria complura, hydrias ar-
genteas, pretiosam stragulam, multa pretiosa mancipia
Verri data esse, dicebant quantum cuique eius iussu nummorum
esset datum. Gemebant Syracusani, sed tamen patiebantur. Repente
recitantur uno nomine sestertia .ccl. milia iussu praetoris
data. Fit maximus clamor omnium, non modo optimi cuiusque,
neque eorum quibus indignum semper visum erat bona pri-
vati, populi nomine per summam iniuriam erepta, verum et ipsi illi
auctores iniuriae et ex reliqua particula socii praedae ac
rapinarum clamare coeperunt sibi ut haberet hereditatem.
Tantus in curia clamor factus est, ut populus concurre-
ret. Res ab omni conventu cognita celeriter domum nuntiatur.

hoc inimicus his qui recitassent bona omnibus qui damnaissent exarsit iracundia, ac stomacho. Vexatus fuit tum sui dissimilis noster hic homo, nostis audaciam, tam tum rumore populi et clamore et furto manifesto grandis pecuniis perturbatus est. Ubi se collegit, vocat ad se Syracusanos, quia non posset negare pecuniam ab illis datam. Non quaesivit procul alicunde neque id probaret; sed proximum parentem alterum filium, quae illa pecuniam diceret abstulisse ostendit se reddere coacturum, quod posteaquam audivit, habuit dignitatis et aetatis et nobilitatis suae rationem. Verba apud senatum fecit: docuit ad se nihil pertinere de isto id quod omnes videbant, neque ille quid obstrueret locutus est. Itaque illi Syracusani statua postea statuerunt, et is ubi primum potuit istum reliquit, de provincia decessit. Et tamen eum aiunt eum queri solere non minus se miserum quod non suis sed tuis peccatis et criminibus prematur. Triennium provinciam optinuit: quae adolescens unum annum certum fuit. Sodales viri fortes legati tui primo anno reliquerunt, qui si semper una fuissent, tam summa cura, tum tuae, tum multo et magis suae famae pepercissent. Quid

est quod tu alios accuses? quid est quare putes tuam te culpam non modo derivare in alium, sed communicare cum aliquo posse. Numerant illa sestertia .cl. Syracusani. Ea quemadmodum ad istum postea ptudo tirum revenerint, tabulis vobis et testibus. Iud. planum faciam. Ex hac iniquitate istius et improbitate. Iud. quod praeda ex illis bonis ad multos Syracusanos invito populo, senatuque Syracusano venerat, et illa scelera quae per Theomastum et Aeschrionem et Dionysodorum, et Cleomenem invitissima civitate facta sunt: primum et urbs tota spoliaretur: quia alius mihi locus ad dicendum est constitutus: ut omnia signa iste per eos homines quos nominavi, omne ebur aedibus sacris, omnes undique tabulas pictas, deorum denique simulacra quae vellet auferret. deinde ut in curia Syracusanorum, quem locum illi bulenterium nominant, honestissimo loco et apud illos clarissimo, sub

illius ipsius M. Marcelli qui tum Syracusanis locum cum eriperet belli ac victoriae lege posset, conservavit et reddidit. Statua et generi facta est. Ibi inaurata istius et alteram filio statuam posuerunt, ut dum istius hominis memoria maneret. Senatus Syracusanus sine lacrimis et gemitu iniuria esse non posset per eosdem istius iniuriarum, furtorum uxorumque socias istius imperio Syracusis Marcellia tolluntur magno gemitu luctuque civitatis, quae illi diem festum cum recentibus beneficiis M. Marcelli debitum reddebant: cum genus, nomen, familiae Marcellorum magna voluntate tribuebant. Mithridates in Asia cum eam provinciam totam occupasset: Mucia non sustulit, hostis et hostis hostis in ceteris rebus in armis ferus et immanis tamen honorem hominis deorum religione consecratum violare noluit. Tu Syracusanis unum diem festum Marcellis impertiri noluisti, per quos illi adepti sunt, ut ceteros dies festos agere possint. At non praeclarum diem reposuisti: ut Verrea agerent et ad eam diem quae sacris epulisque opus esset in compluris annos locarentur. Iam in tanta istius pudentia remittendum aliquid videtur, ne omnia contendamus, ne omnia cum dolore agere videamur. Nam me dies, vox, latera deficiant. Si hoc nunc vociferari velim: quam miserum indignumque sit istius nomine apud eos festum diem esse, qui se istius opera funditus extinctos arbitrentur. O Verrea praeclara, quo quis si accessisti quo non attuleris tecum istum diem. Etenim quam tu domum, quam urbem adisti, quod fanum denique quod non eversum atque extersum reliqueris. Quare ista appellentur Verrea, quae non ex nomine, sed ex manibus, naturaque tua constituta esse videantur, quam facile serpat iniuria et peccandi consuetudo, quam non facile reprimatur videte. Iud.

Bidis oppidum est tenue non longe a Syracusanis. Huius longe primus civitatis est Epicrates quidam. Huic hereditas sestertiorum quingentorum milium venerat a muliere quadam propinqua, atque tam propinqua ut ea etiam si intestata esset mortua, Epicratem Bidinorum legibus heredem esse oporteret.

Recens Syracusana erat illa res: quam ante demonstravi de Heraclio Sy-
racusano, qui bona non perdidisset, nisi ei venisset hereditas.
Huic quoque Epicrati venerat ut dixi hereditas. Cogitare coepit
eius inimici nihilominus eodem praetore hunc everti bonis
posse, quo Heraclius esset eversus. Rem occulte instituunt:
ad Verrem per eius interpretes deferunt. Ita causa componitur
ut iidem palaestritae Bidenses peterent ab Epicrate hereditatem
quemadmodum palaestritae Syracusani ab Heraclio petissent.
Numquam vos praetorem tam palaestricum vidistis. Verum ita palaestri-
tas defendebat: ut ab illis ipse ditior discederet. Qui statim
quod praesensisset, iubet cuidam suorum amicorum numerari ses-
tertia LXXX. Res occultari satis non potuit: per quendam eorum
qui interfuerat, fit Epicrates certior. Primo negligere et
contemnere coepit: quod causa prorsus quod dubitari posset ni-
chil haberet. Deinde cum de Heraclio cogitaret, et istius libidinem
nosset, commodissimum putavit de provincia clam abire. Itaque
fecit, profectus est Regium. Quod ubi auditum est, estuare illi
qui dederant pecuniam: putare nihil agi posse absente Epi-
crate: nam Heraclius tamen affuerat, cum primum dati sunt iudices.
De hoc qui antequam aditum in ius esset: antequam mentio controver-
siae facta esset, discessisset: putabant nihil agi posse. Homines
Regium proficiscuntur. Epicratem conveniunt: demonstrant id
quod ille sciebat, se sestertia LXXX dedisse. Rogant ut
id quod ab ipsis abesset pecuniae curet: ab se caveat quemadmodum
velit de illa hereditate cum Epicrate neminem esse acturum. Epi-
crates homines multis verbis male acceptos dimisit.

Redeunt illi Regio Syracusas, queruntur cum multis ita ut fit deci-
pi sese sestertia LXXX nimium frustra dedisse. Res per-
crebuit, in ore ac sermone omnium coepit esse. Verres refert
illam suam Syracusanam: ait sese velle de illis sestertiis LXXX
cognoscere. Advocat multos: dicunt Bidini et Volcatio se
dedisse: illud non addunt iussu istius. Volcatium vocat:
pecuniam referri imperat. Volcatius animo aequissimo nummos
affert, qui nihil amitteret: reddit inspectantibus multis. Bidi-

ni nummos auferunt. Dicet aliquis: quid ergo in hoc Verres reprehen-
dis, qui non modo ipse fur non est, sed ne alium quidem passus est esse.

Attendite: iam intelligetis hanc pecuniam quae via modo visa
est exire: ab isto eadem semita revertisse. Quid enim debuit
praetor consilio recognito, cum comperisset suum comitem iuris decreti
iudicii corrumpendi causa, qua in re caput ipsius p.r. existima-
tioque ageretur, pecuniam accepisse: Bidinos autem contra p.r. famam
ac fortunam dedisse, non in eum qui accepisset animadvertere,
qui perperam iudicassent: quod saepe per imprudentiam fit, hos
pateris impune discedere, qui ob tuum decretum, ob tuum iudicium
pecuniam aut dandam aut accipiendam putarunt. Volcatius
idem apud te postea fuit eques Ro. tanta accepta ignominia.

Nam quid est turpius ingenuo, quid minus libero dignum quam in
conventu maximo cogi a magistratu furtum reddere? Qui si
eo animo esset, quo non modo cives r. sed qui vis liber debet esse,
aspicere te postea non potuisset. Inimicus hostis esset, tanta
contumelia accepta, nisi tecum tum coluisset, et tuae potius
existimationi servisset quam suae. Qui quam tibi amicus non modo
tum fuerit, cum diu tecum in provincia fuit, verum etiam nunc sit, cum
iam a ceteris amicis relictus sis, et tu intelligis et nos
existimare possumus. Aut hoc solum argumentum est nihil
isto imprudente factum, quod Volcatius non succensuit, quod
iste nec Volcatium nec Bidinos non animadvertit. Est magnum
argumentum. Verum illud maximum, quod illis ipsis Bidinis, quibus
iratus esse debuit, a quibus comperit quod iure agere turpiter
te nihil possent, etiam si adesset, idcirco suum decretum pecunia
esse tentatum. His itaque ipsis non modo illam hereditatem quae Epi-
crati venerat, sed ut in Heraclio Syracusano item in hoc
paulo etiam atrocius, quod Epicrates appellatus omnino non erat, bona
patria fortunasque eius libidini tradidit. Ostendit enim
novo modo si quis quid absente peteret, se auditurum. Adeunt
Bidini, petunt hereditatem: procuratores postulant ut se
ad leges suas reiiciat, aut ex lege Rupilia lege scribi iu-
beat. Adversarii non audebant contradicere. Exitus nullus

repperiebat. dissimulant hoies fraudandi causa discessisse, po-
stulant, ut bona possidere liceat. Debebat epicrates nullum
nummum nemini. amici si quis qd peteret, iudicio se passuros
iudicatũ solui satisdaturos esse dicebant. cũ omnia iudicia
frigerent admonitus istius dissimulare coepit epicratẽ
hoies p. corrupisse, a qua suspicione ille aberat plurimum.
actionẽ eius rei postulant amici recusare ne qd noui
iudiciũ, ne ut ipius cognitio illo absente de existimatioẽ eius
constitueretur. Et simul idem illud postulare nõ desistebant
ut se ad leges suas reijceret. Iste amplam occasionem calũ-
nię nactus, ubi uidet esse aliqd, qd amici absentem epicratẽ
nollent defendere. Assuerat se eius rei in primis ac-
tionem esse daturũ. cũ omnes perspicerent aditu nõ mõ illos
nummos qui p simulationem ab isto exierant reuertisse, sed
multos etiã plures eũ postea nummos abstulisse. Amici
epicratẽ defendere destiterunt: isti epicratis bona hidnos
omnia possidere; & sibi hẽre iussit: ad alia sestertia sexcen-
ta milia hereditaria accessit: ipius antiqua sestertia sex-
centa milia hereditaria accessit: ipius antiqua sestertia
quindecies pecunia. Verũ res ab initio ita ducta est, an
ad extremũ ita pducta ẽ, an ita parua ẽ pecunia, an is hõ
uerres, ut hęc quę dixi gratis fca esse uideantur. hęc nũc
de miseria siculorũ. iudices audite. et heraclius ille siracu-
sanus, & hic hidinus epicrates expulsi bonis omnibus
romã uenerunt sordida ueste, prolixaqȝ, maxĩa barba
et capillo romę biennium ppe fuerunt. Cum q. metellus
in prouinciam profectus ẽ, tũ isti bene comendati cũ me-
tello una proficiscuntur. Metellus simulac uenit syra-
cusas utrunqȝ rescindit et de epicrate et de heraclio
in utriusqȝ bonis nihil erat qd restitui posset, nisi qd
moueri loco nõ poterat, fecerat hęc egregię primo ad-
uentu metellus, ut omnes istius iniurias, quas nõ posset
rescinderet, et irritas faceret, heracliũ restitui iussit
nõ restituebatur. quisquis erat eductus. Senator siracu-

sanus ab heraclio duci iubebat. Itaqȝ multi ducti sunt. Epicra-
tes quidẽ continuo restitutus est: alia iudicia lilibei alia agri-
genti, alia panormi restituta sunt, census qui isto pretore
sunt habiti nõ se rataturũ metellus ostenderat. decimas quas
iste contra legẽ hieronicã uendiderat, omnia erant metelli
huiusmõi, ut totã istiũ preturam retexere uideretur. Similiterqȝ
ego in siciliã ueni mutatus est. uenerat ad eũ illo biduo
lętilius quidam hõ nõ alienus a litteris. Itaqȝ eo iste tabellario
semper usus est. is epistolas cõplures attulerat, in his una do-
mo quę totũ immutaret hoiem repente coepit dicere, se oia
uerris causa uelle, sibi cũ eo amicitiã cognationemqȝ esse. mi-
rabantur oẽs, hoc ei tũ denique in mentem uenisse. posteaqȝ
tam multis eum factis, decretisqȝ iugulasset. erant qui
putarent lętiliũ legatũ uerre uenisse, qui gratiam, amicitiã
cognationemqȝ commemoraret. Ex illo tpr a ciuitatibus lau-
dationẽ petere, testes nõ solũ deterrere uerbis, sed etiã
ui retinere coepit. Quod ego nisi meo aduentu illius cona-
tus aliqũtulũ repressissem: et apud siculos nõ metelli sed
glabrionis hũs ac lege pugnassem, tam multos huc euocare
potuissem. Verũ quod institui dicere, miserias cognoscite
siculorũ. heraclius ille et epicrates longe mihi obuiam cum
suis omnibus processerunt. Venienti siracusas egerunt gras
flentes romã decedere meũ cupierunt, qd erant in oppido
cõplura etiã reliqua constitui cũ his hoibus. quo die mihi
messanę presto esent, eo mihi nuntiũ miserunt, se tem-
ptore, quibus ego testimoniũ denuntiari quorũ nomina
edidi metello cupidissimi ueniendi maxĩs iniurijs af-
fecti adhuc nõ uenerunt. hoc iure sunt socij, ut his ne de-
plorare quidẽ de suis incõmodis liceat. tam heraclij ẽ
turpini opti nobilissimiqȝ adolescentis testimoniũ audi-
stis a quo sestertia sexcentũ milia p calumpniã malitiaqȝ
petita sunt. iste penis, cõpromissisqȝ interpositis sestertia
cccc. extorquenda curauit, quodqȝ iudiciũ secundum
heracliũ de cõpromissis factũ erat, qd cũ ciuis centuripinus

nisi duos cives iudicasse idcirco iussit esse, eumque iud. falsum iu-
dicasse iudicavit: in senatu ne esset, locis commodisque publicis in-
terdixit, si quis eum pulsasset, edixit sese iudicium iniuriarum non
daturum: quicquid ab eo peteretur, iudicem de sua cohorte daturum;
ipsi autem nullius actionis rei sese daturum. Que istius auctoritas
tantum valuit, ut neque illum pulsare quisquam cum p.r. in provincia sua
verbo permitteret, re hortaretur, neque quisquam ab eo quicquam pe-
teret, cum iste calumniae licentia sua auctore possedisset, igno-
miniam autem illa gravis tam diu in illo homine fuit, quam diu
iste in provincia mansit. Hoc iniecto metu iudicibus novo
more, nullo exemplo, ecquam rem putatis esse in Sicilia nisi ad
nutum istius iudicatam: utrum id solum videtur esse actum, quod
est tam actum, ut Heraclio pecunia eriperetur, an etiam illud in quo
preda erat mersa: ut nomine iudiciorum omnium bona atque for-
tune in istius unius essent potestate. Iam vero in rerum capitalium
questionibus quid ego unam quamque rem colligam et causam ex
multis similibus ea sumam que maxime improbitate ex-
cellere videbuntur. Sopater quidam fuit Aliciensis, homo domi
sue cum primis locuples atque honestus: is ab inimicis suis
apud C. Sacerdotem p.r. capitalis cum accusatus esset, facile eo
iudicio est liberatus. Huic eidem Sopatro idem inimici ad
C. Verrem, cum is Sacerdoti successisset, eiusdem rei nomen detule-
runt; res Sopatro facilis videbatur, et quod erat innocens et quod
Sacerdotis iudicatum improbare istum ausurum non arbitrabatur.
Citatur reus, causa agitur Syracusis, crimina tractantur ab accu-
satore ea que erant antea non solum defensione sed etiam iudicio
eques ro. in primis splendidus atque honestus vobisque iud. dissoluta: causam Sopatri defendebat Q. Minucius, ignotus,
nihil erat in causa quod metuendum, aut omnino quod videretur dubi-
tandum. Interea istius libertus et accensus idem Thimarchides
qui est id quod ex plurimis testibus priore actione didicistis,
rerum huiusmodi omnium transactor et administer, ad Sopatrum
venit, monet hominem, ne nimis iudicio Sacerdotis et cause con-
fidat. Accusatores inimicosque eius habere in animo pecuniam p.r.
dare plurimum p. L. tam absolute malle fieri posset, rem iudi-

catam non rescinderet. Sopater cum hoc illi improvisum atque inopi-
natum accidisset, commotus est sane, atque in presentia Timarchidi
quid responderet, habuit nisi consideraturum quid sibi de ea re
esset faciendum, et simul ostendit se in summa difficultate esse
nummaria. Post ad amicos retulit, qui cum ei fuissent auctores
redimende salutis, ad Timarchiden venit: expositis suis diffi-
cultatibus, hominem ad sestertia LXXX perducit, eamque ei pecuniam
numerat. Posteaquam ad causam dicendam ventum est: tum vero sine
metu, sine cura omnes erant qui Sopatrum defendebant, crimen
nullum erat, res iudicata. Verres nummos acceperat. quis posset
dubitare quidnam esset futurum: res illo die non conficitur, dimi-
ttitur iudicium. Iterum ad Sopatrum Timarchides venit: ait accu-
satores eius multo maiorem pecuniam p.r. polliceri quam quantam
hic dedisset: proinde si saperet, videret quid sibi esset facien-
dum: homo quamquam erat et Siculus et reus hoc est et iure iniquo
et tempore adverso: ferre tamen atque audire diutius Timarchidem
non potuit. Facite inquit quod vobis libet, daturus non sum am-
plius. idemque hoc amicis eius et defensoribus videbatur. Atque
eo etiam magis quod iste quoquo modo se in ea questione prebebat
tamen in consilio fuerat, tum cum esset idem Sopater hic absolu-
tus. hoc rationis habebat, facere eos nullo modo posse, ut eodem
crimine hisdem testibus Sopatrum condemnarent, idem homines qui
antea absolvissent. Itaque hac una spe ad iudicium venitur.
quo posteaquam ventum est, cum consilium frequentes convenisset,
idem qui solebat et hec una spes defensionis Sopatri niteretur
consilii frequentia et dignitate, et quod erant ut dixi idem
qui antea Sopatrum eodem crimine liberarant. Cognoscite
hominis ac non modo apertam vim, sed ne dissimulatione quidem
tectam improbitatem et audaciam. M. Petilium equitem ro.
quem in consilio habebat, iubet operam dare, quod rei private
iudex esset. Petilius recusabat, quod suos amicos quos sibi in con-
silio esse vellet, ipse retineret. Iste homo liberalis,
negat se quemquam retinere eorum qui Petilio vellent adesse.
Itaque discedunt omnes. nam ceteri quoque instant ne retine-

arctur: qui nollet ducebat. Alterū eorum qui tam illud iudicium
adesse habebat: itaq; iste solus cū sua cohorte nequissima reli-
quitur. Non dubitabat Minutius qui Sopatrū defendebat
quin iste qm consiliū dimisisset, illo die rem illā quesiturꝰ
nō esset: cū repente iubetur dicere. respondet: quis ad me
inquit si tibi ydoneus videor, qd de hoīe siculo ac greculo
iudicem, ydoneus es inquit, sed vellem adessent hi qui
affuerant, quā causam cognorant. Dic inquit, illi adesse non
possunt. Nam hercule inquit: C. minutius me quoq; petiuit
ut sibi in consilio adessem rogavit, et simul a subselliis abire
cepit. Iste iratus hominem verbis vehementioribus prosequi
atq; ei gravius etiā minari cepit, q in se tantū crimen
invidiaq; conflagraret. Minutius qui Syracusis sic nego-
ciaretur, ut sui iuris, dignitatisq; meminisset. et qui sciret
ita se in provincia rem augere oportere, ut ne qd de libertate
deperderet, hoīi quae visa sunt, et quae tempus illud tulit -
et causa respondit, causam sese dimisso atq; allegato consilio
defensurū negavit. Itaq; a subselliis discessit, idemq; hoc
preter siculos ceteri Sopatri amici, advocatiq; fecerunt. Itaq;
iste qq est incredibili improbitate et audacia: tamen subito solus
destitutus pertimuit. et conturbatus est, qd ageret quo se ver-
teret, nesciebat, si dimisisset eo tpr questionē post illos ad-
hibitos, quos allegarat, absolutū iri Sopatrū videbat. Sin autem
hoīem miserū, atq; innocentē condemnasset, cū ipse p. r. con-
silio, reus autē sine patrono, atq; advocatis fuisset, iudi-
ciumq; C. Sacerdotis rescidisset, invidiā se sustinere non
posse tantā arbitrabatur. Itaq; estuabat dubitatione, ver-
sabat se in utramq; partē, nō solū mente, verum et corpore
ut omnes adessent, intelligere possent, in aīo eius metum
cupiditatemq; pugnare. Erat hominum conventus maximus,
summum silentium, summa expectatio, quorsum eēt cupiditas
eruptura. crebro dimittebat, se accensus ad aurē Timar-
chides. Tū iste atā age dic inquit, Sopatrus implorare hoīum
atq; deū fidem, ~~ut~~ cū consilio cognosceret, tu repente iste

testes citari iubet: dixit unus et alter breviter, nihil interro-
gatur preco dixisse pronūtiat. Iste quasi metueret ne pe-
titius privato illo iudicio tum facto aut delato cū ceteris in co-
silium reverteretur. Ita properans de sella exsiluit hominem inno-
centem Sacerdoti absolutū iudicio causa, de sentētia scribe, me-
dici aruspicisq; condemnavit. Retinete, retinete hominem in
civitate iud. parcite et conservate, ut sit qui vobis cum res
iudicet qui senatu sine ulla cupiditate de bello pace sen-
tentiā ferat. Quae eius eum auctoris erit, qui iste summ dicere
audebit, aut poterit.~ qui aut tanta luxuria atq; desidia
nisi sup. meris aspirabat iniuriis.~ Rex veniat sane de-
cernat bellū cretensibus, liberet byzantios, regē appellet
ptholomeū: quae vult hortensius omnia dicat et sentiat
minus hec ad nos, minus ad vite nre discrimen, minus
ad fortunas nras periculi pertinent. Illud capitale illud
ē formidolosum, illud optie cuiq; metuendū, quod iste
ex hoc iudicio si aliqua vi se eripuerit in iudicibus necesse
est sum de capite civis r. ferat, sit in eius exercitu sig-
fer qui imperiū iudicior tenere vult. hoc p. r. recusat.
hoc ferre non pot, clamat, promittitq; nobis, ut si istis ho-
minibus delectemini, si ex hoc splendorem ordini atq; or-
namentū curie constituere velitis, hanc sunt vobis cum
istū senatorem, istū de vobis iudice si vultis, beatis de
se hoīes si qui extra istū ordinem sunt, quibus ne reij-
ciendi quidē amplius q trium iud. preclare leges cornel-
lie faciunt potestatem, huic hoiem tam crudelem, tam scele-
ratū tam nepharium nolunt iudicare. Etenim si illud
ē tam flagitiosum, qd omnium rerum turpissimū maxieq;
nepharium videtur, ob rem iudicandā pecuniam accipere
precio huc addita fide et religionem, quanto flagi-
tiosius, improbius, indignius eū a quo pecuniam ob ab-
solvendū acceperis condemnare. ut ne predonum quidem
preter in fide retinendi consuetudinem conservaret. Scelus
ē accipere ab reo, quanto magis ab accusatore, quanto est scelestius

ab utroque, fidem cum posuisses venalem in provincia valuit apud te
plus his qui pecuniam maiorem dedit. concedo, forsitan aliquis
aliquando eiusmodi quippiam fecerit: cum vero fidem ac religionem tuam
alteri addictam pecuniam acceptam habuisses post eandem adversa-
riis credideris, pecunia utrosque falles et trades cui voles et
ei quem fefelleris ne pecuniam quidem reddis. Quem mihi tu
Bulbum, quem Staienum, quod umquam huiusmodi monstrum aut prodi-
gium audivimus, aut vidimus, qui cum reo transigat, post cum
accusatore decidat. honestos homines qui causam norunt ableget a
consilioque dimittat, ipse solus reum absolutum a quo pecuniam
acceperit condemnet, pecuniamque non reddat: hunc hominem
iudicum numero habebimus, hic alteram decuriam senatoriam
iudex obtinebit. hic de capite libero iudicabit, huic iudicia-
lis tabella committetur, quam iste non modo cera, verum etiam sanguine
si visum erit, notabit. quid enim horum se negat fecisse? illud
videlicet unum quod necesse est pecuniam accepisse. quid iste
neget. At eques Romanus qui Sopatrum defendit, qui omnibus eius
consiliis rebusque interfuit, Q. Minucius iuratus dicit pecu-
niam datam: iuratus dixit Timarchidem dixisse maiorem ab ac-
cusatoribus pecuniam dari dicunt hoc Siculi, omnesque dicent omnes Hal-
icienses: dicit etiam praetextatus Sopatri filius, qui ab isto homine
crudelissimo, patre innocentissimo, pecuniaque patria privatus
est. Verum si de pecunia testibus planum facere non possem. illud ne-
gare posses. Aut non negabis te consilio tuo dimisso viris pri-
mariis qui in consilio C. Sacerdotis fuerant, tibique esse solebant
remotis de re iudicata iudicasse, teque eum quem C. Sacerdos ad-
hibito consilio causa incognita condemnasse. cum haec confessus
eris: quae in foro palam Syracusis in ore atque oculis provinciae
gesta sunt. negato sane si voles pecuniam accepisse. reperies
credo aliquem, qui cum haec palam quae gesta sunt viderit, iube-
at an tuis defensoribus credere. Dixi iam ante me non omnia
istius quae in hoc genere essent enumeraturum, sed electurum ea quae
maxime excellerent. Accipite nunc aliud eius facinus nobile
et multis locis saepe commemoratum, eiusmodi ut summo omnia

inesse videantur. Attendite enim diligenter, invenietis id facinus ne-
cum a cupiditate actum, per stuprum, crudelitate perfectum atque conclusum.
Sthenius est hic qui nobis assidet Thermitanus antea multis propter
summam virtutem, summamque nobilitatem, nunc propter summam cru-
delitatem atque istius insignem iniuriam omnibus notus, huius
hospitio Verres cum esset usus et cum apud eum non modo solum
Thermis fuisset: saepenumero sed etiam habitasset. Domo eius omnia
abstulit, quae paulo magis animum cuiuspiam aut oculos possent
commovere: etenim Sthenius ab adolescentia sua paulo studio-
sius haec comparat: supellectilem ex aere elegantiorem et Deli-
acam et Corinthiam, tabulas pictas et argenti bene facti prout
Thermitani hominis facultates ferebant satis: quae cum esset in
Asia adolescens, studiose ut dixi comparabat, non tam suae de-
lectationis causa, quam ad invitationes adventusque nostrorum
hominum suorum amicorum atque hospitum, quae postea quam iste omnia ab-
stulit omnia rogando, alia poscendo, alia sumendo ferebat.
Sthenius ut poterat: tangebatur tamen animi dolore necessario quod do-
mum eius exornatam atque instructam fere iam iste reddide-
rat nudam atque inanem. Verumtamen dolorem suum nemini imper-
tiebatur. interea cupiditate iste alia sua nota atque apud
omnes pervagata, cum signa quaedam pulcherrima atque antiquis-
sima Thermis in publico posita vidisset. adamavit. a Sthenio
petere coepit ut ad ea tollenda operam suam profiteretur, seque
adiuvaret. Sthenius non solum id negavit, sed etiam ostendit
id fieri nullo modo posse. ut signa antiquissima, monumen-
ta P. Africani ex oppido Thermitanorum incolumi illa civi-
tate, imperioque populi Romani tollerentur. Etenim ut simul P. Africani
quoque humanitatem cognoscatis, oppidum Himeram Carthagini-
enses ceperant: quod fuerat in primis Siciliae clarum et ornatum.
Scipio qui hoc dignum populo Romano arbitraretur bello confecto socios
sua per nostram victoriam recuperare omnibus Carthagine capta
quae potuit restituenda curavit. Himera deleta quos cives
belli calamitas reliquos fecerat: hi sese Thermis collocarant, in hisdem agri finibus, neque longe ab oppido antiquo

hi se prium fortunam et dignitatem recuperare arbitrabantur, cum illa
maiorum ornamenta in illo oppido collocabantur. Erant signa ex
aere complura, in his mira pulchritudine ipsa Himera in muliebrem
figuram habitumque formata ex oppidi nomine et fluminis. Erat
et poetae Stesichori statua senilis incurva cum libro, summo ut
putant artificio facta ab eo qui fuit Himerae, sed est et fuit
tota in Grecia summo propter ingenium honore et nomine. Hec iste ad
insaniam concupiverat. Etiam quod pene preterii capella quedam
in ea quidem mire, ut etiam nos qui rudes harum rerum sumus
intelligere possimus, scite facta et venuste. Hec et alia
Scipio non negligenter abiecerat, ut homo intelligens Verres
auferre posset. Sed Thermitanis restituerat, non quo ipse
ortos aut suburbanum aut locum omnino ubi Scipionis appellarentur,
sed eorum ad quoscumque morte venissent. Nunc his locis posita
sunt ut mihi semper Scipionis fore videantur. Itaque dicun-
tur, hoc cum iste posceret, agereturque ea res in senatu, Stenius
vehementissime restitit. Itaque ut in primis Siculorum in dicen-
do copiosus est, commemoravit urbem relinquere Thermita-
nos esse honestius quam pati tolli ex urbe monumenta maiorum,
spolia hostium, beneficia clarissimi viri, indicia societatis
p. R. atque amicitie commoti sunt omnes. Repertus est nemo qui
mori diceret satius esse. Itaque hoc adhuc oppidum Verres inve-
nit, ipse solum in orbe terrarum unde eiusmodi rerum de publico
privatim nihil occulte imperio, nihil pretio posset auferre. Verum
hasce eius cupiditates exponam alio loco; nunc ad Stenium
revertar. Itaque iste vehementer Stenio iratus hospitium
ei renuntiat, domo eius emigrat atque ab eo exit. Nam ante
iam migrat. Eum autem inimicissimi Stenii domum suam statim
invitant, ut animum eius in Stenium inflammarent ementiendo
aliquid et criminando. Hi autem erant inimici Agathinus
homo nobilis et Doretus qui habebat in matrimonio Calidamam
Agathini eius filiam. De quo iste audierat. Itaque ad generum
Agathini migrare maluit. Una nox intercesserat, cum iste Doro-
theum sic diligebat, ut diceres omnia inter eos esse communia. Agathinum

ita observabat, ut aliquem affinem ac propinquum contemnere
et signum illud Himere iam videbatur; quem eum multo magis fi-
gura et liniamenta hospitis delectabant. Itaque hortari homines
cepit ut aliquid Stenio periculi crearent, criminisque confingerent
dicebant se illi nihil habere. Tum his iste aperte ostendit et con-
firmavit, in Stenium quicquid vellent dicerent; eos simul atque
ad se detulissent probaturos. Itaque illi non procrastinant. Ste-
nium statim adducunt; aiunt ab eo litteras esse corruptas. Stenius
postulat ut secum sui cives agant de litteris publicis corruptis,
eiusque rei legibus Thermitanorum actio sit; cum senatus popu-
lusque Romanus Thermitanis, quod semper in amicitia fideque mansissent,
urbes agros legesque suas reddidisset, populusque Rutilius postea
leges ita Siculis ex senatus consulto de x. legatorum sententia de-
disset, ut cives inter se legibus suis agerent, idemque hoc ha-
buerint, Verres ipse in edicto, ut de his omnibus causis
se ad leges reiiceret. Iste homo omnium equissimus atque cupi-
ditate omnium remotissimus, se cogniturum esse confirmat.
Paratum ad causam dicendam venire hora octava iubet. Non
erat obscurum quid homo improbus atque nepharius cogita-
ret; neque enim ipse satis occultarat, nec muliercula tacere pote-
rat: intellectum est id istum agere ut cum Stenium sine ullo
arguento ac sine ullo teste damnasset, tum homo nepharius
de homine nobili atque eadem etatis suorumque hospite virgis sup-
plicium crudelissime sumeret. Quod cum esset perspicuum,
de amicorum hospitumque suorum sententia Thermis Stenius Romam
profugit; hiemi fluctibusque sese committere maluit quam
non istam communem Siculorum tempestatem calamitatemque vitare. Iste
homo certus et diligens ad horam octavam presto est, Stenium
citari iubet. Quem postquam videt non adesse, dolore ardere
atque iracundia furere cepit. Venerios in domum Stenii
mittere, equites urbem agros eius villasque dimittere. Ita
cum expectat quidnam sibi certi afferatur, ante horam tertiam
noctis de foro non discessit. Postridie mane descendit,
Agathinum ad se vocat, iubet eum de litteris publicis in absentem

Stenium diceret. Erat eiusmodi causa, ut ille ne sine adversario quidem
apud inimicum iudicem reperire posset. quid diceret. Itaque tantum
verbo posuit, sacerdote praetore Stenium litteras publicas corrupisse videri.
H Hic praeterea addidit, in venerem nullo modo, nullo exemplo. ob eam rem ses-
tertia quingenties veneri Hericine de Stenij bonis exactorum
bonaque eius statim coepit vendere, & vendidisset, si tantulum
more fuisset. quominus ei pecunia illa numeraretur. Ea posteaquam
numerata est, contentus hac iniquitate non fuit. palam de sella
ac tribunali pronuntiat, siquis absentem Stenium rei capitalis
reum facere vellet: sese eius nomen recepturum, et simul ut
accederet, nomenque referret. Agathinum novum affinem atque
hospitem coepit hortari. tum ille clare omnibus audientibus
sese id non esse facturum, neque se usque eo Stenio esse inimicum.
ut cum rei capitalis affinem esse diceret. ait si liceret nomen
absentis deferre. se velle. iste velle et licere et fieri solere
et se recepturum. itaque defertur. edicit statim, ut Kal. decemb.
adsit Stenius Siracusis. Hic cum Romam venisset. satisque fe-
liciter anni iam adverso tempore navigasset. omnia que habuisset
equiora & placabiliora quam animum praetoris atque hospitis,
rem ad amicos suos detulit. que ut erant acerba atque
indigna, sic videbantur omnibus. Itaque in senatu continuo
Cn. Lentulus & Lucullus consules faciunt mentionem, placere
statui si patribus. c. videretur ne absentes homines in provin-
ciis rei fierent rerum capitalium. causam Stenij totam, et illius
crudelitatem, et iniquitatem docent. Aderat in senatu Ver-
res pater istius et flens unumquemque senatorem rogabat
ut filio suo parcerent. neque tamen multum proficiebat
erat enim summa voluntas senatus. Itaque sententiae dicebantur, cum
Stenius absens reus factus esset. de absente iudicium nullum
fieri placere. et siquod esset factum, id ratum esse non placere. eo
die: transigi nihil potuit, quod id temporis erat. et ille pater
illius invenerat homines qui dicendo tempus consumerent.
Postea senex Verres defensores atque hospites Stenij convo-
nit: rogat eos, atque orat ne oppugnent filium suum de

Hic tum repente Pacilius
quidam homo egens et levis acce-
dit

Stenio ne laborent, confirmat his curaturum se esse, ne
quid ei per filium suum noceret. se homines certos eius rei causa
in Siciliam et terra & mari missurum. Et erat spatium
fere xxx. ante Kal. decemb. quo iste ut Siracusis Stenius ad-
esset edixerat: commoventur amici Stenij sperantes fore ut pa-
tris litteris nuntiisque filius ab incepto furore revocetur in
senatu. Postea causa non agitur: veniunt ad istum domestici nun-
tij, litterasque a patre afferunt ante Kal. decemb. cum isti et tum de
Stenio integra tota res esset. eodemque ei tempore de eadem re
litterae complures a multis eius amicis ac necessarijs afferuntur.
H Hic iste qui prae cupiditate neque officij sui, neque periculi, neque
pietatis neque humanitatis rationem habuisset umquam, neque in eo
quod monebatur auctoritatem patris: nec in eo quod rogabatur volun-
tatem anteponenda putavit libidini sue. Mane Kal. decemb.
ut edixerat: Stenium citari iubet: si abs te istam rem parens
tuus alicuius amici rogatu, benignitate, aut ambitione
inductus petisset: gravissima tamen apud te voluntas parentis
esse debuisset. Cum abs te vero tui capitis periculo peteret, homines
certos domo misisset. hique tempore eo ad te venissent, cum tibi
integra tota res esset: metum quidem ponunt, si non pietatis ac
salutis tue ratio ad officium, sanitatemque reduceret. Citat
reum non respondit, citat accusatorem. Attendite quaeso
videte quantopere istius amentie fortuna ipsa adversata sit.
et simul videte quis Stenij causam casus adiuverit. Citatus
accusator M. Pacilius nescio quo casu non respondit, non
affuit. si praesens Stenius reus esset factus, si manifesto
in maleficio teneretur. tamen cum accusator non adesset, Ste-
nium condemnari non oporteret. etenim si posset reus ab-
sente accusatore damnari: non ego ab vibone veliam
parvulo navigio inter fugitivorum ac praedonum ac tua tela
venissem: quo tempore omnis illa mea festinatio fuit, cum periculo
capitis ob eam causam ne tu ex reo eximerere, si ego non
affuissem ad diem: quod igitur erat in tuo iudicio optatissimum,
meum citatus esses, non adesse, cur Stenio non putasti prodesse

oportere, cum eius accusator non affuisset. Itaque fieri ut exitus principio simillimus reperiretur: quem absentem reum fecerat, eum absente accusatore condemnabat. Nuntiabatur illi primis illis temporibus id quod pater quoque ad eum pluribus verbis scripserat, agitatam rem esse in senatu, etiam in contione plebis de causa Sthenii. M. Palicanum esse questum. Postremo me ipsum apud collegium hoc tribunorum pl. cum eorum omnium edicto non liceret quemquam Romae esse, qui rei capitalis condemnatus esset, egisse causam Sthenii, cum rem ita exposuissem, quemadmodum nunc apud vos docuissem, hac damnatione duci non oportere: tribunos pl. statuisse, idque omnium sententia pronuntiatum esse: non videri Sthenium impediri edicto quominus ei liceret Romae esse. Cum haec ad istum afferrentur, timuit iste et commotus est. Vertit stilum in suis tabulis, quo facto causam omnem evertit suam. Nihil enim sibi reliqui fecit, quod defendi aliqua ratione posset. Nam si ita defenderet, recipi non licet, hoc fieri in provincia nulla lex vetat, mala et improba defensione, verumtamen aliqua tamen uti posset, videretur. Postremo illo desperatissimo uti perfugio posset, se imprudentem fecisse, existimasse uti posset id licere: quamquam hoc perditissima defensio est, tamen aliquid dici videretur. Tollit ex tabulis id quod erat et facit coram delatum esse. Hic videte in quot laqueos se induxerit, quorum ex nullo se umquam expediret. Primum ipse in Sicilia saepe et palam de loco superiore dixerat, et in sermone cum multis demonstrabat licere nomen recipere absentis, se exemplo fecisse id quod fecisset. Haec H. dictasse priori actione et. Sex. Pompeius theodorus homo Cn. Pompei clarissimi viri iudicio plurimis maximisque in rebus probatissimus, et omnium existimatione ornatissimus, et Posides Marco Solentinus homo summa nobilitate, existimatione, virtute, et hac actione quam voletis multi dicent: et qui ex isto ipso audierunt viri primarii nostri ordinis et alii qui interfuerant cum absentis nomen reciperetur. Deinde Romae cum res esset acta in senatu, omnes istius amici in his et pater eius hoc defendebant, licere fieri, saepe esse factum, istum quod fecisset aliorum exemplo institutoque fecisse. Dixit praeterea testimonium

tota Sicilia, quae in commune postularet, civitates omnes consulibus edidit, rogare atque orare P.C. ut statuerent ne absentium nomina reciperentur. Quid de Cn. Lentuli censorem vel primum Siciliae clarissimum adolescentem dicere: audistis Siculos cum se causam quae pro his esset in senatu agenda esse, de Sthenii calamitate questos esse, propter hanc iniuriam quae Sthenio facta esset eos statuisse, ut quod dico postularetur: quae cum ita essent, tanta ne amentia praeditus atque audacia fuisti, ut in re tam clara tam testata tam abs te ipso pervagata, tabulas publicas corrumpere auderes? At quemadmodum corrupisti: nonne ita ut omnes tacentibus nobis tuae tabulae condemnare te possent. Quaeso, Lentule, circumfer, ostende iudicibus ne totum hoc nomen coram ubi factum delatum esset in litura quid fuit istic antea scriptum. Quid enim dum ista litura coniecit? Quid a nobis, iudices, expectatis argumenta huius criminis? Nihil dicimus: tabulae sunt in medio quae se corruptas atque interlitas clamant. Ex his etiam tu rebus effugere te posse confidis, cum te nos non dubiis sed tuis vestigiis persequamur: quae tu in tabulis publicis expressa ac recentia reliquisti: is mihi etiam Sthenium litteras publicas corrupisse causa incognita iudicavit, qui defendere non potuit se, non ex istius Sthenii nomine litteras publicas non corrupisse. Videte porro aliam dementiam: videte et dum expedire sese vult, induat. Cognitorem ascribit Sthenio quem? cognatum aliquem aut propinquum aliquem? Num Thermitanum aliquem honestum hominem ac nobilem? ne id quidem. At Siculum in quo aliquis splendor dignitasque esset? Minime. Quid igitur? Civem Romanum. Qui hoc probari potest? Cum esset Sthenius suae civitatis nobilissimus, amplissima cognatione, plurimis amicitiis, cum praeterea tota Sicilia multum auctoritate et gratia posset, invenire neminem Siculum potuit qui sibi cognitor fieret. Hoc probabitis an ipse civis Romanus maluit? Cedo cui Siculo is reus fieret civis Romanus cognitor factus umquam sit omnium praetorum litteras quae antea fuerunt? Profer exemplum: summi muneris ego hoc tibi quemadmodum in tabulis scriptum habes, ita gestum esse concedam.

At credo Stenius hoc sibi amplū eē putauit eligere ex ciuib. ro. n̄ro
ex amicorū atq hospitū suorū copiā qui cognitorem daret. quē
delegit? quis in tabulis scriptus ē? C. Claudius Palatina C.
filius. Non quęro quis hic sit Claudius quā splendidus, quā ydo-
neus ꝑꝑ cuius auctoritatem & dignitatem Stenius a bonorum Siculorū
consuetudine discederet et ciuē ro. cognitorē daret. Nihil
horū quęro: fortasse .n. Stenius nō splendorem hoīs, sed fami-
liaritatem secutus est. quid? si omniū mortaliū Stenio nēo ini-
micitior: quā hic C. Claudius cū uenit contra omē rationē
pugnauit. utrū potius pro Stenio inimicū cognitorem ēē
factum. An te Stenij periculū inimici eius noīe et arbitrio re-
dimus: an ne qui forte dubitet cuiusmodi totū sit negotiū,
tam etsi iam dudū omnibus istius improbitatē ꝑspectam
ēē confido: tamē paulū etiā attendite. Videtis illū sb crispo
capillo nigrū qui eo uultu nos intuetur, ut sibi ipse peracutus
ēē uideatur. qui tabulas tenet, qui scribit, qui monet, qui
proximus est, is est Clodius qui in Sicilia sequester istius
interpres confectorq negotiorū ꝑpter collegā Timarchidi nu-
merabatur. nunc optinet eum locū ut uix Apronio illi de
familiaritate concedere uideatur. Et qui se nō Timarchidis
sed ipsius uerris collegā et socium ēē dicebat. Dubitate et-
si potestis quin eū iste potissimū ex omī n̄ro delegerit cui
improbā ꝑsonā interponeret. quē et huic inimicissimū
et sibi amicū ēē arbitraretur. Hic uos dubitabitis iud. tantā
istius auaritiā, tantā crudelitatem, tantā iniuriā uindi-
care: dubitabitis. Et iudiciū illorū sequi qui damnato Cn.
Dolobella damnationē Philodami Opuntij resciderunt: q-
is absens reus factus esset. quę res iniquissima et acerbis-
sima est. sed cū ei legatio Romā a suis ciuibus eēt data
q illi uidē multo in leniore causa statuerunt equitatem
secuti uos id statuere in grauissima causa prescripti iam
aliorū confirmatū auctē dubitabitis. ad quē hoīem C.
Uerres tam tanta insigni iniuria affecisti: cuius absentis
noīe recepisti. quē absentem nō modo sine crimine etiā sine

teste, uerum et sine accusatore damnasti: quē hoīem dij imor-
tales nō dicam amicū tuū quod apud hoīes carissimum est.
Nihil .n. minus libenter de Stenio commemoro: nihil aliud in
eo, quod reprehendi possit inuenio: nisi quā hō frugalissimus
atq integerrimus, te hoīem plenū stupri flagitij sceleris
domū suā inuitauit: nisi qui C. Marij et Cn. Pompei C.
Marcelli Sisenne tui defensoris ceterorū fortissimorū ho-
spes fuisset, atq eēt ad eorū numerū clarissimorū hoīum
tuū quoq nomē ascripserit. Quare de hospitio uiolato
et de isto tuo nephario scelere nihil queror, hoc dico
nō his qui Steniū norunt, hoc ē nomē eorū qui in Sicilia
fuerunt. Nemo .n. ignorat: quo hic in ciuitate sua splen-
dore, qua apud omēs Siculos dignitate atq existimatiōe
sit. sed ut illi quoq qui in ea prouincia nō fuerūt intelli-
gere possint in quo hoīe tu statueris. Et huiusmodi
quod tū ꝑꝑ iniquitatē rei tū etiā ꝑꝑ hoīs dignitatē acer-
bum omnibus atq intollerandū uideretur. Est ne
Stenius qui omēs honores domi suę facillime adeptus
esset amplissime ac magnificentissime gessit. quā oppidū
nō maximum maximis expensis sua laboris operibus monumē-
tisq decorauit: cuius de meritis in rē p. Thermitanorū
ad Siculos uniuersos actū est: fuit ęnea tabula fixa
Thermis in curia, in qua ꝑs. erat de huius beneficijs scrip-
tū et incisum. quę tabula cū imperio tuo reuulsa, nunc
autē tamē reportata ē. ut omēs huius honores inter
suos & amplitudinem posset cognoscere est nec hic q
apud Cn. Pompeium clarissimum uirū cū accusatus esset
id ꝑꝑ C. Marij familiaritatem et hospitiū contra rem p.
fecisse: cū inimici et accusatores eius dicerent quod
cū magis inuidiosum crimine quā nō arcesseretur. Ita in Cn.
Pompeio absolutus est. ut in eo ipso iudicio Cn. Pompeius
hunc hospitio suo dignissimū statueret. Ita porro lauda-
tus, defensus quā ab omnibus Siculis ut idem Pompeius nō
ab hoīe solū sed et a prouincia tota se huius absolutiōe

iniurie gratiam arbitrarentur. Postremo est et hic qui et civium rei p.
huius civitatis, et tantum auctoritate apud suos cives potuit, ut pre-
ferret in Sicilia solus et praetore: quod non modo Siculus nemo Si-
cilia quidem tota potuisset: ut ex oppido Thermis, nullum signum.
nullum ornamentum, nihil ex sacro, nihil de publico attingeres
cum presertim essent multa preclara, et tu omnia cupisses.
D enique nunc vide quid inter te et civis Romani apud Siculos dies
festi agitantur: et preclara illa celebrantur cui statue Ro-
me stant inaurate a communi Sicilia quas admonitu isto scriptas
videmus date. Vide nunc quid inter te et hunc Siculum qui
abest patronus Sicilie condemnatus intersit. Hunc civitates ex
Sicilia permulte testimonio suo, legationibusque ad eam
rem missis publice laudant, novo more te omnes Siculorum
preconium, una Mamertina civitas contra furtorum ac flagi-
tiorum tuorum publice laudat. Ita tamen novo more ut legati
ledant, legatio laudet: ceteri quidem civitates publice lit-
teris, legationibus, testimoniis accusant: queruntur ar-
guunt, si tu absolutus sis, funditus eversas et arbitrantur.
H oc de homine ac de huius bonis etiam in curie commune monu-
mentum flagitiorum tuorum: crudelitatisque posuisti, ubi Sthenii
Thermitani nomen ascriptum est. Vidi argenteum cupidinem
cum lampade, quid tandem habuit argumenti ac rationis res
quobrem in eo potissimum Stheniano premium poneretur.
utrum hoc signum cupiditatis tue, an trophaeum necessitudinis,
atque hospitii an amoris iudicium esse voluisti. Faciunt ho-
mines quos in summa nequitia non solum libido et volup-
tas, verum etiam ipsius nequitie fama delectat, ut multis in
locis notas ac vestigia scelerum suorum relinqui velint. Arde-
bat amore illius hospite, propter quam hospitii iura violarat.
hoc non solum sciri, verum etiam commemorari semper volebat.
I taque ex illa ipsa re, quam accusante Agathino gesserat Veneri
potissimum deberi primum statuit, que illam totam accusatio-
nem, iudiciumque conflagravit. Putarem te gratum in deos
si hoc donum Veneri non de Sthenii bonis dedisses, sed de

tuis: quod facere debuisti presertim cum tibi illo ipso anno Chelidone
venisset hereditas. Hic ego si hanc causam non omnium Siculorum roga-
tu recepissem, si hoc a me civitatis non universa provincia
postulasset: si non civis atque amor in rem publicam existimatioque offen-
sa nostri ordinis ac iudiciorum non hoc facere coegisset: atque hoc
una causa fuisset, quod amicum atque hospitem meum Sthenium, quem
ego in questura mea singulariter dilexissem: de quo optime existi-
massem, quem in provincia existimationis mee studiosissimum
cupidissimumque cognovissem: tam crudeliter, scelerate nefa-
rieque vexasses tam digna causa cur inimicitias hominis
improbissimi susciperem. ut hospitis salutem, fortunasque de-
fenderem. Fecerunt hoc multi apud maiores nostros: fecit et
nuper homo clarissimus. Cn. Domitius, qui M. Sillanum consu-
larem virum accusavit: propter Egritomari transalpini hospitis i-
niurias. putarem me ydoneum qui exemplum sequerer humanitatis
atque officii, proponeremque spem meis hospitibus ac necessariis
quo tutiorem vitam se esse meo presidio victuros esse arbitra-
rentur. Cum vero in communibus iniuriis totius provincie Sthenii
quoque causa contineatur: multique uno tempore a me hospites
atque amici publice privatimque uno tempore defendantur: profecto
vereri non debeo ne quis hoc quod facio non existimet
summi officii causa, impulsumque suscepisse. atque ut aliis de
rebus ab isto cognitis, vindicatisque, et de iudiciis datis di-
cere desistamus. Et quoniam sunt istius in his generibus infi-
nita sunt, nos modum aliquem et finem orationi nostre criminibusque
faciamus: pauca ex aliis generibus sumemus, audistis
ob ius dicendum. Q. Varium dicere procuratores suos cum eis
et XXX milia nummum dedisse meministis. Q. Varii
testimoniisque rem hanc totam. C. Sacerdotis hominis or-
natissimi testimonio comprobari. Scitis. H. Sergium mir-
dium equites ro. splendidos, ceteraque cives ro. multosque Si-
culos dixisse. Iste pecuniam ob ius dicendum dedisse. de quo
crimine quid ego disputem, cum totum positum sit in testibus.
quid porro argumenter, qua de re nemo dubitare possit.

An hoc dubitabit quisquam quin is venalem in Sicilia iurisdictionem
habuerit, qui Rome totum edictum, atque omnia decreta vendiderit
et qui a Siculis ob decreta interponenda pecuniam acceperit, qui
M. Octavium Ligurem ob ius dicendum poposcerit. Quod praeterea genus
pecunie cogende preterii, quod non ab omnibus aliis preteritum excogita-
vit, et que res apud civitates Siculas expetitur, in qua aut
honos aliquis sit, aut potestas, aut procuratio, quin eam rem tu
ad tuum questum nundinationemque bonorum traduxeris. Dicta
sunt priore actione et privatim et publice testimonia. Legati
Centuripini, Alesini, Catinenses, Panormitanique dixerunt, mul-
tarum preterea civitatum. Iam vero privati plurimi, quorum ex testi-
moniis cognoscere potuistis tota Sicilia per triennium nemi-
nem illa civitate senatorem factum esse gratis. neminem ut
leges eorum sunt suffragiis, neminem nisi imperio aut literis
aut que in his omnibus senatoribus cooptandis non modo
suffragia nulla fuisse: sed ne genera quidem spectata esse
ex quibus in eum ordinem cooptari liceret, neque censum neque
etatem, neque cetera Siculorum iura valuisse. Quicumque senator vo-
luerat fieri quamvis puer, quamvis indignus, quamvis ex eo loco
ex quo non liceret, sub pretio apud illum fieret ydoneos
ut vinceret, factum esse. non modo Siculorum nihil in hac re va-
luisse leges, sed ne a senatu quidem populoque ro. datas. Quas
enim leges socii amicique ii qui habent imperium a po. ro. au-
ctoritate legum dandarum a senatu he leges debent et p. r. et
senatus existimari. Alesini pro multis et magnis suis maio-
rumque suorum in rem p. nostram meritis atque beneficiis suo iure
L. Licinio Q. Mucio consulibus cum leges de senatu inter se
controversias cooptando leges a senatu nostro petiverunt.
Decrevit senatus honorifico senatus consulto ut iis C. Clau-
dius Appii filius Pulcher pretor de senatu cooptando leges
conscriberet. C. Claudius adhibitis omnibus Marcellis
qui tum erant de eorum sententia, leges Alesinis dedit, in quibus
multa sanxit de etate hominum ne qui minor XXX annis
de questu quem qui fecisset ne legeretur de censu de ce-

teris rebus que omnia ante istum pretorem et nostrorum magistra-
tuum auctoritate et Alesinorum summa voluntate valuerunt. Ab isto et
Pyrrho qui voluit istum ordinem mercatus est. Et pueri annorum
senum septenumque denum senatorium nomen nundinati sunt et
quod Alesini antiquissimi et fidelissimi socii atque amici Rome
impetrarant ut apud se ne suffragiis quidem fieri liceret, id
pretio ut fieri posset effecit. Agrigentini de senatu coop-
tando leges Scipionis antiquas habent, in quibus et eadem
illa sancta sunt, et hoc amplius cum Agrigentinorum duo genera
sunt, unum veterum, alterum colonorum, quos T. Manlius pretor
ex senatus consulto de oppidis Siculorum deduxit. Agrigenti
cautum est in Scipionis legibus ne plures essent ex colonorum
numero, quam ex vetere Agrigentinorum. Iste qui omnia iura pretio
exequasset, omniumque rerum delectum, atque discrimen pecunie sub-
tulisset: non modo illa que erant etatis ordinis questusque
permiscuit: sed et in his duobus generibus civium novorum
veterumque turbavit. Nam cum esset ex veterum numero quidam se-
nator demortuus, et cum ex utroque genere par numerus reliquus
esset, que civitas se res haberet, tamen ad istum venerunt emp-
tum locum illum senatorium non solum veteres, sed etiam novi
sit pretio novus vincat, literasque a p. r. afferat. Agrigen-
tini ad istum legatos mittunt, qui eum leges doceant,
consuetudinemque omnium annorum demonstrent, ut iste intelligeret
ei se illum locum vendidisse: cui ne commercium quidem
esse oporteret, quorum oratione iste cum pretium accepisset, ne ta-
tulum quidem commotus est. Idem fecit Heraclee. Nam eo quoque
colonos P. Rupilius deduxit, legesque similes de cooptando
senatu, ac de numero veterum ac novorum dedit. Ibi non solum
iste apud ceteros pecuniam accepit: sed et genera veterum ac
novorum, numerumque permiscuit. Nolite expectare dum omnes
ob eam rationem civitates hoc uno complector crimine omnia,
neminem isto pretore senatorem fieri potuisse, nisi qui isti
pecuniam dedisset. Hoc idem transfero in magistratus, cura-
tiones, sacerdotia: quibus in rebus non solum hominum iura

sed et deorum religiones immortalium omnes repudiavit. Syracusis
lex est de religione, que in annos singulos sacerdotem Iovis
sortito capi iubebat, quod apud illos amplissimum sacerdotium
putatur. cum suffragiis tres ex tribus generibus creati sunt, res
revocatur ad sortem. perfecerat imperio ut pro suffragio Theo-
mnastus familiaris suus in tribus illis renuntiaretur. In
sorte cui imperare non poterat, expectabant homines quidnam
facturus esset. homo id quod erat facillimum primo vetat sor-
tiri. iubet extra sortem Theomnastum renuntiari. negant id Sy-
racusani per religionem sacrorum ullo modo fieri posse. fas de-
nique negant esse. iubet ille sibi legem legi, recitatur in qua scriptum
erat ut quot essent renuntiati, tot in ydria sortes conicere-
tur. cuius nomen exisset, ut is haberet sacerdotium. homo ingenio-
sus et peracutus optime inquit. Nempe ita scriptum est, quot
renuntiati erunt, quot ergo renuntiati sunt? respondetur tres, num-
quid igitur oportet, nisi tres sortes conici unam educi, nihil.
conici iubet, tres in quibus omnibus scriptum esset nomen Theo-
mnasti. fit clamor maximus cum id universis indignum atque
nepharium videretur. Ita Iovis illud sacerdotium amplissi-
mum per hanc rationem Theomnasto datur. Cephaledi mensis est
certus, quo mense sacerdotem maximum creari oportet.
Erat eius honoris cupidus Athenio quidam Helimachias
cognomine homo satis locuples et domi nobilis. Sed is fieri
nullo modo poterat, si Herodotus quidam adesset, ei locus
ille atque honos in illum annum ita deberi putabatur, ut ne
Helimachias quidem contradiceret. Res ad istum defertur.
et istius more deciditur, thereumata sane notata ac pre-
tiosa afferuntur. Erodotus Rome erat, satis putabat se ad
comitia tempore venturum, si pridie venisset. isto ratio ut aut alio
mense ac fas erat comitia haberentur, aut Herodoto pre-
senti honos adimeretur. id quod iste non laborabat, Helima-
chias minime volebat, rogitat. Dixi iam dudum non esse
cautior quisquam nec fuit. excogitat iste quemadmodum
mense illo legiptimo comitia haberentur. nec tamen Herodotus

adesse posset. Est consuetudo Siculorum ceterorumque grecorum quod
suos dies mensesque congruere volunt cum solis luneque ratione.
aut non numquam siquid discrepet eximat unum aliquem diem
aut summum biduum e mense, quos illi exheresimos dies nomi-
nant. Item non numquam uno die longiorem mensem faciunt
aut biduo. que iste cum cognovisset, eximi iubet non diem ex
mense, sed ex anno dimidiatumque mensem hoc modo ut quo die
verbi causa esse oporteret Idus Ianuarias die Kl. Martias pro-
scriberet, ita fit omnibus recusantibus et implorantibus dies
is erat legiptimus comitiis habendis. eo modo sacerdos Helimachias
renuntiatus est. Herodotus cum Roma revertitur ut dies
putabat XV ante comitia offendit eum mensem comitialem co-
mitiis iam abhinc XXX diebus habitis. Tunc Cephaleditani
decreverunt intercalarium quadraginta quinque dies longum, ut
reliqui menses in suam rationem reverterentur. hoc si Rome
fieri posset, certe aliqua ratione expugnasset iste ut dies qua-
draginta inter binos ludos tollerentur, per quos solos iudicium
fieri posset. Iam vero censores quemadmodum in Sicilia
isto pretore creati sunt, operepretium est cognoscere. ille enim
est magistratus apud Siculos, qui diligentissime mandatur
a populo, propter hanc rationem omnes Siculi ex censu quot annis tributa
conferunt in censu habendo. postea omnis extimationis habende
summeque faciunde censori permittitur. Itaque et populus cui ma-
ximam fidem suarum rerum habeat, maxima cura deligit et propter
magnitudinem potestatis hic magistratus a populo summa ambitione
contenditur. in ea re nihil obscure facere voluit, non in sor-
titione fallere, neque dies de fastis eximere, nihil sane
vafre, nec malitiose conatus facere conatus est. sed ut
studia cupiditatesque honorum atque ambitiones ex omnibus
civitatibus tolleret. que res evertende rei p. solent esse, oste-
dit sese in omnibus civitatibus censores esse facturum. Tanto
mercato pretoris indicto concurritur ad istum Siracusas.
Flagrabat domus tota pretoria studioque hominum et cupi-
ditate, nec mirum omnibus comitiis tot civitatum unam in

domum revocatis, tantaque ambitio provinciae totius in uno cubiculo exclusa. Exquisitis palam pretiis et licitationibus fructus describebat, censores binos in singulas civitates Thimarchides suo labore, suisque actionibus huius negotii atque operis molestiam consequebatur: ut ad istum sine ulla sollicitudine summa pecunia referretur. Iam hic Thimarchides id quantam pecuniam fecerit plane adhuc cognoscere non potuistis. Verum in priore actione quam varie, quam improbe praedatus esset, multorum ex testimoniis cognovistis. Sed ne miremini qua re hic tantum apud istum libertus potuerit, exponam vobis breviter, quid homo sit, ut istius nequitiam qui illum secum habuit, eo praesertim numero ac loco, et calamitatem provinciae cognoscatis. In mulierum corruptelis, et in omni huiusmodi luxuria atque nequitia: mirandum in modum reperiebam, hunc Thimarchidem ad istius flagitiosas libidines, singularemque nequitiam natum atque aptum fuisse: investigare, adire, appellare, corrumpere, quidvis facere in huiusmodi rebus quamvis callide, quamvis audacter, quamvis impudenter, eundem mira quadam excogitare genera furandi.

Nam ipsum Verrem tantum semper avaritia, hi aut atque imminenti fuisse ingenio excogitatione nulla, ut quidquid sua sponte faciebat, item vos Romae cognovistis eripere potius quam fallere videretur. Hec vero eius erat ars et malitia quam acutissime tota provincia quid cuique esset, necesse indagare et odorari solebat, omnium inimicos diligenter cognoscere, colloqui, attentare, ex utraque tabe parte voluntates perspicere facultates et copias quibus opus esset, metum afferre quibus expediret spem ostendere. Accusatorum et quadruplatorum quidquid erat habebat in potestate, quod cuique negotii conflari volebat. Nullo labore faciebat, istius omnia decreta, imperia, litteras peritissime et callidissime venditabat.

At non solum erat administer istius cupiditatum, verum etiam ipse sui meminerat, eque non solum nummos si qui ista excidebant tollere solebat. Ex quibus pecuniam maximam fecit: sed et voluptatum, flagitiorumque istius ipse reliquias colligebat.

Itaque in Sicilia non Athenionem, qui nullum oppidum cepit, sed Thimarchidem fugitivum omnibus oppidis per triennium scitote regnasse in Thimarchidis potestate sociorum p. r. antiquissimorum atque amicissimorum liberos, matres familias, bona, fortunasque omnes fuisse. Is igitur ut dico Thimarchides in omnes civitates accepto pretio, censores dimisit: comitia isto praetore censorum ne simulandi quidem causa fuerunt. Iam hoc impudentissime palam licebat enim videlicet legibus singulis, censoribus denarii trecenti ad statuam praetoris imperati sunt: censores centum XXX facti sunt. pecuniam illam ob censuram contra leges clam dederunt. hec denariorum XXX nomine palam salvis legibus contulerunt in statuam. primum quo tantam pecuniam, deinde quod hi tum censores ad statuam tibi conferebant. Ordo aliquis censorum est, collegium genus aliquod hominum, non aut publice civitates istos homines habent, aut generatim homines ut aratores, ut mercatores, ut navicularii, censores quidem qui magis quam aediles ob beneficium, ergo hoc fatebere abs te haec petita esse, etiam empta non audebis dicere te eos magistratus hominis beneficii non rei p. causa permisisse. hoc aut cum fatebatur, quisquam dubitabit quin tu istam apud populos provinciae istius invidiam atque offensionem non ambitionis, neque beneficiorum collocandorum, sed pecuniae conciliandae causa susceperis. Itaque censores fecerunt idem quod in nostra re p. solent hi qui largitione magistratus adepti sunt. Dederunt operam ut ita potestatem gererent, ut illam lacunam rei familiaris explerent, sic census habitus est te praetore, ut eo censu nullius civitatis res p. posset administrari. Nam locupletissimi cuiusque censum extenuarant, tenuissimis auxerant. Itaque in tributis imperandis tantum oneris plebi imponeretur: ut etiam si homines tacerent, res ipsa illum censum repudiaret id quod intelligi re ipsa facillime potest. Nam L. Metellus qui posteaquam ego inquirendi causa in Siciliam veni: repente Laetilii adventu: istius non modo amicus, verum etiam cognatus factus est: id quod videat stare istius censui

nullo modo posset: eum censum obseruari iussit qui uiro fortissi
mo atque innocentissimo Sex. Peduceo pr. habitus esset. Erant enim
tum censores legibus facti, delecti a suis ciuitatibus, quibus si quid
commisissent, pene legibus erant constitute. Te autem pretore qui
censorem aut legem metueret: qua non tenebatur quoniam creatus
lege non erat, aut animaduersionem tuam: cum id quod abs te emerat
uendidisset. Teneat iam sane meos testes Metellus
cogat alios laudare, sicut in multis conatus est, modo hec
faciat que facit. Quid enim umquam tanta a quoquam contumelia,
quis tanta ignominia affectus, quinto quoque anno Sicilia
tota censetur: erat censa pretore Peduceo. Quintus annus cum
te pretore incidisset, censa denuo est. Postremo anno L. Me
tellus mentionem tui census fieri uetat. censores dicit
de integro sibi creari placere. interea Peduceanum censum
obseruari iubet. hoc si tuus inimicus tibi fecisset, tamen si
equo animo prouincia tulisset: inimici iudicium graue uideretur.
Fecit amicus recens et rogatus uoluntarius: aliter enim se
prouinciam retinere si saluus ipse in prouincia uellet esse, fa
cere non potuit. Expectas etiam quid hi iudicent, si tibi magistratum
abrogasset, minore ignominia te affecisset, quam cum ea que
in magistratu gessisti sustulit, atque irrita iussit esse. neque
in hac re sola fuit eiusmodi: sed antequam ego in Siciliam ueni
maximis rebus ac plurimis. Nam et Heraclio Siracusano
tuos illos palestritas bona restituere iussit. et Epicrati
Bidinos et pupillo Drapanitanos ac Claudium et nisi ma
turius Letilius in Siciliam uenisset cum litteris minus .xxx.
diebus Metellus totam triennii preturam rescidisset. Et quoniam
ea pecunia quam tibi ad statuam censores contulerunt dixi
non mihi pretermittendum uidetur, ne illud quidem genus pe
cunie summam et pergrandem ad sextertia centum .xx. tamen
conficitur ex testimoniis ac litteris ciuitatum. Etiste hoc co
redit, nec potest aliter dicere: quare cuiusmodi putamus esse
illa que negat, cum hoc tam improba sunt que fatetur.
Quid enim uis constitui consumptam esse omnem istam pecuniam

in statuis: fac ita esse tamen hoc ferendum nullo modo: tantam
a sociis pecuniam auferri ut omnibus in angiportis predonis
improbissimi statue ponantur. qua uix tuto transire posse
uideamur. Age ubi tandem aut in quibus statuis ita tanta
pecunia consumpta est. consumetur inquies, sed expectemus
legitimum illud quinquennium: si hoc interuallo non consumpserit,
tum denique non eum de pecuniis repetundis statuarum
nomine deferemus. Reus est maximis plurimisque criminibus
in iudicium uocatus: sextertia centum .xx. milia ex hoc uno
genere rapta uidemus. Si condemnatus eris, non opinor id
ages ut ista pecunia in quinquennium consumatur in statuis.
Sin absolutus eris, qui erit tam amens, qui te tot tantisque
criminibus elapsum, post quinquennium statuarum nomine
accersatur: ita si neque consumpta adhuc ista pecunia est
et est perspicuum non consumptum iri, licet iam intelligamus
inuentam esse rationem: quare et iste sextertia centum uiginti
milia uno genere conciliarit et ceperit: et ceteri si a uobis
hoc erit comprobatum quam uolent magnas hoc nomine pecunias
capere possint, ut iam uideamur, non a pecuniis capiendis
homines absterrere, sed cum genera quedam pecuniarum capiendarum
comprobaremus honesta nomina turpissimis rebus imponere.
Etenim si Verres sextertia centum uiginti milia populum uerbi
gratia Centuripinum poposcisset, eamque ab his pecuniam abstu
lisset: non opinor esse dubium quin eum sic tamen id planum fieret
condemnari necesse esset. Quid si eundem populum sextertia .ccc.
milia poposcit, eaque coegit atque sustulit. num idcirco ab
soluetur, quia ascriptum est eam pecuniam statuarum nomine,
non opinor, nisi forte id agimus non ut magistratibus nostris
morem accipiendi, sed ut sociis causam dandi auferre uide
amur. Quod si quem statue magnopere delectant, et si quis
earumque honore et gloria ducitur, is hoc tamen constituat ne
cesse est primum auerti pecuniam domum non placere deinde
ipsarumque statuarum aliquem modum quendam esse oportere. Deinde
illud certe ab inuitis non oportere exigi. ac de auertenda

Biblioteca Nazionale Centrale Firenze MSS

pecuniam quero abs te utrum ipse civitates solite sint statuas tibi faciundas locare, et cui possent optima conditione locare an aliquem curatorem preficere, qui statuis faciundis preesset an tibi an cui tu imperasses adnumerari pecuniam. Nam si per eos statue fiebant a quibus tibi iste honos habebatur audio sibi thimarchididi numerabatur. Desine queso simulare te, cum in manifesto furto teneare glorie studiosum ac monumentorum fuisse. Quid non modum statuarum huic nullum placet: atque habeatur necesse est: etenim sic considerate Siracusana civitas, ut eam potissimum nominem, dedit ipsi statuam, est honos, et patri, bella hec pietatis et questuosa simulatio et filio, fieri hoc potest: huic enim puerum non oderant. Verum quotiens et quot nominibus a Siracusanis statuas auferres, ut in foro statuerent abstulisti, ut in curia coegisti, ut pecuniam conferrent in eas statuas que Rome ponerentur, imperasti, ut idem darent homines aratorum nomine dederunt ut idem pro parte in commune Sicilie conferrent etiam id contulerunt. Una civitas cum tot nominibus pecuniam contulerit, idemque hoc civitates cetere fecerint, nonne res ipsa nos admonet, ut putemus modum aliquem huic cupiditati constitui oportere. Quid si hoc voluntate sua nulla civitas fecit, si omnes imperio metu vi modo adducte tibi pecuniam statuarum nomine contulerunt, per deos immortales num cui dubium esse poterit: quin etiam si quis statuerit accipere ad statuas licere, idem tamen statuat, eripere certe non licere. Primum igitur in hanc rem testem totam Siciliam citabo, que mihi una voce ~~un~~ statuarum nomine magnam pecuniam per vim coactam esse demonstrat. Nam legationes omnium civitatum in postulatis communibus que fere omnia ex tuis iniuriis nata sunt, etiam hoc ediderunt, ut statuas ne cui nisi cum is de provincia decessisset, pollicerentur. Tot pretores in Sicilia fuerunt: totiens apud maiores nostros Siculi senatum adierunt, totiens hac memoria tam huiusce postulati genus atque principium tua pretura

attulit. Quid enim tam novum non solum re, sed genere ipso postulandi: nam cetera que sunt in eiusdem postulatis de iniuriis tuis sunt nova, sed tamen novo modo postulantur.

Rogant et orant Siculi P. C. ut tantum magistratus post hac decimas lege Hieronica vendant: tu primus contra vendideras. Audio in cellam, quod imperatur estiment, hoc quoque propter tuos ternos denarios nunc primum postulatur, sed genus illud postulandi non est novum. Ne absentis nomen recipiatur ex Stenii calamitate et tua natum est iniuria. Cetera non colligam: sunt omnia Siculorum postulata huiusmodi, ut crimina collecta in unum reum te esse videantur, que tam novas iniurias habent, sed postulationum formulas usitatas. Hoc postulatum de statuis ridiculum esse videatur ei qui rem sententiamque non perspiciat. Postulant enim non ut ne cogantur statuere, quid igitur ut ipsis ne liceat: quid est hoc petis a me quod in tua potestate est, ut tibi facere non liceat, de te potius ne quis te invitum polliceri aut facere cogat. Nihil ergo inquit: negant enim omnes se coegisse, si me salvum esse vis mihi impone istam. ut omnino mihi liceat polliceri.

Ex tua pretura primum nata est hec postulatio qua cum utuntur hoc significant, atque adeo aperte ostendunt se esse ad statuas pecuniam metu ac malo coactos invitissimosque contulisse: quid hoc non dicam tibi non necesse sit ipsis id confiteri. Videte et perspicite qua defensione sis usurus, iam intelliges hoc tibi de statuis confitendum esse. Mihi enim renuntiatur ita constitui a tuis patronis hominibus ingeniosis causam tuam, et ita eos abs te institui et doceri ut quisque in provincia Sicilia gravius homo atque honestior testimonium vehementius dixerit sicuti Siculi multi primarii viri multa dixerunt, te statim hoc istis tuis defensoribus dicere, inimicus est propterea quia arator est. Itaque uno genere opinor circumscribere habebis in animo genus hoc aratorum quod eos

ciceroni aio atque amico venisse dicatis, quia fuerit iste
in decimis vehementior. ergo aratores inimici omnes
adversarij. Nemo est eorum quin perijsse te cupiat: cunctum
preclare te habes cum his ordo atque ad hominum genus
quod optimum quod honestissimum est a quo uno et summa
rei p. et illa provincia maxime continetur. tibi est ini
micissimum. Verum esto alio loco de aratorum aio et iniu
rijs videro: nunc quod mihi abs te datur id accipio, eos
tibi esse inimicissimos. Nempe ita dicis propter decimas con
cedo. Non quero iure an iniuria sint inimici. Quid ergo
sibi ille statue equestres inaurate volunt, que p. r. oculos
animosque maxime offendunt propter edem vulcani. Nam conspicu
et video quidam ex his statuam aratores dedisse: si ho
noris causa statuam dederunt inimici non sunt. credamus
testibus: tum enim honori tuo nimia religiosi sunt
consulunt. Sin autem metu coacti dederunt: confiteare
necesse est, te in provincia pecuniam statuarum nomine per
vim ac metum coegisse. utrum tibi commodum est elige.
E quidem libenter hoc iam crimen de statuis relinquam,
ut mihi tu illud concedas: quod tibi honestissimum est
aratores tibi ad statuam honoris tui causa voluntate
sua contulisse. Da mihi hoc iam tibi maximam eximiam
partem defensionis precides: non enim poteris aratores
tibi iratos esse atque inimicos dicere. O causam singularem
o defensionem miseram ac perditam, nolle hoc accipere
reum ab accusatore. et enim reum qui pretor in sicilia
fuerit, aratores ei statuam sua voluntate statuisse
aratores bene de eo existimare, amicos esse, salvum
esse cupere. Metuit ne hoc vos existimetis, obruitur. H.
aratorum testimonijs, utar eo quod datur: certe hoc vobis
ita iudicandum est, eos qui isti inimicissimi sunt, ut
ipse existimari vult, ad istius honores ac monumenta
pecuniam non voluntate sua contulisse atque ut hoc
tantum facillime intelligi possit, que voles eorum

testimonium quo produxero, qui in sicilia testes sint sive
cives ro. sive siculum rogate: et eum qui tibi inimicis
simus esse videbitur: qui se spoliatum a te dicet, et qui suo
nomine in tuam statuam contulerit: neminem reperies qui
neget, etenim omnes dederunt. Quemquam igitur putas dubita
turum, quin is qui tibi inimicissimus esse oporteat, qui abs te
gravissimis iniurijs acceperit, pecuniam statue nomine
dederit: vi atque imperio adductus non officio atque volun
tate, et ego pecuniae ut summa que per magna est impudentissi
meque coacta ab invitis non habui rationem, nec habere potui
quantum ab aratoribus, quantum a negotiatoribus qui
siracusis, qui agrigenti, qui panormi qui lilibei nego
ciantur, esset coactum. Quam intelligitis ipsius quoque confes
sione ab invitissimis coactam esse: venio nunc ad civita
tes sicilie de quibus facillime iudicium fieri voluntatis
pot. An ne etiam siculi inviti contulerint, non est proba
bile. etenim sic. C. verres preturam in sicilia gessisse co
stat, ut cum utrisque satisfacere non posset et siculis
et togatis, officij potius in socios quam ambitionis in
cives rationem duxerit. Itaque eum non solum patronum istius
insule, sed etiam sothera inscriptum vidi siracusis. hoc
quantum est, ita magnum ut latine uno verbo exprimi
non possit. is est nimirum sother qui salutem dedit huius
nomine et dies festi agitantur pulchra illa verrea non quasi
marcella, sed pro marcellis, que illi istius iussu sus
tulerunt. huius fornix in foro siracusis est in quo
filius nudus stat. ipse autem ex quo nudatam a se pro
vinciam prospicit huius statue omnibusque hoc demon
strare videntur propter morum non minus multas statuas
istum posuisse siracusis quam abstulisse. huic etiam rome vi
demus in basi statuarum maximis litteris incisum a com
sicilia datas. Quam obrem qui hoc probari pot cuiquam tan
tos honores habitos esse ab invitis huc tibi etiam multo magis quam
ante ab aratoribus videndum et considerandum est quid

uelis. Magna res est, utrum tibi Siculos publice, privatimque ami-
cos an inimicos existimari velis. Si inimicos, quid de te fu-
turum est? quo confugies, ubi nitere? Iam aratorum honestis-
simorum hominum ac locupletissimorum maximum numerum abs te
alienasti. Nunc de Siculis civitatibus quid ages? dices et
Siculos esse amicos, qui poteris qui quod nullo in homine ante
fecerunt, ut in eum publice testimonium dicerent, cum pre-
sertim ex ea provincia condemnati sint plures qui pre-
tores fuerunt, duo soli absoluti: hunc conveniunt cum litteris
venerunt, cum mandatis venerunt, cum testimoniis publi-
cis, qui si te publice laudarent, tamen id more potius suo
quam merito tuo facere viderentur. hec cum de tuis factis
publice conqueruntur: nonne hoc indicant tantas esse in-
iurias: ut multo maluerint de suo more decedere, quam de
tuis moribus non dicere. Confitendum est quod tibi necesse
Siculos inimicos esse, qui quidem et in te gravissimas postu-
lata consulibus ediderunt, et me ut hanc causam sue de-
fensionem susciperem obsecraverunt. qui cum a pretore pro-
hiberentur, a quatuor questoribus impedirentur, omnium
minas atque omnia pericula pre salute sua levia duxe-
runt, qui priore actione ita testimonia graviter
vehementerque dixerunt, ut Artemonem Centuripinum
legatum et publice testem, Q. Hortensius accusatorem non
testem esse diceret. etenim cum propter virtutem et fidem cum
Androne homine honestissimo et certissimo tum etiam propter
eloquentiam legatus a suis civibus electus est, ut
posset multas et varias istius iniurias quam apertissime
vobis planissimeque explicare. Dixerunt Halesini, Catini-
enses, Tyndaritani, Ennenses, Herbitenses, Agyrine-
nses, Segestani, numerare omnes non est necesse scitis quam multi
et quam multa priore actione dixerunt: nunc et illi et
reliqui dicent omnes. denique hoc in hac causa intelligent hoc
anno esse Siculos, ut si in istum animadversum non sit, sibi reli-
quendas domos ac sedes suas, et de Sicilia decedendum

29
In Verrem L. iiii.°

atque adeo fugiendum esse arbitrentur. Hos homines tu persua-
debis ad honores atque amplitudinem tuam pecunias maxi-
mas voluntate sua contulisse? Credo qui te tua civi-
tate incolumem esse nollent, hi monimenta tue fortune
ac nominis in suis civitatibus esse cupiebant: res decla-
ravit ut cupierunt. Iam dudum enim nimium tenuiter
Siculorum erga te voluntatis argumenta colligere videor.
utrum statuas voluerint tibi statuere, an coacti sint.
De quo homine auditum est unquam quod tibi accidit, ut eius
in provincia statue in locis publicis posite, partim etiam
in edibus sacris per vim, per universam multitudinem
deiicerentur? tot homines in Asia nocentes, tot in Africa
tot in Hispania, Gallia, Sardinia, tot in ipsa Sicilia fue-
runt: et quo de homine hoc unquam audivimus? novum
est, iudices, in Siculis quidem et in omnibus Grecis monstri
simile. non crederem hoc de statuis nisi iacentes re-
vulsasque vidissem, propterea quod apud omnes Grecos hic mos
est, ut honorem hominibus habitum in monimentis huius-
modi nonnulla religione deorum consecrari arbitrentur. Itaque
cum Rhodii bellum illud prope soli superius Mithridaticum
gesserint, omnesque eius copias, acerrimumque eius impetum
a menibus, litoribus, classibusque suis exceperint, cum et
regis inimici preter ceteros essent, statuam eius que erat
apud ipsos in celeberrimo urbis loco, ne tum quidem in
ipsis urbis periculis attigerunt. forsitan vix convenire
videretur, quem ipsum hominem cuperent evertere eius effigiem
simulacrumque servare. Sed tum videbam apud eos cum
essem, et religionem esse quandam in his rebus a maio-
ribus traditam et hoc disputare cum statua se eius habuisse
temporis rationem quo posita esset, cum homine vero quo gereret
bellum atque esset hostis. Videtis quam consuetudinem religio-
nemque Grecorum, que monimenta hostium in bello ipso so-
leat defendere, eam summa in pace pretori populi Romani sta-
tuis presidio non fuisse. Tauromenitani quorum est

civitas federata, homines quietissimi qui maxime ab iniurijs
nrorum magratuum remotissimi consueverunt esse presidio
federis: hi tamen istius evertere statuam no dubitarunt, qua
ablata basim tum in foro manere voluerunt, quod gra
vius in istum fore putabant, si scirent homines statuam eius
a tauromenitanis esse deiectam, quam si nullam umquam positam
arbitrarentur. Tindaritani deiecerunt in foro, et eadem causa
equum inanem reliquerunt. Leontini misera in civitate atque
inani tamen istius in gymnasio statua deiecta est. Nam quid ego
de siracusanis loquar? quod non est proprium siracusanorum,
sed est illorum commune conventus illius ac prope totius provin
cie, quanta illuc multitudo, quanta vis hominum convenisse di
cebatur: tum cum statue sunt illius deiecte atque everse. At
quo loco? celeberrimo ac religiosissimo ante ipsum separim
in primo aditu vestibuloque templi, quod nisi metellus hoc tam
graviter egisset, atque illam imperio, edictoque probibuisset, ne
vestigium statuarum istius in tota sicilia nullum esset relictum. Atque
ego hoc non vereor, ne quid horum non modo impulsu verum omnino
adventu meo factum esse videatur: omnia ista ante facta
sunt, non modo quam ego siciliam verum etiam quam iste italiam atti
git. Dum ego in sicilia sum, nulla statua deiecta est. po
steaquam illinc discessi, que sunt gesta cognoscite. Centuri
pinorum senatus decrevit, populusque iussit, ut que statue
C. verris ipsius et patris et filij essent, eas questores de
moliendas locarent, dumque ea demolitio fieret, senato
res. xxx. non minus adessent. Videte gravitatem civita
tis et dignitatem, neque eas in urbe sua statuas esse vo
luerunt, quas inviti per vim atque imperium dedissent, neque
eius hominis in quem ipsi cum gravissimo testimonio, quod
numquam ante romam mandata, legatosque misissent. et
id gravius esse putarunt si publico consilio quam si per vim
multitudinis factum videretur. Cum hoc consilio statuas
vehementer minatur: illi ad senatum renuntiant. statue
que istius causa nihil prodessent, reponuntur. Hec ego

aliud alij concedo metello homini sapienti prorsus non possum igno
scere siquid stulte facit. Quid ille hoc putabat verri crimi
nosum fore: si eius statue essent deiecte, quod sepe vento
aut aliquo casu fieri solet non erat in hoc neque crimen
ullum, neque reprehensio: ex quo igitur crimine accusatio
nascitur? ex hominum iudicio et voluntate. Ego si metel
lus statuas reponere centuripinos non coegisset, hoc dicerem.
Videte. iudices. quantum et quam acerbum dolorem sociorum atque
amicorum animis inussisset istius iniurie. cum centurpi
norum amicissima ac fidelissima civitas. que tantis
officijs cum populo romano coniuncta est: ut non solum rem publicam nostram sed
etiam in quovis homine privato nomen ipsum romanorum sem
per dilexerit, ea publico consilio atque auctoritate iudicavit. C.
verris statuas esse in urbe non oportere. Recitarem decreta
centurpinorum fortissimorum, fidelissimorum sociorum lauda
rem illam civitatem, id quod verissime possem, commemo
rarem, decem milia civium centurpinorum fidelissimorum
sociorum eos omnes statuisse monimentum istius in sua civi
tate nullum esse oportere. hec tum dicerem, si statuas metel
lus non reposuisset. velim querere nunc ex ipso metello quidnam
nam sua vi et auctoritate mihi ex hac oratione preciderit. Ea
dem opinor omnia convenire. Neque enim si maxime statue
deiecte essent, eas ego possem vobis iacentes ostendere.
hoc uno uterer civitatem tam gravem statuas iudicasse.
C. verris demoliendas. hoc mihi metellus non eripuit.
hoc etiam addidit ut quererer si mihi videretur tam inique
iure socijs atque amicis imperari, ut ne in suis quidem
beneficijs libero iudicio uti liceret, ut vos rogarem ut
coniecturam faceretis qualem in his rebus in me. M. me
tellum fuisse putaretis. in quibus rebus obesse non potuerit
cum in hac re tam aperta cupiditate fuerit in qua
nihil obfuit. Sed ego metello non irascor, neque ei suam
vagationem eripio: qua ille apud omnes utitur, ut nihil
malitiose, neque consulto fecisse videatur. Iam quod est

ita perspicuum ut negare non possis nullam tibi statuam voluntate
cuiusquam datam, nullam pecuniam statuarum nomine nisi vi ex-
pressam et coactam. Quo quidem in crimine non illud solum
intelligi volo te ad statuas sestertium .c.xx. milia coegisse
sed multo etiam illud magis, quod simul demonstrandum est
quantum odium in te aratorum, quantum omnium siculorum sit et fue-
rit, in quo que nostra defensio futura sit, coniectura asse-
qui non queo. Oderunt siculi: togatorum enim causa multa feci
At idem acerrimi inimicissimique sunt. Inimicos habeo
cives romanos, quorum sociorum ac iura defendi. At socii in hostium nu-
mero se abs te habitos queruntur. Aratores inimici sunt propter
decimas. Quid qui agros immunes, liberosque arant? Cur
oderunt? Cur alesini? Cur centuripini? Cur segestani, cur
halicyenses? Quod genus hominum, quem numerum, quem ordinem
proferre possis, qui te non oderit? Sive cives romani, sive siculorum,
ut etiam si causam cur te oderint non possim dicere, tamen illud
dicendum putem quem omnes mortales oderint, eum quoque vobis
odio esse oportere. An hoc dicere audebis, utrum de te aratores
utrum denique siculi universi bene existiment, ad rem id non
pertinere? Neque tu hoc dicere audebis, neque si cupies lice-
bit. Eripiunt tibi orationem contemnendorum siculorum atque
aratorum statue ille equestres, quas tu paulo ante quam ad ur-
bem venires poni inscribique iussisti, ut omnium inimicorum
animos accusatorumque tardares. Quis enim tibi molestus esset, aut
quis appellare auderet, cum videret statuas a negotiatoribus
ab aratoribus, a communi sicilie, quod est aliud in illa pro-
vincia genus hominum? Nullum: quoniam ab universa provin-
cia generatimque a singulis eius partibus non solum diligitur
sed etiam ornatur quis huc attingere audeat? Potes ergo
dicere nihil tibi obesse oportere aratorum negotiatorum si-
culorumque omnium testimonia? Cum eorum nominibus in sta-
tuarum inscriptione esse te speraveras invidiam atque
infamiam tuam extinguere posse? An quorum auctoritate
tu statuas cohonestare tuas conatus es, eorum ego

dignitate accusationem meam probare non potero? Nisi forte
quod apud publicanos gratiosus fuisti in ea re spes te aliqua
consolatur: que genera ne quid tibi prodesse posset, ego mea
diligentia perfeci, ut etiam obesse deberet, tu tua sapientia
curasti. Etenim rem totam iudices breviter cognoscite. In scrip-
tura sicilie pro magistro est quidam L. carpinatius, qui
et sui questus causa, et fortasse quod sociorum interesse
arbitrabatur, bene penitus in istius familiaritatem sese
dedit: is cum pretor omnia fora sectaretur, neque ab eo umquam
discederet, in eam iam venerat familiaritatem consue-
tudinemque in vendendis istius decretis et iudiciis, transi-
gendisque negotiis, ut prope alter thimarchides nume-
raretur: hoc erat etiam capitalior quod idem pecuniam his qui
ab isto aliquid mercabantur, fenori dabat. Ea autem fene-
ratio erat huiusmodi iudices, ut etiam hic questus huic cederet.
Nam quas pecunias ferebat iis expensas quibuscum
contrahebat, aut scribe istius aut thimarchidi dicebat aut
etiam isti ipsi referebat acceptas. Idem preterea pecunias
istius extraordinarias grandes suo nomine fenerabatur.
Hic primo carpinatius antequam in istius tantam familia-
ritatem pervenisset, aliquotiens ad socios litteras de
istius iniuriis miserat. Canuleius vero qui in portu si-
racusis operas dabat, furta quoque istius quam multa nomi-
natim ad socios perscripserat ea que sine portorio siracu-
sis erant exportata. Portum autem et scripturam eadem so-
cietas habebat. Ita factum est ut esset permulta que ex
societatis litteris dicere in istum ac proferre possemus.
Verum accidit ut carpinatius qui iam cum isto summa consue-
tudine preterea oratione coniunctus esset, crebras postea
litteras ad socios de istius summis officiis in rem eorum
beneficiisque mitteret. Etenim cum iste omnia quecumque
carpinatius postulabat, facere aut decernere solebat,
tum ille etiam plura scribebat ad socios ut si possent
que antea scripserat ea plane extinguerent. Ad

extremum vero cum iste iam decederet, eiusmodi litteras ad eos
misit, ut huic frequentes obviam prodirent, gratiasque agerent
facturos et siquid imperasset studiose pollicerentur. Itaque
sociis fecerunt vetere instituto publicanorum, non quo istum ullo
honore dignum arbitrarentur: sed quod sua interesse putabant
se memores gratosque existimari gratias isti egerunt. Carpi-
natium saepe ad se de eius officiis litteras misisse dixerunt.
Hic cum respondisset ea se libenter facere, operasque Carpina-
tii magnopere laudasset: dat amico suo cuidam negotium
qui tum magister erat eius societatis ut diligenter cave-
ret atque prospiceret ne quid esset in litteris sociorum quod contra
suum caput atque existimationem valere posset. Itaque ille
multitudine sociorum remota, decumanos convocat, rem
defert, statuunt illi atque decernunt, ut hae litterae quibus exi-
stimatio C. Verris laederetur, removerentur, operaque dare-
tur ea res C. Verri fraudi esse posset. Si ostendo hoc decre-
visse decumanos, si planum facio hoc decreto remotas
esse litteras, quid exspectatis amplius? Possum ne rem magis
iudicatam afferre: magis reum condemnatum in iudicium
adducere. At quorum iudicio condemnatum, nempe eorum
quos hi qui severiora iudicia desiderabant arbitraren-
tur iudicare oportere publicanorum iudicio, quos videlicet
nunc populus iudicium poscit, de quibus ut eos iudices
habeamus legem ab homine non nostri generis non ex equestri
loco profecto, sed nobilissimo promulgatam videmus. Decu-
mani hoc est principes et quasi senatores publicanorum
removendas de medio litteras censuerunt: habeo ex his
qui affuerunt, quos producam quibus haec producam ho-
mines honestissimos ac locupletissimos istos principes
equestris ordinis: quorum splendore vel maxime istius
qui legem promulgavit oratio et causa nititur. Venient
in medium dicent quid statuerint, profecto si recte ho-
mines novi non mentientur: litteras enim non eos de me-
dio removere potuerunt, fidem suam et religionem

removere non possunt. Ergo equites Romani te suo iudicio con-
demnari voluerunt: vos nunc utrum illorum iudicium an volun-
tatem sequi malitis, considerate. At vide quid te amico-
rum studium, quid tuum consilium, quid sociorum voluntas ad-
iuvet. dicam paulo amplius. Neque enim vereor ne quis iam
hoc me magis accusatorie quam libere dixisse arbitretur.
Si istas litteras non decreto decumanorum removissent, tantum
possem in te dicere, quantum in litteris invenissem. Nunc decreto
isto facto, litterisque remotis, tantum mihi licet dicere quantum
possum, tantum iudici suspicari quantum velit. Dico te ma-
ximum pondus auri et argenti, eboris, purpurae, pluri-
mam vestem militensem, plurimam stragulam, multam deli-
catam supellectilem, plurima vasa Corinthia, magnum
numerum frumenti, vini, mellis maximum Syracusis expor-
tasse. his pro rebus quod portorium non esset datum, litteras ad
socios misisse L. Canuleium qui in portu operas daret. Sa-
tis ne magnum hoc crimen videtur, nullum opinor maius.
Quid defendit Hortensius, postulabit litteras Canulei pro-
feram crimen huiusmodi nisi litteris confirmetur, inane
esse dicet. Clamabo litteras remotas esse de medio decreto
sociorum erepta mihi esse istius indicia ac monimenta
furtorum, aut hoc contendat numquam esse factum, aut omnia
tela arripiat, necesse est. Negas esse factum, placet mihi
ista defensio. descendo, aequa enim condicio, aequumque certa-
men proponitur: producam testes, et producam plures eodem
tempore, qui tum cum actum est una fuerunt, nunc quoque una
sunt. cum interrogabuntur, obligentur non solum iurisiu-
randi atque existimationis periculo, sed etiam communi inter se
conscientia. Si planum fit hoc, ita quemadmodum dico esse
factum, non poteris dicere Hortensi nihil in istis fuisse
litteris quod Verrem laederet, non modo id non dices, sed ne
illud quidem quod tibi dicere licebat, tantum quantum ego dicam
non fuisse. Ergo hoc vestro consilio et gratia perfecistis ut
quemadmodum paulo ante dixi et mihi summa facultas

ad accusandū daretur: et iudicibꝰ libera ptās ad credendum
quod cū ita sit, nihil fingam, tamen meminero me suscepisse
quē recusarem, sed recepisse quod defenderem. Vos ex me
causam nō a me probatam, sed a me delatā oportet audire
me Siculis satis ee facturū, si quē cognoui in Sicilia
quē accepi ab ipsis diligenter exposuero. P.R. si nullius uim
nullius potentiā ptimuero. Vobis si facultatem uere
atq3 honeste iudicandi fide & diligentia mea fecero, nō
in eos sint minimū quid de meo curriculo uitē, quod
mihi semper propositum fuerit, decessero. Quappe nihil ē
quod metuas, ne quid meū fingā et quod leter habeas.
Multa enim quē scio ab te ee commissa, q aut nimiū turpia
aut parū credibilia sunt, ptermittam, tantū agam de
hoc toto nōie scripturē, ut eam scire possitis quēram
decretū ne sit, ne id inuenero quēram remotū ne sit
hīc: cum id quoq3 constabit, uos iam mea cito intellige
tis, si illi qui hēc istius sine dubio condemnarent, de quo
lrās eas quē istius furta indicarent, et ad se missas suo
decreto remotas scirent ee. Quē ē ab his equitibus ro.
qui istius causa rapiunt omnia, qui ab eo benignissime sūt
condemnari necesse. si ab nobis. uid. illa ui aut ratiōe
absolui pōt. Ac ne forte ea quē remota de medio atq3
erepta nobis sunt, omnia ita condita fuisse atque ita
abdite latuisse uideantur ut hac diligentia quā ego ex
pectari a me maxīe puto: nihil eoꝶ inuestigari nihil
assequi potuerit, quē consilio aliquo aut ratiōe inue
niri potuerunt, inuenta. uid. manifesto in rebus hoiem
iam teneri uidebitis. Nam qd in publicanoꝶ causis ut
plurimū ētatis meē uersor: uehementerq3 illū ordinē
obseruo: satis commode mihi uideor eoꝶ consuetudinē
usu tractando cognouisse. Itaq3 ut hoc comperi remotas
ee lrās scriptanis: habui rōem annoꝶ p quos iste in Sici
lia fuisset. Deinde quēsiui quod erat inuentu facilli
mū, qui p eosdē annos magri illius scripturē fuissent.

Sciebam. n. hāc magroꝶ qui tabulas hrēt consuetudinem
ee: ut cū tabulas nouo magro traderent exempla lraꝶ ipi
habere nollent. Itaq3 ad L. uibiū equitē ro. uirū p͞mariū
quē reperiebam magrum fuisse eo ipso anno, qui mihi
maxīe quērendus erat, primū ueni sane hoī pter opiniōem
improuiso incidi scrutatus sum quē potui et quēsiui oīa
inueni duos solos libellos. L. canuleio missos sociis et
portu siracusis, in quibus erat ratio scripta mensiū com
pluriū reꝶ exportatarū istius nōie sine portorio. Itaq3
obsignaui statim. Erant hēc ex eo gnē quod ego maxīe
generis ex sociorū lris reperire cupiebam. Verūtamē in
ueni. iud. quod apud uos qi exempli causa pferre possem.
sed tamen quidqd deerit in his libellis quantulūcūq3 uide
bitur ee, hoc quid certe manifestū erit. De ceteris ex hoc
quoq3 coniectura facere debetis. Redda mihi quēso hunc
primū libellum: dein alterū, illū alterū libelli canulei
in nō quēro unde: ccc. amphoras mellis habueris: nō
tantā militensem uestem, unde. L. tricliniorū lectos, unde
tot candelabra. Non inq iam quēro unde hēc habueris
sed quo tibi tantū opus fuerit id quēro. Mitto de melle
sed tantū ne militensiū, q etiā amicoꝶ uxores tantū
lectoꝶ, qi etiā omnium istoꝶ uillas ornaturus eēs, cum
hec paucoꝶ mensiū ratio in his libellis sit, facite ut
summa cura et diligentia recognita & collata, et ab hoībus
honestissimis obsignata sunt. Et carpinatius tum nō
respondere noluit: responde mihi nūc tu uerres quē
ē hūc tuū pene gentilem, uerrutiū tu putes, fieri non
pōt: ut quē uideo te prētore in Sicilia fuisse, eum tu in
prouincia tua nō cognoris. Atq3 adeo hoc ne longius
aut obscurius ee possit, procedite in mediū, explicate
descriptionē, imaginēq3 tabularū ut oēs mortales
istius auaritiē nō iam uestigia, sed ipa cubilia uidere
possint. Videtis uerrutiū, uidetis primas lrās integras
uidetis extremā partem nōis quodam illam uerris tanq3

in luto demersam esse in litura. sic habet se tabule iudices
ut uidetis. quid expectatis, quid queritis amplius. Tu
ipse Verres quid sedes, quid moraris? nam aut exibeas
nobis Verrutiū necesse est: aut te esse Verrutium fateare.
L audantur oratores ueteres Crassi illi et Antonij quod cri
diluere dilucide, quod copiose reoꝝ causas defendere solebāt.
nimirū illi nō ingenio solū his patronis, sed fortuna
etiā prestiterunt. Nemo .n. tūc peccabat, ut nulla eius uite
pars summe turpitudinis esset expers. Nemo ita in manifesto
peccato tenebatur, ut cū impudens fuisset in facto, tunc
impudentior uideretur, si negaret. Nunc uero quid faciat
Hortensius? auaritie ne crimina frugalitatis laudibus de
precetur? At hominem flagitiosissimū, libidinosissimū, nequissi
mūque defendit. At ab hac eius infamia, nequitia uiros
animos in aliam partem fortitudinis commemoratione
traducat. At homo inertior, ignauior magis uir inter mu
lieres, impura inter uiros muliercula proferri nō pōt.
A t mores commodi quis contumacior, quis inhumanior, quis
superbior? adhuc sine cuiusquam malo quis acerbior, quis in
sidiosior, quis crudelior umquam fuit. In hoc homine atque
in eiusmodi causa, quid facerent omnes Crassi et Antonij.
tantū opinor Hortensi, ad hanc causam nō accederent
neque in alterius impudentia pudoris existimationem
amitterent. liberi enim ad causas, solutique ueniebant
neque committebant: ut si impudentes in defendendo
esse noluissent: ingrati in deserendo existimarentur.

M. T. CICERONIS P. C. RABIRIO PERDUELLIONE ORO AD QUIRITES incipit.

e T si quirites nō est mee consuetudinis initio dicendi
rōem reddere: qua de causa quemque defendam
propterea quod cū omnibus ciuibus in eorum periculis semp
satis iustam mihi causam necessitudinis esse duxi,
tamē in hac defensione capitis, fame fortunarumque omnium

C. rabirij ratio proponenda uidetur esse officij mei, propterea quod que iustissima
mihi causa adhuc defendendū esse uisa est: eadem uobis absol
uendū debet uideri. Nam me cū amicitie uetustas, tū dignitas
hoīs: tū ratio humanitatis, tū mee uite perpetua consuetudo
ad C. rabiriū defendendū est adhortata. At uero ut id studiosissime
facerem: salus rei p. consulare officiū, consulatus denique ipse
mihi unā uobiscū cū salute rei p. commendatus coegit. Non .n. C.
rabiriū culpa delicti, nō inuidia uite, que nō denique ueteres
iuste, grauesque inimicitie ciuium in discrimen capitis uocauerunt.
sed ut illud summum auxiliū maiestatis atque imperij quod
nobis a maioribus est traditū de re p. tolleretur, ut nihil
post hac auctoritas senatus, nihil consulare imperiū nihil consen
sio bonoꝝ contra pestem, ac perniciē ciuitatis ualeret. Idcirco
in his rebus euertendis unius hoīs senectus, infirmitas,
solitudoque temptata est. Quamobrem si est boni consulis cum
cuncta auxilia rei p. labefactari, conuellique uideat, ferre opem
patrie, succurrere saluti, fortunisque cōmunibus, implorare ciuiū
fidem, suā salutē posteriorem cōi salute ducere. Est etiam bonoꝝ
et fortiū ciuiū, quales uos omnibus rei p. temporibus extitistis,
intercludere oēs seditionū uias: munire presidia rei p. sum
mū in consulibus imperiū, summum in senatu consiliū putare.
E a quis secutus sit laude potius et honore quam pena et sup
plicio dignū iudicari. Quamobrem labor in hoc defendendo
precipue meus est. studiū uero conseruandi hoīs cōe mihi
uobiscū esse debebit. Sic .n. existimare debetis Quir. post
hoīum memoriā rem nullā maiorem magis periculosam,
magis ab omnibus uobis prouidendā, neque a tr. pl. suscep
tam, neque a consule defensam: neque ad populum ro. esse delatam.
A gitur .n. in hac causa nihil aliud Quir. ut nullū sit post
hac in re p. publicū consiliū, nulla bonoꝝ consensio
cōtra improboꝝ furorem et audaciā, nullū extremis rei p.
temporibus perfugiū et presidiū salutis. Que cū ita sint,
primū quod in tanta dimicatione capitis, fame, fortunarumque
omnium fieri necesse est: ab Ioue optimo maximo, ceterisque dijs deabusque

immortalibus: quorum ope et auxilio multo magis haec res p. quam ratione hominum et consilio gubernatur, pacem ac veniam peto precorque ab his, ut hodiernum diem et ad huius salutem conservandam et ad rem p. constituendam illuxisse patiantur. Deinde vos Quir. quorum potestas proxime ad deorum immortalium numen accedit, oro atque obsecro: quoniam uno tempore vita C. Rabirii hominis miserrimi atque innocentissimi salus rei p. vestris manibus suffragiisque permittitur adhibeatis in hominis fortunis misericordiam in rei p. salute sapientiam quam soletis. Nunc quoniam T. Labiene diligentiae meae temporis angustiis obstitisti: neque ex comparato et constituto spatio defensionis in semihorae curriculum coegisti, parebitur, et quod iniquissimum est accusatoris conditioni, et quod miserrimum inimici potestati. Quamquam in hac praescriptione semihorae et maiorem patroni in partes reliquisti: consulis ademisti, propterea quod ad defendendum propemodum satis erit hoc mihi temporis, ad conquerendum vero parum. Nisi forte de locis religiosis ac de lucis quos ab hoc violatos esse dixisti: pluribus verbis tibi respondendum putas quo in crimine nihil est umquam abs te dictum nisi a C. Macro obiectum esse crimen id C. Rabirio in quo ego demiror meminisse te quod obiecerit C. Rabirio Macer inimicus, oblitum esse quid aequi et iurati iudices iudicarint.

An de peculatu facto, an de tabulario incenso longa oratio est exprimenda? Quo in crimine propinquus C. Rabirii iudicio clarissimo C. Curtius pro virtute sua est honestissime liberatus. Ipse vero Rabirius non modo in iudicium horum criminum sed ne in tenuissimam quidem suspicionem verbo est umquam vocatus. An de sororis filio diligentius respondendum est, quem ab hoc necatum esse dixisti: cum ad iudicii moram familiaris funeris excusatio quereretur. Quid enim est tam verisimile quam cariorem huic sororis maritum quam sororis filium fuisse, atque ita cariorem ut alter crudelissime privaretur: cum alteri ad probationem iudicii biduum quereretur. An de servis alienis contra legem Fabiam retentis, aut de civibus ro. contra legem

Porcia verberatis aut necatis plura dicenda sunt, cum tanto studio C. Rabirius totius singulari voluntate Campaniae civitatis ornetur. Cumque ad eius propulsandum periculum non modo homines sed prope regiones ipsae convenerint, aliquanto etiam latius excitatae quam ipsius vicinitatis nomen ac termini postulabant. Nam quid ego ad id longam orationem comparem: quod est in eadem multa irrogatione praescriptum, hunc nec suae nec alienae pudicitiae pepercisse. Quin etiam suspicor eo mihi semihoram a Labieno praestitutam esse: ut ne plura de pudicitia dicerem. Ergo ad haec omnia quae patroni diligentiam desiderant: intelligis mihi semihoram istam nimium longam fuisse. Illam alteram partem de nece Saturnini nimis exiguam atque angustam esse voluisti. quae non oratoris ingenium, sed consulis auxilium implorat et flagitat.

Nam de perduellionis iudicio quod a me sublatum esse criminari soles meum crimen est non Rabirii. Quod utinam Quir. ego id aut primus aut solus ex hac re p. sustulissem: utinam hoc quod ille crimen esse vult proprium testimonium meae laudis esset. Quid enim optari potest quod ego mallem quam me in consulatu meo carnificem de foro, crucem de campo sustulisse. Sed ista laus primum est maiorum nostrorum Quir. qui expulsis regibus nullum in libero populo vestigium crudelitatis regiae retinuerunt: deinde multorum virorum fortium qui vestram libertatem non acerbitate suppliciorum infestam sed lenitate legum munitam esse voluerunt.

Quamobrem uter nostrum tandem Labiene popularis est. Tune qui civibus ro. in contione ipsa carnificem, qui vincla adhiberi putas oportere: qui in campo martio comitiis centuriatis auspicato in loco crucem ad civium supplicium defigi et constitui iubes. An ego qui funestari contionem contagione carnificis veto: qui expiandum forum p. r. ab illis nefariis sceleris vestigiis esse dico: qui castam contionem, sanctum campum, inviolatum corpus omnium civium ro. integrum ius libertatis defendo servari oportere. Popularis vero tr. pl. custos defensorque iuris et libertatis Porcia lex virgas ab omnium civium ro. corpore amovit. hic misericors flagella retulit: Porcia lex libertatem civium lictori

eripuit. labienus homo popularis carnifici tradidit. C. gracchus legem
tulit, ne de capite civium ro. iniussu vestro iudicaretur. hic popularis
a duumviris iniussu vestro non iudicari de cive ro. sed indicta causa
civem ro. capitis condemnari coegit. Tu mihi etiam legis porcie
tu. c. gracchi, tu horum libertatis: tu cuiusquam denique hominis popularis
mentionem facis: qui non modo suppliciis inusitatis, sed etiam verbo-
rum crudelitate inaudita violare libertatem huius populi, tem-
ptare, mansuetudinem commutare disciplinam conatus es? namque
hec tua que te hominem clementem popularemque delectant: I. lictor
colliga manus, que non modo huius libertatis mansuetudinis
non sunt. sed ne romuli quidem aut nume pompilii. tarquinii
superbissimi ac crudelissimi regis, ista sunt cruciatus carmina
que tu homo lenis ac popularis libentissime commemoras: caput
obnubito, arbori infelici suspendito . . . que verba. quir.
iampridem in hac re p. non solum tenebris vetustatis, verum etiam
luce libertatis oppressa sunt. K. an non si actio ista popularis
esset: et si ullam partem equitatis haberet aut iuris. C. gracchus eam
reliquisset? Scilicet tibi graviorem dolorem patrui tui mors
attulit: quam. c. gracco fratris et tibi acerbior eius patrui mors
est quem numquam vidisti quam illi eius fratris quicum concordis-
sime vixerat. Et similis viri tu ulcisceris patrui mortem
atque ille si persequeretur fratris sui ista ratione agere voluisset.
Et par desiderium sui reliquit apud p. r. labienus iste patruus
vester quisquis fuit et. T. gracchus reliquerat? An pietas
tua maior quam gracchi? an animus, an consilium, an opes, an
auctoritas, an eloquentia que si in illo minima fuissent, tamen
pre tuis facultatibus maxima putarentur. Cum vero his rebus
omnibus. C. gracchus omnes vicerit, quantum intervallum tandem
inter te atque illum interiectum putas? Sed moreretur prius
acerbissima morte millies gracchus quam in eius contione
carnifex consisteret. quem non modo foro, sed etiam celo hoc ac spiritu
censorie leges atque urbis domicilio carere voluerunt. hic
se popularem dicere audet, me alienum a commodis vestris
cum iste omnes et suppliciorum et verborum acerbitates non ex memoria

vestra

vestra ac patrum vestrorum, sed ex annalium monumentis atque etiam
regum commentariis conquisierit? Ego omnibus meis opibus
omnibus consiliis, omnibus dictis atque factis repugnarim
et restiterim crudelitati nisi forte hanc condicionem vobis
esse vultis, quam servi libertatis spem propter non haberent, ferre
nullo modo possent. Misera est ignominia iudiciorum publi-
corum, misera multatio bonorum, miserum exilium. Sed tamen in
omni calamitate retinetur aliquod vestigium libertatis.
mors denique si proponitur: in libertate moriamur. Carni-
fex vero, et obductio capitis et nomen ipsum crucis absit non modo
a corpore civium ro. sed etiam a cogitatione, oculis, auribus,
harum enim omnium rerum non solum eventus atque perpessio, sed etiam
condicio, expectatio, mentio ipsa denique indigna cive ro.
atque homine libero est. An vero servos nostros horum suppliciorum omnium
metu dominorum benignitas una vindicta liberavit, nos
a verberibus, ab unco, a crucis denique terrore neque res
geste, neque acta vita, neque vestri honores vindicabunt?
Quam ob rem fateor atque etiam. T. labiene profiteor et pre me fero
te ex illa crudelitate importuna non tribunitia actione, sed
regia, meo consilio, virtute, auctoritate esse depulsum. quamquam tu
in actione, quamquam omnia exempla maiorum omnes leges omnem
auctoritatem senatus, omnes religiones atque auspiciorum publica
iura neglexisti. tamen a me hec in hoc tam exiguo meo tempore
non audies. Liberum tempus nobis dabitur ad istam dis-
ceptationem. Nunc de saturnini crimine ac de clarissimi pa-
trui tui morte dicemus. Arguis occisum esse a. c. rabirio
L. saturninum, et id. c. rabirius multorum testimoniis. q.
hortensio copiosissime defendente antea falsum esse docuit.
Ego autem si mihi esset integrum, susciperem hoc crimen agnoscerem
confiterer. Utinam hanc mihi facultatem causa concederet, ut
possem hoc predicare. C. rabirii manu. L. saturninum hostem
populi ro. interfectum. Nihil me clamor iste commovet, sed conso-
latur. cum indicat esse quosdam cives imperitos, sed non multos.
numquam mihi credite p. r. hic qui silet consulem me fecisset

si uestro clamore perturbatum iri arbitraretur. Quanto iam lenior
e acclamatio: quin continetis uocem indicem stultitie uestre testem pau
citatis. libenter inquam confiterer si uere possem aut etiam si mihi esset
integrum. C. rabirij manu. L. saturninum esse occisum et id facinus
pulcherrimum esse arbitrarer. Sed quoniam id facere non possum, confitebor
id quod ad laudem minus ualebit, ad crimen non minus. Confiteor
interficiendi saturnini causa. C. rabirium arma cepisse. Quid
e labiene. quam a me grauiorem confessionem aut quod in hunc maius
crimen expectas: nisi uero interesse aliquid putas inter eum qui
hominem occidit, et eum qui cum telo occidendi hominis causa fuit.
Si interfici saturninum nephas fuit, arma sumpta esse contra sa
turninum sine scelere non possunt. Si arma iure sumpta co
cedis inter

[...]stitutione exemplari deest uno [...]carta

Fit. S. C. ut. C. marius. L. ualerius consules adhi
berent. tr. pl. et pretores: quos eis uideretur, operamque darent
ut imperium populi. ro. maiestasque conseruaretur. Adhibent omnes. tr.
pl. preter saturninum, preter glauciam, qui rem p. saluam esse uellent
arma capere, et se sequi iubent. Parent omnes. Ex hedificijs aedibus sacris
armamentarijsque publicis arma populo. ro. C. mario consule dis
tribuente dantur. hic iam ut omittam cetera. de te ipso labie
ne quero. Cum saturninus capitolium teneret. armatus esset
una. C. glaucia. saufeius et ille ex compedibus atque ergastulo
graccus: addam quoniam ita uis, eodem Q. labienum patruum tuum. In foro aut
C. marius et. L. ualerius flaccus: consules. post cunctus senatus,
atque ille senatus quem etiam uos ipsi qui hos. p. c. qui nunc sunt
in inuidiam uocatis, quo facilius de hoc senatu detrahere
possitis. cum equester ordo: at quorum equitum. ro. dij immortales:
patrum nostrorum atque eius etatis, qui tum magnam partem rei. p. atque
omnem dignitatem iudiciorum tenebat: cum omnes omnium ordinum ho
mines, qui in salute rei. p. salutem suam repositam esse arbitraba
tur: arma cepissent. Quid tandem. C. rabirio faciendum fuit.
de te ipso inquam labiene quero. cum ad arma. conss. ex S. C. uoca
uissent: cum armatus. M. emilius princeps senatus in comitio
constitisset, qui cum ingredi uix posset, non ad insequendum

3° P. C. Rabirio Perduellione

sibi tarditatem pedum, sed ad fugiendum impedimento fore puta
bat. Cum denique. Q. scaeuola. confectus senectute perditus mor
bo, mancus et membris omnibus captus ac debilis hastili nixus
et animi uim et infirmitatem corporis ostenderet, cum. L. metellus
Ser. galba. C. serranus. P. rutilius. C. fimbria. Q. catulus omnes
qui tum erant consulares, pro salute communi arma cepissent
cum omnes pretores, cuncta nobilitas, ac iuuentus accurreret
Cn. et. L. domitius. L. crassus. Q. mutius. C. claudius. M. dru
sus, cum omnes octauij, metelli, iulij, crassi catones, pompei, cum. L.
philippus. L. scipio, cum. M. lepidus, cum. D. brutus, cum hic ipse. P.
seruilius: quo tu imperatore labiene meruisti, cum hic. Q. ca
tulus admodum tum adolescens, cum hic. C. curio, cum denique
omnes clarissimi uiri cum consulibus essent, quid tandem. C. ra
birium facere conuenit. utrum inclusum atque abditum latere
in occulto, atque ignauiam suam tenebrarum, ac parietum custodijs
tegere, an in capitolium pergere, atque ibi se cum tuo patruo et
ceteris ad mortem propter uite turpitudinem confugientibus congre
gare: an cum. M. scauro, catulo, metello, scaeuola, cum bonis denique
omnibus coire non modo salutis, uerum etiam periculi societatem.
Tu denique labiene quid faceres tali in re ac tempore, cum ignauie
ratio te in fugam, atque in latebras impelleret: improbitas
et furor. L. saturnini in capitolium arcesseret: consules ad
patrie salutem ac libertatem uocarent: quam tandem auctoritatem
quam uocem, cuius sectam sequi, cuius imperio parere potissimum
uelles. Patruus inquit meus cum saturnino fuit. quid pater
quicum. quid propinqui uestri equites. ro. Quid omnis prefectura
regio, uicinitas uestra. Quid ager picenus uniuersus
utrum tribunicium furorem an consularem auctoritatem secutus est. Equidem
hoc affirmo, quod tu nunc de tuo patruo predicas: neminem
umquam adhuc de sese esse confessum. nemo est inquam inuentus
tam profligatus, tam perditus, tam ab omni non modo honestate sed etiam simulatione ho
nestatis relictus. qui se in capitolio fuisse cum saturnino
fateretur. At fuit uester patruus. fuerit et fuerit nullis

desperatione rerum suarum, nullis domesticis vulneribus coactus induxit:
cum L. saturnini familiaritas, ut amicitiam patris preponeret, idcirco
ne oportuit C. rabirium desciscere a re p. non comparere in illa ar
mata multitudine bonorum, consulum voci, atque imperio non obedire.
At qui videmus hec in rerum natura tria fuisse, ut aut cum saturnino
esset, aut cum bonis, aut lateret. latere mortis erat instar turpis
simae, cum saturnino esse furoris et sceleris: virtus et honestas et
pudor cum consulibus esse cogebat. hoc tu igitur in crimen vocas, quod
cum iis fuerit C. rabirius, quos amentissimus fuisset si oppugnasset,
turpissimus si reliquisset. At C. decianus de quo tu saepe comme
moras, quia cum hominem omnibus insignem notis turpitudinis P.
furium accusaret, summo studio bonorum omnium: queri est ausus
in contione de morte saturnini condemnatus est: et Sex. ti
tius quod habuit imaginem L. saturnini domi sue condemnatus
est. Statuerunt equites ro. illo iudicio improbum civem esse et non
retinendum in civitate: qui hominis hostilem in modum seditiosi
imaginem, aut mortem eius honestaret, aut desideria imperitorum
misericordia commoveret, aut suam significaret imitandam
improbitatis voluntatem. Itaque mihi mirum videtur. unde hanc
tu labiene imaginem, quam tu habes inveneris. Nam Sex. titio
damnato, qui istam habere auderet, inventus est nemo. Quod
tu si audisses, aut si per aetatem scire potuisses, numquam profecto
istam imaginem, que domi posita pestem, atque exilium Sex. titio attu
lisset, in rostra atque in contionem attulisses, nec tuas umquam
rates ad eos scopulos appulisses ad quos Sex. titii afflictam
navem, et in quibus C. deciani naufragium fortunarum vi
deres. Sed in his rebus omnibus imprudentia laberis. causam
enim suscepisti antiquiorem memoria tua, que causa ante
mortua est, quam tu natus esses, qua in causa tute profecto fu
isses, si per aetatem esse potuisses: eam causam in iudicium vocas.
An non intelligis primum quos homines et quales viros mortuos
summi sceleris arguas. deinde quos ex his qui vivunt eodem
crimine in summum periculum capitis arcessas. Nam si C. rabiri
us fraudem capitalem admisit: quod arma contra L. saturninum

tulit. huic quidem afferret aliquam deprecationem periculi, aetas illa
qua tum fuit. Q. vero catulum patrem huius in quo summa sapientia,
eximia virtus, singularis humanitas fuit. M. scaurum illa
gravitate. illo consilio, illa prudentia, duos mucios. L. crassum
M. antonium qui tum extra urbem cum presidio fuit, quorum in hac
civitate longe maxima consilia atque ingenia fuerunt, ceteros
pari dignitate preditos custodes, gubernatoresque rei p. quem
admodum mortuos defendemus? Quid de illis honestissimis
viris atque optimis civibus equitibus ro. dicemus: qui tum una
cum senatu salutem rei p. defenderunt. quid de tribunis erariis
ceterorumque ordinum omnium hominibus, qui tum arma pro communi salute
ceperunt. Sed quid ego de iis omnibus qui consulari imperio
paruerunt loquor? De ipsorum consulum fama quid futurum est.
L. flaccum hominem cum semper in re p. tum in magistratibus gerendis
in sacerdotio, cerimoniisque, quibus preerat diligentissimum
nepharii sceleris ac parricidii mortuum condemnabimus. Ad
iungemus ad hanc labem, ignominiamque mortis et C. marii
nomen. C. marium, quem vere patrem patrie parentem inquam vestre
libertatis, atque huiusce rei p. possumus dicere, sceleris ac
parricidii nepharii mortuum condemnabimus. Etenim si C.
rabirio quod iit in arma crucem T. labienus in campo mar
tio defigendam putavit. Quod tandem excogitabitur in eum
supplicium qui vocavit? ac si fides saturnino data est, quod
abs te saepissime dicitur, non eam C. rabirius, sed C. marius
dedit, idemque violavit, si in fide non stetit: que fides la
biene qui potuit sine S. C. dari? adeo ne hospes huius ur
bis, adeo ne ignarus discipline, consuetudinisque nostre, ut hec
nescias, ut peregrinari in aliena civitate, non in tua magistra
tum gerere videare? Quid iam ista C. mario nocere
possunt. quoniam sensu et vita caret? ita ne vero tantis in laboribus
C. marius, periculisque vixisset, si nihil longius, quam vite termi
ni postulabant, spe atque animo de se et gloria sua cogitasset.
At credo cum innumerabiles hostium copias in italia fudisset.
atque obsidione rem p. liberasset. omnia sua secum una mori

tum arbitrabatur. Non est ita, Quir., neque quisquam nostrum in rei p. pe-
riculis cum laude ac virtute versatur, quin spe posteritatis fruc-
tuque ducatur. Itaque cum multis aliis de causis virorum bonorum men-
tes divine mihi atque eterne videntur: et tum maxime quod opti-
mi et sapientissimi cuiusque animus ita presentit in posterum, ut
nihil nisi sempiternum spectare videatur. Quapropter equidem et
C. Marii et ceterorum virorum sapientissimorum ac fortissimorum
civium mentes, que mihi videntur ex hominum vita ad deorum
religionem et sanctimoniam demigrasse, testor me pro illorum
fama, gloria, memoria non secus ac pro patriis fanis atque de-
lubris propugnandum putare: ac si pro illorum laude mihi arma
capienda essent: non minus strenue caperem, quam illi pro communi salute
ceperunt. Etenim, Quir., exiguum nobis vite curriculum nature
circumscripsit, immensum glorie. Quare si eos qui iam de vita
decesserunt ornabimus, iustiorem nobis mortis conditionem
relinquemus. Sed si illos, Labiene, quos iam videre non possu-
mus, negligis: nihi quidem quos vides consuli putas oportere.
Neminem esse dico ex his omnibus, qui illo die Rome fuerint, quem
tu diem in iudicium vocas, pubesque tum fuerit, quin arma ceperit,
quin consules secutus sit. Omnes ii quorum tu ex etate coniectu-
ram facere potes quid tum fecerint abs te capitis C. Rabirii
nomine citantur. At occidit Saturninum Rabirius. Utinam fecisset!
non supplicium deprecarer, sed premium postularem. Etenim si Sceve
servo Q. Crotonis, qui occidit L. Saturninum, libertas data est,
quod equiti Ro. premium dari par potuisset? [fuisset] Et si C. Marius
quod fistulas quibus aqua suppeditabatur [Iovis optimi Maximi] I. O. M. templis
ac sedibus precidi imperarat: quod in clivo Capitolino im-
proborum civium.

In exemplari desunt duo folia fuerunt abscisa.

M. T. CICERONIS ORO PRO ROSCIO COMOEDO:-

pro roscio comedo

malitiam nature crederetur. Is scilicet vir optimus et singulari
fide preditus in suo iudicio suis tabulis testibus uti conatur.
Solent fere dicere qui per tabulas hominis [illegible] pecuniam
expensam tulerunt: Egone talem virum corrumpere potui ut mea
causa falsum in codicem referret? Expecto quam mox Cherea hac oratione
utatur. Egone hanc manum plenam perfidie, et hos digitos meos impel-
lere potui ut falsum perscriberem nomen? Quod si ille suas pro-
ferret tabulas, proferret suas quoque Roscius. Erit in illius tabulis
hoc nomen. At huius non erit. Cur potius illius quam huius crede-
retur scripsisse? Ille si non iussu huius expensum tulisset,
non scripsisset? Nam quemadmodum turpe est scribere quod non
debeatur, sic improbum est non referre quod debeas. Eque enim
tabule condemnantur eius, qui verum non retulit, et eius qui
falsum perscripsit. Sed ego copia et facultate cause confisus
vide quo progrediar. Si tabulas C. Fannius accepti et expensi
profert suas in suam rem suo arbitratu scriptas, quominus
secundum illum iudicetis non recuso. Quis hoc frater fratri, quis
parens filio tribuit, ut quodcumque retulisset, id ratum haberet. Ratum
habebit Roscius: profer quod tibi fuerit persuasum, huic erit persuasum,
quod tibi fuerit probatum, huic erit probatum. Paulo ante M. Perpenne
P. Saturi tabulas poscebamus. Nunc tuas C. Fanni Cherea solius
flagitamus, et quominus secundum eas lis detur non recusa-
mus. Quid ita non profers? Non conficit tabulas? Immo diligen-
tissime. Non refert parva nomina in codices? Immo omnes summas.
Leve et tenue hoc nomen HS. CCCLIII. sunt. Quo tibi tanta pe-
cunia extraordinaria iacet? Quo HS. CCCLIII. in codice ac-
cepti et expensi non sunt? Proh dii immortales esse nunc quemquam
tanta audacia preditum qui quod nomen referre in tabulas time-
at, id petere audeat? Quod in codicem iniuratus referre noluit,
id iurare in litem non dubitet? Quod si probare non possit, id
persuadere alteri conetur? Nimium cito ait me indignari
de tabulis; non habere se hoc nomen in codicem accepti et expensi
relatum confitetur, sed in adversariis patere contendit. Usque
eo ne te diligis et magnifice circumspicis, ut pecuniam non
ex tuis tabulis sed adversariis petas. Suum codicem testis loco
recitare arrogantie est: suarum perscriptionum et liturarum ad-
versaria proferre, non amentia est? Quod si tandem vim

hic quod scilicet expensum ferret, tulisset

diligentiã, auctemq3 hnt aduersaria quã tabule, quid attinet codicẽ
instituere, cõscribere, ordinẽ conseruare, memorie tradere litteraꝝ
uetustatem. Sed siq̃d aduersarijs nihil credimus idcirco codicẽ
scribere instituimus, quod etiã apud oms leue, & infirmũ institutum est
id apud iudices graue et sanctũ ẽe ducetur. Quid est qd negli-
genter scribamus aduersaria. quid ẽ qd diligenter conficia-
mus tabulas. Qua de causa. quia he sũt menstrue, ille sũt
aeterne: he delentur statim, ille seruantur sancte. he parui
temporis memoriã: ille perpetue existimationis fidem et reli-
gionem amplectitur. he sunt deiecte, ille sunt in ordinem
confecte. Itaq3 aduersaria in iudiciũ protulit nemo, codicem
ptulit, tabulas recitauit. Tu. C. piso tali fide uirtute grauitate
auctate ornatus, ex aduersarijs pecuniam petere nõ auderes.
Ego que clara sunt cõsuetudine diutius dicere nõ debeo, illud
uõ quod ad rem uehementer ptinet. quero q̃ primũ hoc nomẽ de
fanij in aduersaria retulisti. Erubescit quid respondeat ne-
scit. Quid fingat, ex.o nõ habet. Sunt duo menses iam dices
tũ in codicem acceptũ et expensum debuit. amplius sũt sex
mensibus cur tamdiu iacet hoc nomẽ in aduersarijs. Quid si
tandem amplius trienniũ est. quo cũ oms qui tabulas con-
ficiant, menstruas pene rationes in tabulas transferãt, tu hoc
nomẽ trienniũ amplius in aduersarijs iacere pateris. Utrũ
cetera nõia in codicẽ accepti & expensi et digesta habes an nõ.
si nõ, quo tabulas conficis. Si etiã, quãobrem cũ cetera nõia in or-
dinem referebas: hoc nomẽ triennio amplius, quod erat in pri-
mis magnũ, in aduersarijs relinquebas. Nolebas sciri de-
bere tibi roscium, cur scribebas. Rogatus eras ne referres cur
in aduersarijs scriptũ habebas. Sed hec qq̃ firma ẽe uideo,
tam ipse mihi satisfacere nõ possum, nisi a. C. fannio ipso
testimoniũ sumo: hac pecuniam ei nõ deberi. Magnũ est qd
conor, difficile est quod polliceor, nisi eundẽ et aduersarium
et testem habuerit roscius. Nolo uincat, pecunia tibi debeatur
certa, que nũc petitur p iudicem, in qua legiptime partis sponsio
facta est. hic tu si amplius. HS. nummo petisti q̃ tibi debitũ est

31 P. Rhoscio Comoedo

causam pdidisti, ppterea qd aliud est iudiciũ, aliud est arbitrium.
Iudiciũ ẽ pecunie, arbitriũ incerte. Ad iudiciũ hoc mõ uenĩ-
mus, ut totã litem aut obtineamus, aut amittamus. Ad
arbitriũ hoc aĩo adimus, ut neq3 nihil, neq3 tantũ quantũ
postulauimus cõsequamur. Eius rei ipsa uerba formule
testimonio sunt, quid est in iudicio. directũ, asperũ simplex.
Si pareret. HS. IↃↃ. L. dari hic nisi planũ facit. HS. IↃↃ. L. adhi-
bellũ sibi deberi causam perdit. Quid est in arbitrio. mite mo-
deratũ, quanto equius et melius id darius, ille tamen confitetur
plus se petere q̃ debeatur. Sed satis superq3 hnẽ dicit qd sibi
ab arbitrio tribuatur. Itaq3 alter cause confidit, alter diffi-
dit. Que cũ ita sint, quero abs te qd ita de hac pecunia
de his ipsis. HS. IↃↃ. L. de tuaꝝ tabularũ fide cõpromissũ
feceris, arbitrũ sumpseris quanto equius et melius sit dari
repromittiq3 si pareret. Quis in hanc rem fuit arbiter. utinã
is qui rome ẽet. rome est. nam utinã adẽet in iudicio
adest. utinã sederet in consilio. C. pisonis ipse. C. piso ẽ. Eũ-
dem ne tu arbitrũ et iudicẽ sumebas. Idem et infinitã
largitionem remittebas, et eundẽ in angustissimã for-
mulam sponsionis cõcludebas. Quis unq̃ ad arbitrũ q̃tũ
petit, tantũ abstulit, nemo. quantũ enim equius ẽet sibi
dari petit. de quo nõie ad arbitrũ adisti. de eo ad iudicẽ
uenisti. Ceteri cũ ad iudicem causam labefactari animaduertunt
ad arbitriũ confugiunt. hic ab arbitrio ad iudicẽ uenire
ẽ ausus, qui cũ de hac pecunia tabularũ fide, arbitrũ
sumpsit, iudicauit sibi pecuniam nõ deberi. Iam due par-
tes cause sunt confecte. Adnumerasse sese negat. expensum ferre
nõ dicit, cũ tabulas nõ recitat. reliquũ est ut stipulatũ
se ẽe dicat: preterea. n. quẽadmodum certã pecuniam petere
possit, nõ reperio. Stipulatus est. Ubi. quo die. quo tpre.
quis spopondisse me dicit. nemo. hic ego si finẽ faciã
dicendi: satis fidei et diligentie mee, satis cause et con-
trouersie, satis formule et sponsioni, satis et iudici fecisse
uidear: cur secundũ roscium iudicari debeat. Pecunia petita

e certa. cum tertia parte sponsio facta est. Hec pecunia necesse est aut
data aut expensa lata aut stipulata sit. Datam non esse Fannius
confitetur, expensam latam non esse codices Fannii confirmant,
stipulatam non esse taciturnitas testium concedit. Quid ergo est?
quod et reus eius est, cuius pecunia levissima, et existimatio
sanctissima fuit. Semper et iudex est is, quem nos non minus bene
de nobis existimare, quam secundum nos iudicare velimus, et ad-
vocatio ea est, quam propter eximium splendorem ut iudicem unum vereri
debeamus: perinde ac si in hanc formulam omnia iudicia legitima,
omnia arbitria honoraria, omnia officia domestica conclusa et
comprehensa sint. Proinde dicemus illa superior fuit oratio neces-
saria: hec erit voluntaria, illa ad iudicem, hec ad C. Pisonem,
illa pro reo, hec pro Roscio, illa victorie, hec bone existimationis
causa comparata. Pecuniam petis Fanni a Roscio, quam? dic audacter
et aperte, utrum tibi ex societate debeatur, an que ex liberalitate
huius promissa sit et ostentata; quorum alterum est gravius et
odiosius, alterum levius et facilius. que ex societate debeatur.
Quid ais? hoc iam nec leviter ferendum est, neque negligenter
defendendum. Si qua enim sunt privata iudicia summe existima-
tionis et pene dicam capitis, tria hec sunt fiducie, tutele,
societatis. Eque enim perfidiosum et nepharium est fidem frangere
que continet vitam, et pupillum fraudare, qui in tutelam perve-
nit, et socium fallere qui se in negotio coniunxit. Que cum
ita sint, quid sit qui socium fraudarit et fefellerit, conside-
remus. Dabit enim nobis iam tacite vita acta in alterutram
partem firmum et grave testimonium. Q. Roscius, quid ais? non-
ne ut ignis in aquam coniectus continuo restinguitur et re-
frigeratur, sic referveus falsum crimen in purissimam et castis-
simam vitam collatum statim concidit, et extinguitur. Roscius
socium fraudavit: potest hoc homini huic herere peccatum, qui me-
dius fidius audacter dico plus fidei quam artis, plus veritatis quam
discipline possidet in se, quem populus Romanus meliorem virum quam histri-
onem esse arbitratur; qui ita dignissimus est scena propter artificium,
ut dignissimus sit curia propter abstinentiam. Sed quid ego ineptus de

Roscio apud Pisonem dico? ignotum hominem scilicet pluribus verbis com-
mendo. Estne quisquam omnium mortalium, de quo melius existimes
tu? estne quisquam qui tibi purior, pudentior, humanior, officiosior,
liberaliorque videatur? Quid tu Saturi, qui contra hunc venis? existi-
mas aliter? nonne quotienscumque in causa in nomen huius inci-
disti, totiens hunc et virum bonum esse dixisti, et honoris causa appella-
sti? quod nemo nisi aut honestissimo, aut amicissimo facere con-
suevit. Qua in re mihi ridicule es visus esse inconstans, qui eundem
et lederes et laudares, et virum optimum et hominem improbissimum
esse diceres. Eundem tu et honoris causa appellabas et virum prima-
rium esse dicebas, et socium fraudasse arguebas. Sed ut opinor lau-
dem veritati tribuebas, crimen gratie concedebas. de hoc ut exi-
stimabas, predicabas. Cheree arbitratu causam agebas. Fraudavit
Roscius: est hoc quidem auribus animisque hominum absurdum. Quid si
tandem aliquem timidum, dementem, divitem, inertem nactus esset,
qui experiri non posset, tamen incredibile esset. Verumtamen quem frau-
darit videamus. C. Fannium Cheream Roscius fraudavit. oro
atque obsecro vos qui nostis vitam inter se utriusque conferte, qui non no-
stis faciem utriusque considerate. Nonne ipsum caput et supercilia
illa penitus abrasa olere malitiam et clamitare calliditatem
videntur? non ab imis unguibus usque ad verticem summum, si quam
coniecturam affert hominibus tacita corporis figura, ex fraude,
fallaciis, mendaciis constare totus videretur? Qui idcirco
capite et superciliis semper est rasis, ne ullum pilum viri boni
habere videatur, cuius personam preclare Roscius in scena
tractare consuevit. Neque tamen pro beneficio ei par gratia
refertur: nam Ballionem illum improbissimum et periurissimum
lenonem cum agit, agit Cheream, persona illa lutulenta, impura,
invisa, in huius moribus natura vitaque expressa. qui quam-
obrem Roscium similem sui in fraude et malitia existimarit
mihi videtur, nisi forte quod preclare hunc imitari se in per-
sona lenonis animadvertit. Quamobrem etiam atque etiam considera C.
Piso quis quem fraudasse dicatur. Roscius Fannium. Quid est hoc?
probus improbum, pudens impudentem, periurum castus, callidum

inpitus, liberalis, auidus. Incredibile est quemadmodum si fannius
roscium fraudasse diceretur: utrumque ex utriusque persona verisimile uide
retur et fannium per malitiam fecisse, et roscium per imprudentiam de
ceptum esse: sic cum roscius fannium fraudasse arguatur, utrumque
incredibile est, et roscium quicquam per avaritiam appetisse et fannium
quicquam per se bonitate amisisse. Principia sunt huiusmodi. Specte
mus reliqua. HS. LIII. uideo sed tamen cur ipsa HS. LIII. tam uehe
menter concupiverit quero. Nam tibi M. perpenna. C. piso certe tanti
non fuisset, ut socium fraudaretis: roscio cur tanti fuerit, causam
requiro. Egebat? ymo locuples erat. Debebat? ymo in suis summis
uersabatur. Auarus erat? ymo etiam antequam locuples semper libera
lissimus, munificentissimusque fuit. Proh deum hominumque fidem
qui HS. CCCLIII. CCCLIII. CCCLIII. questus facere noluit, nam
certe HS. CCCLIII. CCCLIII. CCCLIII. merere et potuit et debu
it, si potest Dionisia HS. CCCLIII. CCCLIII. merere, is per summam frau
dem et malitiam et perfidiam HS. LIII. appetiit? Et illa fuit pe
cunia immanis, hec parvula, illa honesta hec sordida illa iucun
da, hec acerba illa propria, hec in causa et in iuditio collocata.
X. his annis proximis HS. sexagies honestissime consequi
potuit, noluit laborem, questus recepit, questus laboris recepit
p. r. adhuc servire non destitit, sibi servire iampridem destitit.
hoc tu unquam fanni faceres. Sed si hos questus recipere posses
non eodem tempore et gestum et animam ageres. Dic nunc te a roscio
HS. LIII. circumscriptum esse, qui tantas et tam infinitas pecunias
non propter inertiam laboris, sed propter magnificentiam liberalitatis
repudiavit. Quid ego nunc illa dicam? que nobis in mentem
uenire certo scio: fraudabat te in societate roscius, sunt iura
sunt formule de omnibus rebus constitute, ne quis aut in genere
iniurie, aut in ratione actionis errare possit. Expresse sunt
enim ex uniuscuiusque damno, dolore, incommodo, calamitate, ad quas
iniuria publica. He a pretore formule a qua privata lis accom
modatur. Que cum ita sint, cur non arbitrum pro socio adigebas?
Q. roscium quero formulam non notabas? notissima erat. Iuditio
gravi experiri nolebas. Quid ita? propter familiaritatem veterem.

Q. Roscius fraudavit Fannium.
Qua de causa? Subridet Saturius
veterator ut sibi videtur ait propter ipsa
HS. LIII.

cur ergo ledis? propter integritatem hominis. cur igitur insimulas? propter egri
tudinem criminis. Ita ne non quem per arbitrum circumvenire non posses
cuius de ea re proprium non erat iuditium, nunc per iudicem condemnabis
cuius de ea re nullum est arbitrium. Quin tu hoc crimen aut obice ubi
licet agere aut tacere noli ubi non oportet: tametsi hoc tuo testi
monio crimen sublatum est. Nam qua tu tempore illa formula uti nolui
sti: nihil hunc in societate fraudis fecisse iudicasti. Tabulas
habet, an non? si non habet, quemadmodum pactio est? si habet cur
non nominas? Dic nunc roscium abs te petisse, ut familiarem sum
sumeres arbitrum non petiit, dic pactionem fecisse ut absolueretur
non pepigit, quere quare sit absolutus: quod erat summa innocen
tia et integritate. Quid enim factum est? uenisti domum ultro roscii.
satisfecisti quod temere commisisti. In iuditium, ut denuntiaret, ro
gasti ut ignosceret. Te affuturum negasti. Debere tibi ex societate
nihil clamitasti iuditi. hic denuntiavit absolutus est, tamen
fraudis ac furti mentionem facere audes. Perstat in impudentia,
pactionem enim inquit mecum fecerat, idcirco uidelicet ne condemna
retur. Quid erat cause, cur metueret, ne condemnaretur? Res
erat manifesta furtum erat apertum: cuius rei furtum factum
erat? Exorditur magna cum expectatione veteris histrionis exponere
societatem. Panurgus inquit, fuit fanni: is fuit ei cum roscio
communis. hic primum questus est non leviter saturius communem factum esse
gratis cum roscio qui pretio proprius fuisset fanni. Largitus est
scilicet homo liberalis et dissolutus, et bonitate affluens fanni
us roscio. Sic puto. quoniam ille hic constitit paulisper quam mihi necesse
est paulatim commorari. Panurgum tu saturi proprium fannii dicis fu
isse: at ego totum roscii fuisse contendo. Quod erat enim fannii? cor
pus quod roscii est. Disciplina facies non erat: ars erat quam ros.
ex qua parte erat fannii, non erat HS. LIII CCCLIII. ex qua parte
erat roscii amplius erat HS. CCCLIII. CCCL. Nemo enim illum
ex trunco corporis spectabat, sed ex artificio comico estima
bat. Nam illa membra merere per se non amplius poterant XII.
eris disciplina que erat ab hoc tradita locabat se non minus
HS. CCCLIII. O societatem captiosam et indignam ubi alter HS LIII CCCLIII.

A ue .LIII. qđ sit in societate affert, nisi idcirco moleste patiris qđ HS.
LIII.OO. tu ex arca proferebas HS. X. CCCLIII. LIII. ex disciplina
et artificio promebat. Quā n. rem et expectationē, qđ studium
et quē fauorē secū in scenam attulit panurgus? qđ roscij fuit
discipulus. Qui diligebant hūc, illi fauebant: qui admirabant̄
hūc: illū probabant: qui denique huius nomē audierant, illum
eruditū, & perfectū existimabant. Sic est uulgus: ex ueritate
pauca, ex opinione multa existimat. Quid sciret ille perpauci ani-
maduertebant: ubi didicisset, oms querebant. Nihil ab hoc prauū
et peruersum produci posse arbitrabantur. Si ueniret a statilio
tametsi artificio rosciū superaret, aspicere nemo posset. Nemo
enim sicut ex improbo patre probū filiū nasci, sic ex pessimo
hystrione bonū comedū fieri posse existimaret: quia uidebat
a roscio plus et scire qđ sciebat uidebatur. Quod item nuper eroti
comedo usu uenit, qui postea que e scena nō mō sibilis, sed etiam
conuitio explodebatur, sicut in aram confugit in huius domum.
disciplinā, patrociniū nomē. Itaque perbreui tempore qui ne in nouis-
simis quidē erat hystrionibus, ad primos peruenit comedos. Que
res extulit eum? Vna commendatio huius qui tamē panurgum
illū, nō solū ut roscij discipulus fuisse diceretur, domū recepit,
sed etiā summo cum labore, stomacho, miseriaque erudijt. Jam
quo quisque est solertior et ingeniosior, hoc docet iracundius
et laboriosius. Quod enim ipse celeriter arripuit, id cum tarde
percipi uidet, discruciatur. Paulo longius oratio mea prouecta
ē hac de causa, ut conditionem societatis diligenter cognosce-
retis. Que deī sunt consecuta? panurgū inquit hūc seruū
cōem. Q. flanius tarquiniensis quidā interfecit. In hanc
rem inquit me cognitorem dedisti. lite contestata, iudicio
damni iniuria constituto. Tu sine me cū flanio decidisti,
utrū pro dimidia parte an pro tota? planius dicā utrū pro
me, an et pro me et pro te? Pro me potui exemplo multorum
licitū est. iure fecerunt multi, nihil in ea re tibi iniurie
feci. Pete tu. Tuū exige et aufer quod debetur. Suā quisque
parte iuris possideat et persequatur. At .n. tu tuū negociū

gessisti: bene gessi, et tu tuū bene, magno tuā dimidiā partē
decidisti: magno et tu tuā partē decide. HS. C. CCCLIII. tu
abstulisti. Si sit hoc uerō HS. C. tu aufer. Sed hāc decisionē roscij
oratione et opinione et augere licet et ex ueritate mediocrē et
tenuē esse inuenietis. Accepit .n. agrū temporibus ijs cū iacerent
pretia prediorum: qui ager neque uillam habuit, neque ex ulla parte
fuit cultus. qui nunc multo pluris est qđ tunc fuit. Neque id ē mirū
tū enim propter rei p. calamitates omnium possessiones erant incerte, nunc
benignitate deū imortaliū omnium fortune sunt certe. Tum erat
ager incultus sine tecto, nunc est cultissimus cū optima uilla.
Verūtamē qm̄ natura tam maliuolus es, numquā ista te molestia
et cura liberabis. Preclare suū negociū gessit roscius. Fundū fru-
ctuosissimū abstulit. Quid ad te? tuā partē dimidiā quemadmodum
uis decide. Vertit hic ratiōem, et id quod probare nō pōt fingere
conatur. De tota re inquit decidisti. Ergo huc uniuersa causa dedu-
citur. Vtrū roscius cū flanio de sua parte, an de tota societate
fecerit pactionem. Nam ego rosciū siquid cōi nomine tetigit, confi-
teor prestare debere societati. Societatis nō suas lites redemit
cū fundū a flanio accepit. Quid ita? satis nō dedit amplius
a se neminē petiturū, qui si sua parte decidit, reliquis integrā
reliquit actionē, qui pro socijs transigit, satisdat, neminem
eorum postea petiturū. Quid ita? Flanio sibi cauere nō uenit in
mentē? Nesciebat uidelicet panurgū fuisse in societate. Sciebat.
nesciebat fanniū roscio esse sociū? Preclare: nam iste cum
eo litē contestatā habebat: cur igitur decidit et nō restipulatur ne-
minē amplius petiturū? Cur de fundo decedit, et iudicio nō
absoluitur? Cur tam imperite facit: ut ne rosciū stipulatione
alliget, neque a fannio iudicio se absoluat. Est hoc primū et ex
conditione iuris et ex consuetudine cautionis firmissimū
et grauissimū argumentū: quod ego pluribus uerbis ample-
cterer: si nō alia certiora et clariora testimonia in causa habe-
rem. Et ne forte me hoc frustra pollicitū esse predices, te te
inquam fanni a tuis subsellijs contra te testem suscitabo. Crimi-
natio tua que est? rosciū cū flanio pro societate decidisse.

quo tempore? abhinc annis .XV. Defensio mea que est? roscium
pro sua parte cum Flavio transegisse. Repromittis tu abhinc trien
nium roscio? quid? Recita istam stipulationem clarius. Attende
queso piso. Fannium invitum et huc, atque illuc tergiversantem te
stimonium contra se dicere cogo. Quid n. stipulatio clamat? quod
a Flavio abstulero partem dimidiam: inde roscio me soluturum spon
deo. Tua vox est fanni. Quid tu auferre potes a Flavio, si Fla
vius nihil debet? Quid hoc porro nunc restipulatur, quod iampridem
ipse exegit. Quid vero Flavius tibi daturus est, qui roscio omne
quod debuit, dissolvit? Cur in re tam veteri, in negocio tam con
fecto in societate dissoluta, nova hec stipulatio interponitur. Quis
est huius stipulationis scriptor? testis arbiter: quis est piso. Tu
enim. Q. roscium pro opera, labore, quod cognitor fuisset, quod vadimonia
obisset, rogasti: ut Fannio daret H. S. CCCLIII. hac condicione
ut si quid ille exegisset a Flavio, partem eius dimidiam roscio dis
solveret. Satis ne ipsa stipulatio dicere tibi videtur aperte roscium
pro se decidisse. Etenim forsitan hoc tibi veniat in mentem repro
misisse fannium roscio, si quid a Flavio exegisset, eius partem di
midiam se daturum exegisse. Nihil quid tu non exitum exactionis, sed
initium repromissionis spectare debes: neque si ille persequendum
non quod in se fuit, iudicavit roscius suas non societatis lites
redemisse. Quid si tandem planum facio, post decisionem veterem
roscii, post repromissionem ... recentem hanc fannii H. S. CCCLIII.
fannium a C. Flavio pancraci nomine abstulisse: tamdiu etiam illu
dere viri optimi existimationem. Q. roscii audebit. Paulo ante que
rebam id quod vehementer ad rem pertinebat, qua de re Flavius
cum de tota lite faceret pactionem, neque satis acciperet roscio
neque iudicio absolveretur a fannio. Nunc vero id quod mirum est
et incredibile quero. Quam ob rem cum de tota decidisset cum roscio
H. S. CCCLIII. separatim fannio dissolvit. hoc loco fanni quid
pares respondere scire cupio, utrum omnino fannium Flavio H. S. CCCLIII.
non abstulisse: an alio de nomine et alia de causa abstulisse. Si
alia de causa, que ratio tibi cum eo intercesserat? Nulla addictus
erat tibi. non frustra tempus contero. Omnino inquit H. S. CCCLIII.

a Flavio non abstulit, neque pancraci nomine, neque cuiusquam. Si planum facio
post hanc recentem stipulationem roscii H. S. CCCLIII. a Flavio te abstulisse
numquid causae est erit: quin ab iudicio abeas turpissime victus? Quo
teste quod hoc planum faciam. Venerat ut opinor hec res in iudicium. certe.
Quis erat petitor? Fannius. Quis reus? Flavius. Quis iudex? Cluvius.
ex his unus mihi testis est producendus qui pecuniam datam dicat.
quis est ex his gravissimus sine controversia qui omnium iudicio
comprobatus est iudex. quem quod ex his tribus a me testem expectabis?
petitorem? Fannius est. contra se numquam testimonium dicet. reum Fla
vius testis iampridem est mortuus. Si viveret, verba eius audi
retis: iudicem? Cluvius est. Quid is dicit? H. S. CCCLIII. pancraci
nomine fannium Flavio dissolvisse. Quem tu si ex censu spectas eques
ro. est. Si ex vita homo clarissimus est. Si ex te. iudicem sumpsisti,
si ex veritate id quod scire potuit et debuit, dixit. Nega nega nunc
equiti ro. homini honesto iudici tuo credi oportere. Circumspicit:
estuat, negat nos Cluvii testimonium recitaturos. recitabimus,
erras inani et tenui spe te consolaris. Recita testimonium. T.
manilii et C. lustri oratore duorum senatorum hominum honestissimorum
qui ex cluvio audierunt. Utrum dicis lustio et manilio an cluvio
non esse credendum? planius atque apertius dicam utrum lustius et ma
nilius, nihil de H. S. CCCLIII. ex cluvio audierunt, an cluvius falsum
lustio et manilio dixit? hoc ego loco soluto et quieto sum animo,
et quorsum recidat responsum tuum, non magnopere laboro. Firmis
simis enim et sanctissimis testimoniis virorum optimorum causa
roscii communita est. Si iam tibi deliberatum est, quibus abroges
fidem iurisiurandi: responde manilio et lustio, negas esse creden
dum. Dic. aude. Est tue contumacie, arrogantie, vite que universe
vox. Quid expectas quam mox ego lustium et manilium dicam
ordine esse senatores, etate grandes natu, natura sanctos et
religiosos, copiis rei familiaris locupletes et pecuniosos.
Non faciam: nihil mihi detraham, cum illis exacte etatis seve
rissime fructum que meruerunt retribuam. Magis mea adole
scentia indiget illorum bona existimatione, quam illorum severissima
senectus desiderat meam laudem. Tibi vero piso diu deliberandum

et consequendum est, utrum potius Cheree iniuriato in suam litem an
manilio et luscio iuratis in alieno iudicio credas. Reliquum est ut [quum]
cluuium falsum dixisse luscio et manilio contendat. Quod si facit
qua impudentia est? eum ne testem improbabit, quem iudicem proba
rit? Ei negabit credi oportere, cui ipse crediderit? Eius testis ad
iudicem fidem infirmabit, cuius propter fidem et religionem iudicis te
stes comparabat? quem ego si testem inducerem, reicere non deberet;
cum testem producam, reprehendere audebit? Dicit enim, inquit, iuratus
luscio et manilio. si diceret iniuratus crederes? At quid interest
inter periurum et mendacem? Qui mentiri solet, peierare consueuit.
Quem ego ut mentiatur inducere possum, ut peieret exorare facile
potero. Nam qui semel a ueritate deflexit, hic non maiore re
ligione ad periurium quam ad mendacium perduci consueuit. Quis enim
deprecatione deorum non conscientie fide commouetur? propterea que poena
a diis immortalibus periuro, hec eadem mendaci constituta est. Non enim
ex pactione uerborum, quibus iusiurandum comprehenditur, sed ex perfidia et
malitia, per quam insidie tenduntur alicui, dii immortales hominibus irasci
et suscensere consuerunt. At ego hoc ex contrario contendo. Leui
or esset auctoritas cluuii si diceret iuratus, quam nunc est, cum dicit iniura
tus. Tum enim forsitan improbis nimis cupidus uideretur, qui qua
de re iudex fuisset, testis esset. Nunc omnibus inimicis necesse est ca
stissimus et constantissimus esse uideatur, qui id quod scit, familia
ribus suis dicit. Dic nunc si potes, si res, si causa patitur, cluuium
esse mentitum. Mentitus est cluuius? ipsa mihi ueritas manum
iniecit, et paulisper consistere et commorari coegit. unde hoc totum
ductum et conflatum mendacium est? Roscius est uidelicet homo calli
dus et uersutus. hoc initio cogitare coepit, quoniam fannius a me
petit HS L.III. petam a C. cluuio equite romano, ornatissimo homine
ut mea causa mentiatur. Dicat decisionem factam esse, que facta
non est. HS CCCLIII. a flauio data esse fannio, que data non
sunt. Est hoc principium improbi animi, miseri ingenii, nulli consilii.
[unico] grauissimum, nobilem, uno constantissimum, familiarissimo
alienissimum. Hunc postea salutauit, rogare coepit blande et co
tinue ut sibi [mea] causa uiribus omnibus tuis familiaribus

^ Quid deinde? postquam se preclare confirmauit: uenit ad cluuium, quem hominem? Leuem?

P. Roscio Comoedo.

petitibus. Dic flauium cum fannio de panurgo decidisse, qui nihil
transegit. dic HS CCCLIII. dedisse, qui assem nullum dedit. Quid ille
respondit? ego non cupide et libenter mentiar tua causa? et si quando me
peierare, ut paululum tui compendii facias, paratum fore scito. Non fuit
causa cur tantum laborem caperes, et ad me uenires. Per nuntium hoc
quod erat tam leue transigere potuisti. Proh deum hominumque fidem hoc
aut roscius umquam a cluuio petisset, si HS milies in iudicium haberet
aut cluuius roscio petenti concessisset, si uniuerse prede particeps
esset. Vix me dius fidius tu fanni a ballione, aut aliquo eius simili
hoc expostulare auderes et impetrare posses, quod cum est [re] cum
ueritate falsum tum [tu] ratione quoque est incredibile. obliuiscor enim roscium
et cluuium? cur tam sero? cur cum altera pensio soluenda esset, non
tum cum prima? Nam iam ante HS L.III. dissoluerat. Deinde si iam
persuasum erat cluuio ut mentiretur, cur potius HS CCCLIII. quam
CCCLIII. CCCLIII. CCCLIII. data dixit fannio flauio cum ex restipu
latione pars eius dimidia roscii esset. Iam intelligis C. piso sibi soli
societati nihil roscium petisse: hoc cum sentit saturius esse apertum
resistere et repugnare contra ueritatem non audet. Aliud fraudis
et insidiarum in eodem uestigio diuerticulum reperit. Petisse inquit
suam partem roscium a flauio confiteor: uacuam et integram reliquisse
fannii concedo. Sed quod sibi exegit, id commune societatis factum esse conte
ndo: quo nihil captiosius, neque indignius potest dici. Quero enim potuerit
ne roscius ex societate suam partem petere necne. Si non potuit
quemadmodum [abstulit. Si potuit: quemadmodum] non sibi exegit: nam quod sibi petitur, certe alii non
exigitur. An ita est, si quod uniuerse societatis fuisset petisset. Quod
cum redactum esset, equaliter omnes partirentur. nunquid petierit quod
sue partis esset? nunquid cum abstulit soli sibi exegit. Quid in
terest inter eum qui per se litigat, et qui cognitorem datus? Qui per se
litem contestatur, sibi soli petit, alteri nemo potest nisi qui cognitor
est factus. Ita ne uero cognitor si fuisset tuus quod uicisses iudicio
ferres tuum, suo nomine petiit quod abstulit, sibi non tibi exegit. quod
si quisquam petere potest alteri qui cognitor non est factus, quero quid
ita cum panurgus esset interfectus et lis contestata cum flauio
damni iniuria esset tu in eam litem cognitor roscii sis factus.

Lviros et primarios, uos
quos ipse uos esse fingo.
falsum iurauit esse roscius
cluuium

cum petitionem ex tua oratione, quodcumque tibi peteres, huic peteres, quodcumque tibi
exigeres, id in societatem recideret. Et si ad Roscium nihil pertineret [pervenire]
quod tu a Flavio abstulisses, nisi te in tua lite dedisset cognitorem, ad
te pervenire nihil debet quod Roscius pro sua parte exegit, quoniam
tuus cognitor non est factus. Quid enim huic rei respondere poteris,
Fanni? cum de sua parte Roscius transegit cum Flavio, actionem tibi
tuam reliquit an non? Si non reliquit, quemadmodum HS CCCIƆƆ
ab eo postea exegisti? Si reliquit, quid ab hoc petis, quod per te persequi
et petere debes? Simillima enim et maxime gemina societas heredi-
tatis est: quemadmodum socius in societate habet partem, sic heres in
hereditate habet partem. Ut heres sibi soli non coheredibus petit, sic socius
sibi soli, non sociis petit. Et quemadmodum uterque pro sua parte petit,
sic pro sua parte dissolvit heres ex sua parte, qua hereditatem
adiit, socius ex ea qua societatem coiit. Quemadmodum suam partem
Roscius suo nomine condonare potuit Flavio, ut eam tu non pe-
teres, sic cum exegit suam partem, et tibi integram petitionem reliquit,
tecum partiri non debet, nisi forte tu perverso more quod huius
est ab alio [illo] extorquere non potes, huic eripere potes. Perstat
in sententia Saturius: quodcumque sibi petat socius, id societatis
fieri. Quod si ita est, qua, malum, stultitia fuit Roscius, qui ex
iuris peritorum consilio et auctoritate restipulabatur [re] a Fannio dilegen-
ter, ut quod eius exegisset a Flavio dimidiam partem sibi dis-
solveret. Siquidem sine cautione et repromissione nihilominus
id Fannius societati, hoc est Roscio debebat.

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE FIRENZE Mss

cert reliquit.

Georgij Antonij vespucij lib.

Carte 314 nuovamente riscontrate e numerate, più una guardia con indice in principio

1910 D.S.

GIUSEPPE MARI LEGATORE FIRENZE